TECHE
UDINE

MANOSCRITTI

FONDO PRINCIPALE

Manoscritto n. P_MSS_1069

Nel Fondo Principale sono confluiti la maggior parte dei lasciti manoscritti pervenuti alla Biblioteca Civica «Vincenzo Joppi» nel corso del tempo: si tratta perciò di un fondo composito nel quale è possibile trovare manoscritti di argomento liturgico, scientifico, giuridico, botanico e altro.

Collocazione:

Biblioteca Civica "Vincenzo Joppi", Udine
https://www.techeudine.it/fondo-principale
https://www.sbhu.it/

Cisternini
Jacobi
Argumenta
ex antiquis
Historiis

1069

Ad[illegible] [illegible] Rev^dis. D. [illegible]

primario, totius studii [illegible]

professori doctissimo.

Anno Dni 1651.

Iacobi Cisternini Spilimbergensis, Iureconsulti clarissimi,
Argumenta ex antiquis historiis sumpta, quibus
legum precepta condiuntur, et decorentur,
Liber primus.

Ab Agrippa filio i.v.d. in lucē edita, et aucta.

Opus nouū, pulchrū, omnibus Advocatis, Reorumq̄ Defensorib:, Oratoribus,
atq̄ Concionatoribus perq̄ utile, et necessarium: quippe solent ~~et~~ exempla,
~~Exempla~~ [illegible] plurimū auctoritatis habere ad probandum,
et iucunditatis ad audiendum.

His annectuntur
Allegationes pulcherrimae ciuiles, et criminales
eiusdem patris, et filij, quae in quotidiano
usu sunt; et haec ipsa exempla practicandi
modum ostendunt.

* C. legas, perlegas, et (crede mihi) thesaurum colliges,
tam in causis ciuilibus, quam criminalibus.

* A. Ad Ill.mos DD. Alphonsū et Iacobū fratres ~~Antoninos~~,
Comites, proceresq̄ Viri, et armis, et Iuris conspicuos,
~~et armis et literis conspicuos~~ ~~[illegible]~~, Dns Daniel
uelutj duo fulgentiss.a sidera: cū ~~[illegible]~~
tertius frater, Gradiscane belli dux inclitus, tormenti aenei ictu,
proh dolor, mortalibus ereptus fuerit ~~[illegible]~~
Dns Franciscus uero, eorū patruus, Domi, Forisq̄, alter Caesar erat.
~~Anno Dni, 1[illegible]~~ Nec non

B. Ad Ill.mos ~~[illegible]~~ et exc. Rmos D. Hippolitū Monarium,
primarium totius status Ill.mi Dominij Veneti
Assessorē doctissimum.
Anno Dni 1651.

Opus hoc, Nob. et Ex.mi D. Jacobi Cisternini Spilimbergii genitoris mei
recolendae memoriae, I.V.D. et Historiae Cl.mi, Reorumque Defensoris
acutissimi, ob multas additiones, quae inter legendum quotidie
ei occurrebant, non sine maximo meo labore, studio, ac diligentia
transcripsi, et in ordinem alphabeticum redegi :: cumque interdum
alicubi quid additum, scriptumve esset, vix, aut ne vix quidem
percipere possem, ab eo (sic quod mira loquor) quidnam scriptum
fuerit in somnio admonitus, et expergefactus, mane quae illi mihi
narrasse videbatur, vera esse comperi. Illud etiam certo scio
materias, quibus in civilibus, et criminalibus causis in foro
saepe et saepius utimur, in hoc frequenter reperiri, ut sine
maximam sibi laudem, utilitatemque assiduus lector possit comparare
capescere, et fruere diutissime.

Agrippa Cist.i Jacobi filius

Spilimb. anno 1630.

Absens, indicta causa, damnari non debet, cùm maxime Reip. causa abest. ut Senatus Rom. respondit quibusdã querentibus de C. Cassio. Liu. Dec. 5. li. 3. pag. 2. ante fi.

Absolui nemo potest, nisi qui dixerit causã. Alex. mag. ap. Curt. c. 84. circa fi.

Accusatio debet esse permissa, et licita; et quid intersit inter accusationem, et calumniã: et quando meritò puniendi calumniatores, uide Macchiauellũ lib. i. suorũ discursuum. cap. 8. ubi multa de hac materia eleganter. Et quod Accusationes utiles sunt Reipu. sicuti calumniæ damnosæ. et Cato quoq senior, accusationes, et uituperationes in improbos, utiles imprimis Reip. censuit. easq singulari studio exercuit in complures, etiã nobilissimos, et prepotentes uiros. plu. in eius uita. car. 148. pag. 2. circa prin. et apud Rom. accusandi studiũ, uel sine priuata occasione, haud ignobile uidebatur, quinimo plurima delectatione eos mirari, laudareq, et c. ui. plu. in ui. Luculli, in prin. et Tac. lib. 3. car. 41. n.° et li. 4. c. 53. Vbi de Domitio Afro. Dion. li. 38. p. 54. Vide .i. li. 2.

Accusationẽ post iudiciũ nulla lex approbat. Agath. i orat. Calibor. li. 4. p. 465.

Accusamus inimicos, querimus de amicis. Thucid. li. i. car. 34.

Accusare aliũ, est à maleficijs arcere. inde arcessere, ponitur pro accusare. ex quo infertur, quod accusationes sunt utiles. Beroal. i Sueto. pag. 4. n.° iv.

Accusare affines non uidetur licuisse, aut honestũ fuisse. quare Cato, cùm iurasset, se, quicũq largitionem fecerit, ei diem dicturum esse; excepit tñ Cyllanum, qui sorori eius Seruiliã uxorem habebat, propter necessitudinem. plu. in Cato. iun. car. 336. pag. i. post med.

Accusare eundẽ de eodẽ crimine bis, et pluries antiquitus licuisse uidetur eidem: nec solùm eadẽ actione, et iudicio, sed etiã diuerso; ut si prius pecuniæ diem dixisset, et ex testimonijs appareret, cum maiore pœna, quam pecuniaria dignũ; rursũ capitis diem diceret. ut apparet ex Liu. Dec. 3. lib. 6. in pr. dũ de Cn. Fuluio fit mentio. nisi capiamus ibi accusare, pro uexare aliquẽ in concione, et in eũ inuehi, ut uerè capiendũ est.

post Accusationẽ siqs fugiat, non debet indiciũ sceleris. i. Fuga.

Accusatus siquis capitali iudicio non ueniat ad se defendendũ, tñ cũ domi ante ianuam consistens Nomenclator tuba citare, nec ante contra ipsũ ferri sententia debet, uetusto Romanorũ more. plu. in ui. Gracch. c. 183. p. 2. post med.

Accusator desistens ab accusatione ob pecuniã, in insulã deportandus est, interdicto ei aqua, et igni. sic fecit Tiberius Jmp.r in seruiliũ, et Corneliũ. Tac. li. 5. car. 64.

Accusatorẽ eundẽ et iudicẽ esse, tyranicũ est. ap. Dionys. Halic. li. 7. p. 44. ubi L. Junius Brutus

Accusatorũ et uitupantiũ mores non minus spectandi, q̃ eorũ qui accusatur, et uitupantur. Agesila. ap. plu. in apoph. Lacon. car. 2. in prin.

Accusatoris aliquando solere eos accusando preoccupare, quos ipsi lęserunt, et à quibus accusari pertimescebant, quasi ipsi eo scelere impetiti sint, quo is qui accusatur ab ipso qui accusat impetitus fuit; probari potest exemplo Ochnę, et Eunosti, de quibus ui. plu. in probl. pag. 497.

Accusatorẽ Judex prius audire, q̃ Reum iubere debet. sicut Agath. refert Justinianeos iudices decresse in accusatione Joannis et Rustici facta à Colchis ob necem Gubazis. lib. 4. p. 464.

Accusatoribus est quidẽ patefacienda lata uia ad accusandũ, non tñ est temere credendũ: nec si calumniatores inuenti fuerint, impune abire debent. nec faciendũ, sicut fecit neotericis temporibus Dux Athenarũ: qui ut fidem faceret Florentinę ciuitati, se bonũ, et amicũ animũ de ea habere; quendã indicem coniurationis contra se factę à Florentinis, interemit: et tñ ei male postea res cessit, obstructa uia indicibus, et amoto metu coniuratis. Macchia. in discurs. li. 3. cap. 6. in fi.

Accusatoribus quarta pars bonorũ Rei damnati per legem erat concessa. Tac. li. 4. car. 47. de quo premio abolendo, si quis maiestatis postulatus ante perfectũ iudicium se ipse uita priuasset actũ fuit in senatu, Imper. Tiberio, qui noluit id premiũ aboleri. Tac. lib. 4. c. 48. n.o

Accusatio, et imputatio de aliquo delicto, maculã nullã affert accusato, dũmodo p sententiã liberetur. Cato primus, qui optimus Orator, optimus imperator, et optimus senator appellatus fuit, ter quater et quadragies causã dixisse fertur, aut etiã quinquagies; accusatus etiã post sextũ et octogesimũ ętatis annũ. et semp absolutus dicus suũ non imminuit. plin. li. 7. cap. 27. car. 115. plut. in eius uita car. 148. n.o C. in fi. Non. n. qui accusatur, Reus est, sed qui conuincitur: nam sępe falso crimina imponuntur. spec. in tit. d' aduocato, § 8. n.o 1. lib. 1. id quod ~~[illegible]~~ sua tempestate ~~[illegible]~~ multis summis uiris [illegible] Cicer ora. pro M. Fonteio, pagella 280. et seq. in primo tom. Quod crimi[illegible] [illegible] aliquo delicto [illegible] inde dicat criminosus, et solebat [illegible]

[Left margin note:] [illegible] quid sit arguit.r de pęna, et condemnatione, [illegible] imputationem: idee nõ sequit. talis imputat.r d' crimine, ergo est criminosus, [illegible] [illegible]

Adolescentis dum liberi, soluti, ac licentiosi, ut ita dicam, viuunt, nec patriam nec parentes, nec quenquam hominem, Deorum'ue pijs undare curant: maxime qui tali vitę aliquandiu sunt assueti: sicut in Vitellijs, Aquilijs, et Tito, Tiberio Brutis videre fuit, et in alijs eorum sodalibus: qui dum illam vitam viuerent, patriam liberatam, patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Junia, patres, plebem, quicquid Deorum hominumq Romanorum esset, induxerunt in animum, ut superbo quondam Regi, tum infesto exuli prodiderint, ut ait Liu. l. 2. Dec. 1. c. 32. et 31. i. [illegible]

Adolescentibus, si quid deliquerint, ignosci potest; senibus non item. ita Sabinis Romani patre responderunt. ap. Liu. cap. 38. Cum Delphinus filius Caroli 7. Gallorum Regis a patre desciuisset, adolescentię filij pater ignouit. J. wr. Maiestatis Reo. l. 2.

Adolescentium mobiles animi, non, aut prematuris honoribus ad superbiam extollendi. Tiberius imp. ita dixit ap. Tac. l. 4. c. 46. p. Vid. contra in wr. Virtus. Lb. 2.

Adolescentes laboribus atq periculis assuefieri debent. quare Germanorum vita omnis in venationibus atq in studijs rei militaris consistit: et a paruulis duritię ac labori student: hoc vel staturam ali, vel vires nervosq confirmari putant. Cęs. de bell. Gall. l. 6. cap. 08. pag. 1. imo et latrocinia ob eam causam permittunt. ibid. pag. 2.

Adolescentis est, maiores natu vereri. Cic. Offi. 1. cap. 25.

Adoptiuus filius una cum legitimo et naturali succedit imperio de iure ciuili [illegible] in [illegible] in prin. post [illegible] mortis [illegible] optime iure [illegible] succedere [illegible] erat cum naturalis et legitimus [illegible] iure autem ciuili [illegible] imperio ad [illegible] pertineret.

Adoptantes. [illegible] adoptantium [illegible] institutum est, [illegible] ut [illegible] qui [illegible] aliquid [illegible] habere [illegible] Dio. lib. 46. p. 199. wr. Cęsar adopt.

[illegible] nec [illegible] alit in [illegible] vetur, Solonis Lex sinebat. iure omnino: Nam etc. [illegible] p. 128.

[illegible] reus sit aut confessus, aut conuictus aut condemnatus. Aldon. com. 27. et vid. J. w. Fama mala.

Adoptivus filius ut alios adoptivos introducat, proficere non est æquum, sed ut eos relinquat qui in familia nascuntur: quae res si defecerit, ut cognatis hereditates restituantur: Haec n. leges iubent, ut nemini qui iure adoptatus erit filium adoptare. Demosth. advers. Leochar. p. 127 [illegible]

Advenæ et peregrini tuti esse debent, licet alibi maleficia commiserint, præsertim si ad terram nostram ventis appulsi sint. exemplo Protei Aegypt. Regis in Alexandrum paridem, ap. Herodotum L. 2. p. 149.

Adulatio est perpetuum malum Regum, quorum opes sæpius assentatio quam hostis evertit. Curt. cap. 110. in princ. Vel. demum (inquit Vell. pater. [illegible]) in Caio Cæsare Augusti nepote inquinem [illegible] conversatio hominum vitia eius animi [illegible] tione alentium. Enim semper magnæ fortunæ comes adest adulatio. Tac. li. 17. c. 130 Ubi Galba imp. pisonem Licinianum adoptavit, fortunam [illegible] [illegible] orationem ad pisonem retulit. Adversæ [illegible] tantum adversam tunditur: secundæ res acrioribus stimulis animos explorant: quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur. Fidem, libertatem, amicitiam, præcipua humani animi bona, tu quidem eadem constantia retinebis, sed alii per obsequium imminuent. irrumpet adulatio, blanditiæ, pessimum veri adfectus venenum, sua cuique utilitas &c.

Adulatores omnes sunt humiles, et adulationi omnis [illegible]. [illegible] in vita in [illegible] cap. 53. Adulatorum tum augebat contagium [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] parum [illegible]: ut Croesum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]: et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] mortem, cum [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] li. [illegible] pag. [illegible].

Adulteriũ à muliere comissũ, qua pœna plectebatur apud Cumæos, pulchrũ est id uidere apud plut. in probl. car. 480. Tiberius Appuleiã adulteram ultra ducentesimũ lapidem à propinquis suis remouendã, exemplo maiorũ suasit. adultero Manlio Italia, atq Africa interdixit. Tac. li. 2. car. 24. q. Vide s. in uer. Adulteria in Vxorib. Sub Valentiniano imp. regente Vrbem Romã Maximino quodã per tempus tunc compluris adulterium flagitijs conuicti, uel stuprorũ. Marcellin. lib. 28. p. 403. 404.

Adulterij reus delatus Cethegus Senator, Valentiniani imp. tempore Maximino quodã Romã regente, ceruice perijt abscissa. Marcell. li. 28. p. 400.

Adulterij crimen tam atrox apud Lacedemonios habebatur, ut in bene instituta Ciuitate adulteriũ comitti propemodũ incredibile iudicarent: ideoq super eo nulla lex à Lycurgo lata traditur, tamq impossibile foret adulteriũ Spartæ committi. plu. in apoph. Lacon. in Lycurgo car. 3. p. i. et lege Romuli Vxore propter adulteriũ, aut claues adulterinas, repudiare licebat, ut refert plu. in ui. Rom. c 13. i pr. imo apud Lacedemonios adulteriũ permittebatur lege nec erat turpe: sed tñ nunq est comissũ. ut tradit plu. in ui. Lycur. car. 19. p. 2 post ubi pulchrum Geradæ dictum.

Adulterij conuicta mulier dotem non debet amittere, si uir cum parum continentẽ eam esse sciret, tñ in Vxorẽ duxisset; diuq cũ ea cohabitasset: itaq si hic diuortiu agat maritus, ipsa dotem reposcere poterit: pœna tñ pecuniaria et ipsa propter turpitudinem, uata aequatione mutabitur. hoc fuit iudiciũ C. Marij uirtũ consulis in causa Fannii cuiusdã, et Tinnij: ut dicit plu. i ui. C. Marij c. 218. p 2.

Adulteria capite punienda sunt etiã in Reginis et earũ adulteris: ut in Annam Bolinã uxorem suã, et eius adulteros exemplũ statuit Henricus Britanniæ Rex. uide Iouij. Hist. lib. 35 ad fi. Augustus Cæsar Iuliã filiã suã, quæ multa adulteria comiserat, in Insulã relegari iussit habuit, licet adulteros eius puniuit. Vide paterculus car. 242. q. philippus Vicecomes dux Mediolani Beatricem uxorẽ suã adulterij cũ Orombello Citharœdo admissi reã ... in tormentis quæq contra pudicitiã ... continentiã ... Iou. in ... pag 103.

Adulteria parthi tam grauiter puniunt, ut nullu delictu grauius, quis multas unusquisq uxores habeat. Iust. lib. 41 car. 136. circa fin.
Alexander quoq magnus tam graue id flagitiu habuit, alienas sibi corrumpere mulieres, ut corruptores tanq perniciosas humano generi beluas, feris trucidari modis iusserit. ui. plu. in eius uita car. 299. p. 1. post med.
Adulteria in uxoribus deprehensa tam grauiter affligunt uiros, ut inuenti sint qui pre dolore sint mortui. sicuti Lucullus, de quo plu. in ui. pompeii, car. 280. in fi. D. Syllanus in [illegible] [illegible] adulter / quanq non ultra foret saeuitu, q ut amicitia Caesaris prohiberetur, exiliu sibi demonstrari intellexit nec nisi etc. Tac. li. 3. car. 34. q. Et mariti grauius ferunt adulteria, quam homicidia, et necem filioru. Bar. in c. [illegible] [illegible], quod. de reg. iu. in 6. in apostillis. Vide Tiraq. de leg. connub. l. 13. n° 27.
Adulteriu apud Babilonios non erat probro. imo mos solemnis ut ait Curt. apud quos uitiis et luxuria, et uitiis Babyl. c. 47. [illegible]
Adulterii damnata Vistilia uxor Titidii Labeonis, licet stupri licentiam apud aediles uulgasset. mos inter ueteres receptus erat, ut satis poenarum aduersus impudicas in ipsa professione flagitii crederent, tu in insulam Seriphon abdita fuit. Tac. li. 2. c. 30. [illegible] [illegible] adulteru interimere licet. [illegible] [illegible] [illegible]. Solonis lege sancitu est ut adulteru interimere deprehendenti fas esset. plu. in ui. Solon. car. 95. p. 2. post med.
Feminae uiros suos oderunt, et sic Liuia Drusi mariti sui uitam [illegible] assensu suo Aelio Seiano prodidit. licet Drusus Tiberii imp. unicus filius esset, et cum ea iam sex filios haberet. Corn. Tac. li. 4. in prin. Vide exemplu in [illegible] Regis, cui uxor [illegible] amore [illegible], fraude interfecit. ap. Diod. Sic. bibliotheca lib. 17. pag. 1000. uide exemplu in Fridegunde [illegible] lib. 2 [illegible] [illegible] [illegible]

ob Adulteratam Equitis Romani uxorem Caesar Liberum gratissimum, quis nullo querente capitali poena affecit. Suet. in Jul. Caes. cap. 48. item Augustus Proculum ex acceptissimis libertis mori coegit compertum adulterare matronas. Suet. in Aug. cap. 67.

in Adulterio deprehensae uxori non omnino credendum est; sicut cum in interfecta nudum alterius viri corpus trucidatum a marito ostenditur: quia fieri potest, ut cum maritus alia de causa eam odio haberet, ut impune abire possit, eam interfecerit, interfectamque cum viri corpori composuerit; quod forsitan inimicum sibi et ipsum morti dederit. quemadmodum Sex. Tarquinius minabatur Lucretiae se facturum, nisi sibi consentiret. Liv. li. 1. dec. 1. car. 20.

Advocati seu patroni impudenter futurum arbitrium sibi vindicant: nam quod [illegible] generis et proprium dentibus alitum producere per patroni in [illegible] pecuniarum [illegible] et Caesaris [illegible] faciunt, ut dicat Iud. XI. apud Ant. Ferr. car. 46.

Aegroti facilius credunt, quam sani. vide s. in ver. Lumine

Aequalitas et clementia populi ad maximam amplitudinem et imperium pervenit, ut in [illegible] contigisse refert Mach. lib. 2. p. 140. in fi. et seqq

Aetas minor, si virtus adsit, non obest agendi. vide s. ver. Virtus lib. 2. contra s. Adolescentia.

Aetatis progressum exspectari non oportere ad insignem eximiamque virtutem. Caesar ineunte aetate vicit, inquit Cic. philip. 5. car. 203. p. 2.

Aetatum gradus quam varii, et [illegible], vide [illegible] in suet. [illegible] cap. 6

Aetatis cuique parti sua tempestivitas est data: infirmitas et puerorum, et ferocitas juvenum, gravitas jam constantis aetatis. Cic. de sen. car. 23 p.

Acerrimis uitia cū ętate deponuntur. ui. Zeual. in Sueto. Nero. ca. 26. Vitiū uerò uentris et gutturis non modo non minuit ętas hominibus, sed etiā auget. Ci. pro Cęlio, car. 46. p. 2. in fi.

Affiniū delictis necesse est conniuere: nec eo est honestū accusare. ui. T. in uer. Accusare. et plu. in Cato. iun. 1337. i fi. ubi hoc Cato dicit.

Agens agit propter finem, non propter media. Vide in uer. Facie[illegible]. Faciendo et capiendo res ad effectū producuntur, sua uero sponte nihil fit. Herod. lib. 7. pag. 449. in Mardonij orat.

Agri de ca[illegible] re pluribus legibus, non petit legi à T. Vespasiano lata: de qua Sueto. cap. 8. in fi.

Aggressorē ulcisci ius cōe omnibus permittit. ap. Thucyd. lib. 3. c. 150. in pri.

Aggressor in dubio iudicandus est ille, qui uictus fuit: nā prouocantes, sicque uictos fuisse multis exemplis probari pōt. ut quib. j. uer. pugnare. Tapillo ueni nō infero: Et Dijs quoq pro meliori ~~[illegible]~~ lationis causa magnā partē Asię in ditionē redegi meā, et ipsū acie uici. ~~Auxit[illegible] ad Darium~~ ap. Curt. lib. 4. post prin. quod et Lucanus canit ex ore Julij in adhortatione ad milites suos lib. 7. c. 79. p. 2. Hęc est illa dies [illegible] fato quę teste probet quis iustius arma sumpserit: hęc acies uictū factura nocentē est. et paulo post ex ore Pompei. &c.

Agri etiā Romanis non licebat plus q̄ quingenta iugera possidere; multabantur grauiter, qui plus possidere deprehendebantur: nec quisq̄ terminū trāsgrediatur. Vide j. in uer. pater 2. et ap. Liu. Dec. lib. 2. p. 248. circa med. eamq legem tulit Licinius Stolo: qui paulo post ipse eodē crimine damnatus fuit, quod cęteris prohibuerat, et secundū eam legem, quam tulerat, pęnas dedit. plu. in uita Camilli, car. 78. p. 1. post med.

Agri modū certū, aut fines proprios nō habent Germani sed Magistratus ac principes in annos singulos gentibus, cognationibusq hominum qui unà coierint, quantū eis et quo loco uisū est, attribuunt agri, et anno post, alio transire cogunt et quare hoc faciant ui. Cęs. 6. bel. Gal. car. 68. p. 2.

Agrū suū sordescere patiens, eumq indiligēter curans à Censoribus puniebatur. et in ęrarios referebatur. Zeuai. in Gell. 7 [illegible] cap. 42.

[illegible] milites [illegible], ipsi tota regunt per uictoriā Cęsaris, ipsi Romanas [illegible] hoc sanguinis leges. Qui tn̄ Pōpeius potentia cū apud Cratippū philosophū ē fortunā quereretur, disputauit an sit prouidentia, cum in causa meliore uictus. ut Carw. Chron. par. 1. lib. 2. [illegible] autor ait ibi. pag. 198 Cęsar in eam legionis Tysionis arma cępit. Ad quē et sic loquuta fuit: omnis qui gladiū acceperit. uelitq nō datū à legibus gladio peribit.

Agri alicuius si ab Hoste soli relinquantur illæsi, non est propterea suspicio contra eũ capienda. Vide T. uer. Hostẽ. et Dionys. Italic. li. 8. pag. 107.

Aliena inuidia conari crescere, pessimę artis officiũ est. ui. T. uer. Maiorũ.
Alienis rebus arbitrio alieno uti debemus, sicuti semp facere cõsueuit pop. Ro. Liu. Dec. 4. li. 2. pag. 4. circa med.
Aliena bona antiq̃ Fisco essent adiecta, ne quis dono à Rege peteret, et si quis petijsset, is indignus liberalitate omni Regia haberetur, priuareturq rebus omnibus quocunq pacto donatis, sancitũ fuit in Gallia sub Francisco Vales. Rege, ut ait Arn. Ferron. c. 150. n° 4.

6. Amare eos decet quicunq à nrõ principe amantur et honorantur: nec inquirendũ quales ipsi sint: et ideo M. Terentius Seiani familiaris quũ accusaretur apud Tyberiũ ob hoc, q amicus Seiani fuisset, non modò non negauit, sed palam dixit, se ideo familiarem, studiosũ Seiani fuisse, quia ille tantopere à Tyberio honorabatur. Cuius enim est. n. inqt, quęstio honoret imperator, eo, quos nos amare, quancunq ij sint. Refert ex Dione in Tyb. Suet. cap. 61. Vide latius pulcrã defensionem dicti Terentij ap. Tac. li. 5 car. 10. Et uide quã dicat Philotas. ap. Curt. li. 6. car. 78. p. 1. in fi. et quę Amyntas ap. eundẽ, lib. 6. car. 83. p. 1.

a. Ambitionis tollendę causa Tribuni legẽ promulgarunt, et plebiscitũ, ne cui albũ uestimentũ addere petitionis causa liceret. sicuti prius facitari moris erat unde etiã candidati uocabantur. Liu. li. 4. p. 105 post mi. Venetijs autẽ lex est in Decemuirũ collegio posita: qui hominẽ ciuis eius rogauerit, ut sibi, aut alicui suorũ in eandẽ suffragio fautor sit; is ad eũ magistratum aut omnino Reip. in comitio muneris, x. annos ne admittatur; et, si in magistratu fuerit, ab eo reijciatur: cui autẽ rogari se contigerit, is rogantis nomen ad Decemuiros deferat: id si non fecerit, quinq annos eandẽ mulctã subeat. Bemb. hist. lib. xi. car. 171. n°.

Amicitia ob pecuniā inter homines facta, cū eadē absumpta consumitur procop. bell. pers. l. 2. p. 283.

Amicitia stabilis esse non potest, ubi non sit mutua opinio sinceritatis, et nisi etiā in ceteris similitudo sit morū. Thucī li. 3. in orat. mith. car. 133.

Amicitiæ fides syngrapham non requirit. Beroal. ex Symmac. in suet. lib. 1. cap. 23.

Amicitiæ dirimendæ mos hic erat apud Romanos, quod illis quorum amicitia uti nolebant, domo sua interdicebant, eumq̄ finē gratiæ ponebant. Tac. l. 5. car. 64.

Amicitiæ conciliandæ plus ualet similitudo morū, q̄ affinitas. plut. item Cornel. Nep. in uita pomp. Attici, car. 1 et. 2. in prin.

Amicitia est omni propinquitate fidelior. plu. in Cato. iun. car. 337. p. 2. ad fi.

Amicitia nimia secundū Theophrasti sententiā, est interdū causa de q̄ aberrandi, dum quis propter maximū amorem nunq̄ satis se in honore habitū uti ab altero putat. ita Cato ap. plu. in eius ui. c. 337. i p[illegible]

Amicitia inter pares firmissima, et uidentur pares, qui nō fecerunt inter se periculū uirium. Curt. car. 97. in med.

Amicitias, inimicitiasq̄ Regū ex sua commodo metiuntur. s. uir. Regis Dio. li. 48. p. 230. in fi. Adeo inquit in seditionibus et bellis omnis pariter rationem exuniunt, uti non iure sed utilitate, uel ac necessitate amicos inimicosq̄ sibi qui uerū metiuntur existimant, ac pro opportunitate temporis eosdem et hostes et necessarios suos iudicant.

Amicitiæ autem Regū et Tyrannorū frequentes ac repentinæ sunt et ardore quodam amoris subito incenduntur: sed labefactari, expugnariq̄ facile possunt: et uelut mentis, calumniis, atq̄ inuidiæ flatibus agitantur. plu. in ui. Arati, car. 419. p. 1. ad med.

Amicitiā et fidem cū aliquo contractū deserens debet intrare et inuicem quod ab ipso cepit restituere. quod quidē iure gentiū etiā in [illegible] consueuit seruari. Vide [illegible] in uer. [illegible].

Amicus, in[illegible] inimicus quos meri [illegible] car. 78. p. 1. [illegible] ad sup. [illegible]

[illegible] mirū modū [illegible] Laurentius [illegible]

[illegible] inimicos uocat [illegible], inimicū [illegible]

Amicorũ amicũ esse, dicit bonũ uirũ; et amicorũ amicos colere, inimicos odisse. polyb. li. i. p. 21. ĩ fi. Unde quintius Flaminius ad Nabidem, duabus maxime rebus, inqt amicitia uiolatur, si socios meos pro hostibus habeas, si cũ hostibus te coniungas. Liu. Dec. 4. li. 4. pag. 584. in prin.

Amari eos dicit, qui a nro principe amantur: nec inquirendũ quales illi sint. Vide ĩ. in uer. Amari. Sed tñ aptius hic ponerentur

Amicorũ et bonorũ uirorũ opera, et uirtute, uel gratis frui licet: et ideo muneribus alliciendi non sunt: sed improbi, et ij qui ciuitatẽ in senatu, et concione quotidianis seditionibus, et discordijs pturbant, emendi et corrumpendi sunt; ut acceptis pretijs, ore compresso, minus turbarũ moueant. plu. in ui. philopœm. hęc ciues urbis ad Timolaũ dixisse refert, car. 130. p. 2. in prin. Amici autẽ subdubitantibus de fide nostra, qz nos in egestate forte uideant, et ab aduersarijs auro sollicitari; pulcrũ, et magnanimũ responsũ docebit Aristides, quo ipse usus est ad Lacedęmonios pro Atheniensibus. uide plu. in ei. ui. car. 140. p. i. ante med.

Amicos nostros accusantibus contra nos aliquid machinari, non tam credendũ est, miro exemplo Traiani imp. erga Suram amicũ suum. ui. dion. in uita Traian. car. 7. Saluidienus tñ contrariũ nobis exemplũ dat, etiã ab amico insidias fieri. Dio. lib. 48. pag. 232.

Amicis officia prestanda sunt sine ratione: sicut fecit pomp. Atticus. de quo ui. apud plu. imo apud ęmi. prob. in eius uita, car. i. prope fi.

Amicos priuatim suos fauebat Consaluus ille magnus, ut Regis sui iussu seruiret. uide ĩ. uer. Regis.

Amicos pugnantes in armis, Aetolorũ lege licebat inuadere. ĩ. uer. prędę. in . .

Amicos tanq̃ pecudes eos potissimũ diligebant senatores Romani tempore Valentiniani et Valentis impp. ex quibus se sperabant maximũ fructum esse capturos: nec in rebus humanis quicq̃ bonũ norant nisi quod fru . . ctuosũ. Marcell. lib. 28. p. 418.

Amicorũ ad presidia tuc confugiendũ, cum nulla in nobis am. lius spes est reliqua ut Arat. inqt ap polib. li. 2. p. 173. Nec par est, ut qui in . ignauus . . uel amicos aliquid agere, ne causa incidat. Demosth. in . . . . . . p. . .

Amici singuli in periculis, Hostes gregatim occurrunt. paul. Aem. i clod. c. 7. p. i. c.

Amicis eatenus inseruiendū, quatenus Deus, et religio non offendatur. sic sensit Pericles cum dixit. usq ad aras mihi amicus esse licet. plu. in apophtheg. periclis. nā ab ara ferebant iudices suffragiū. plu. in ui periclis car. 85. p. 2. ante med. Et boni, uerecundiq iudices in primis caueat, ne in iudicijs, quę de amicorū rebus acturi sunt, eos amor transuersos agat, adeo ut interdū cū illis amicitiā habere litigantibus noceat. ideo Massanissa in quadā controuersia, quam habebat contra Carthaginienses coram Romanis: nihil aliud in ea se disceptatione metuere ait, quàm ne pudor Romanorū, dū uereantur ne quid socio atq amico Regi aduersus communes hostes indulsisse uideantur, damno sit Liu. Dec. 4. pag. 721. post prin. lib. x. et uide quod eiusdē Masanissę filio Gulussę respondit Senatus Rom. i. uer. Jus. et i proxime. et in uer. Amico.

Amicis quidē benefaciendū, inimicis uero maledicendū. secundū Aristonē, ut ait Plu. in apoph. lacon. Aristo. sm Cleomenē uero, inimicis malefaciendū, ut ibidē memoratur. cuius sententię uidetur astipulatus etiā Themistocles, qui cuipiam cū admoneret, optimo iure principē Atheniensiū eū futurū, si cunctis ęqualis, et communis esset. nunquā, inquit ego ea in sella sedere cupiam ex qua mei studiosi nihil amplius à me, quam alieni habituri sint licet Aristides seruarit cōtrariū. uide plu. in uita Aristid. car. i. i pri.

Amicis, et socijs auxiliū ferre debemus ~~quàprimū~~ quāprimū periculū ipsū, discrimenq, et necessitas eorū postulat, non satis expectare, ut à nobis petatur quia multo acceptius est, quod ultro, quàm quod petenti offertur. ideo imitatione Tusculanorū de quorū singulari fide, et studio in Romanos uide ap. Liu. li. 3. dec. i. car. 68 et paulo post Romanorū erga Tusculanos in simili eorū periculo ut apud eund. car. 70. cir. pri.

Amicū fidum habens, filio propemodū dici meruit, ut de Aristide dixit Antimagnes de quo plu. in eius uita, car. 207. p. 2. ad med.

pro Amicis minacius contendi: Regnum cum sim adeptus, lege mihi uindi. inquit Lud. xii. apud Arnol. Ferr. car. 46. D.

Amico me simul et adulatore uti non potes dixit Antipatro Phocion cum quiddã ab eo minus honestũ petijsset. plu. in vi. Agid. in prin.
Lysander tñ amicorũ causa multa peccata comittere non dubitauit, ut ait plu. in comp. Lysan. et syll. post prin. Agesilaus quoq nihil turpe putabat, in quo amicis obsequeretur. plu. in eius vi. c. 1. p. 2. i pri et car. 272. p. 1. cir. fi. ubi refertur epistoliũ eius huiusmodi: Niciã siquidẽ nihil cõmisit, dimitte: si cõmisit, nobis dimitte: sũma, dimitte. Simile illud Jacobi Cardinalis papiensis ad Latinũ Vrsinũ Cardinalem et Legatũ Marchię, ap. Francisc. Sansou. lib. 3. Virorũ illustr. dom. Vrs. car. 28. q°. Chi teme di servire, differisce, et pensa ogni cosa: quisti tali non mi piacciono, ma coloro mi piacciono, iquali (siccome dicea il Cardinal Giordano nostro Zio) per gli amici fanno à pugni con la conscientia, quando bisogna.

Amittens aliquã rem, si ea postea recuperetur, per ludũ dicere potest, se fuisse in causa, ut recuperetur; nã si non amisisset, nõ potuisse recupari sicut in M. Liuiũ, et eius amicos fecit Q. Fabius, cum illi dicerent opera Liuij Tarentũ receptũ, quod arcem tutatus esset: fateor, inquit Fabius opera Liuij receptũ: neq. n. recipiendum fuisset, nisi amisisset. Liu. dec. 3. li. 7. pag. 436. ante med.

Amoris causa siquis aliquid uel contra Regis, aut principis iussum faciat, uenia dignus habetur et omni pena debet absolui; sicut Meridiati in propria causa. i. in ipsius edicto contemnendo faciundũ c. ... ut memorat plu. in lib. de cla. mul. cap. 21. et quod amor excusat ... ... quod dicit plu. in comp. Rom. ac Grec., p. 1. ant. ...
et Augustus Titũ Juniũ. quod patronũ suũ proscriptũ olim celauisset ... ... dignitate decorauit. Sueto. in Aug. cap. 2.. et in Triumvirũ. i. ipsius Augusti, Antonij et Lepidi edicto, his qui occultassent aliquẽ proscriptũ, mors proposita erat. Appia. ... ciui. lib. 4. c. 172. ... ... grauissimas in eos statuit, qui dominos aut amicos prodidissent ... ... li. 4. pag. 204. post med. et uide in ... ...

Amoribus mulierũ quàm maximè obnoxius fuit Cesar. Dio. li. 42. p. 124.
Carolus Amboasianus Mediolani prorex uir prudens, et moderatus, cum multis annis cũ laude vixerit Mediolamensis, tñ longius ętate prouectus, ita captus est amore Mediolanensis puellę, ut personatus ambularit media in Vrbe. Arnol. Ferr. in Lud. xii. car. 33.
et Carolus Octauus Rex Gallorũ captus erat amore cuiusdam mulieris, quę Cherij habitabat. Guicciard. li. 2. pag. 118.
Amoris indicia in adolescente quomodo deprehendantur, nos docuit Erasistratus, quũ ex illis deprehendit, Antiochũ Seleuci filiũ Stratonices nouercę amore captũ. plu. in ui. Demetr. c. 390. p. i. i fi. cũ seq. p[illegible].

Animalia irration. dominũ tñ suũ cognoscunt. et ideo, etc. uide in uer. Iumentũ. l. li. 2.

Animã imortalem esse, et in alia corpora migrare arbitrabãtur Aegiptij. Herod. li. 2. p. 155.
Animas multorũ ex Inferis reuocauit Antonin. imp. ex quibus nemo ei respondit, preterq̃ Cõmodi anima, quę ita ait, pergi ad suppliciũ [illegible]. Dion. in Antonino Carac. p. 607.

Anima [illegible] i. qui minimũ cõmercij cũ corruptione corporis habet, ueluti è nube fulgur, ita è corpore euolat: quę autẽ permistus est corpori, eoq expletus quemadmodũ euaporatio quędã onusta, atq caliginosa ęgre emittitur, ęgreq reuocatur. Haud igitur consentaneũ, bonorũ ac fortiũ uirorum corpora unà cũ animis preter naturã in cęlum transmitti, sed animę uirtutes exequites existimandũ est omnino, non repugnante natura, diuino quodã decreto, ex hominibus in heroas, ex heroibus in Daemones. ex ijs uero, cum penitus, ueluti in mysterijs purgati expiatiq fuerint, liberati mortali omni, ac terrena mole, non ciuili lege, sed, ut uerita[illegible] ratio dictat, in numerum deorũ referri; [illegible] plu. in ui. Rom. i fi. [illegible]

Animis hominũ simile quid accidit, quod corporibus, cum in iis ulcera ita interdum crudescunt, ut sanari nullo modo possint. id enim in ulceribus euenit, ut si illis medicamentũ curandi gratia adhibeas, ulcus ipsũ ui medicaminis refricatũ augescit; si uero curam eius negligas, longe magis sua ipsius natura extenditur: neq prius desinit, quam omne subiectũ corpus corruptũ, labefactumq sit. ita animis quoq consimiles interdũ morbi, ac tabes accidunt, ut nullũ ex reliquis animantibus homine atrocius, atq efferatius fiat: cui si interdum ueniam, aut impunitatẽ aliquã concesseris, aut aliter benignitate cũ fueris prosecutus, id omne dolũ fraudemq existimans, deterior fit et erga uenitiũ bonum magis infidus. si uero tu contra omni iuris nihil est adeo durũ, crudele nefariũ, quod non facile aggrediatur, laudem sibi eã temeritatem existimans donec ad extremũ omnino efferatus animus humanã naturam exuit. Quarũ rerũ initiũ, ac longe maiorem partem mali mores afferunt, et depravata à teneris annis educatio. adiumenta postea multa sunt, sed in primis etc. uide polyb. hist. li. 1. p. 100. quem ideo hic referre uolui: quia similem huic frater meus animũ induisse uidetur: quasiq in re ad me pertinente dolor indulgere stilo diutius coegit.

Animus corruptus, simul et corruptor, aeger, et flagrans, haud leuioribus remedijs restinguendus est quam libidinibus ardescit: sicut in corpori quidẽ morbos ueteres, et diu auctos, nisi per dura, et aspera coerceas. Tiberius imp. ap. Tac. li. 3. cap. 39. n.

Animũ ipsius finẽ et intentionem hominis in omni re spectari conuenit. nam summum cũ uel laudis uel poena signis indicabitur. ut eleganter describit polyb. l. 2. pag. 157. cũ seq.

Animi perturbationibus uicinis et obitũ deferens, fluentis causae sui praecipua non euanescit. ut de Annibale tradit polyb. li. 3. p. 18.

Animus aliquorum in malis ortus non modicus, sed acerrimus est ut in …
Tac. lib. 17. cap. 131. n.

Animus hominis quàm difficulter cognoscatur exemplo Seiani considerare licet, qui cum maximè insidiaretur Tiberio, et eius stirpi, dum Drusum unicum eius filium, corrupta per adulterium Liuia uxore, ueneno sustulisset, et nepotibus item rursum maximè tenderet insidias, tamen cum in specu quodam cum eo uesceretur, cuius os lapsis repentè saxis, quosdam ministros oppresserat et ideo ceteri aufugerint, ipse substitit super Caesarem opponendo se incidentibus tanquam Tiberij tantum, et nunquam salutis suae anxius. Tac. li. 4. cap. 14. 1. Vide ap. eundem, cap. 56. miras insidias Latiaris in Titium Sabinum, cui se specie amicitiae insinuarat. et ita ap. Curt. li. 6. c. 74. p. 2. ubi est Alex. ameno magn.
qui nec … et familiariter aliqui cum Philota … damnaye … sustineret …

Animus et mens cuiusque optimè perspicitur ex uerbis inter cibos proiatis.
10. 3. 9. 220. Unde Germanicus Caesar, cum propinquum uideret summe rei contra Germanos, et Arminium discrimen, explorandos sibi militum animos ratus, quonam id modo incorruptum foret, secum agitans, tandem penitus noscendam mentem, cum secreti et incustoditi, inter militares cibos, spem aut metum proferrent, censuit etc. Tac. li. 2. c. 17. in fi. cum seq.

Animos hominum tales esse necesse est, qualia sunt eorum studia. v. lib. 2. uer. Studia

Animus conficiendi principem, quem quis sua uoce testatur, si ad aliud non procedatur; poenam aliam non meretur, quam leue exilium. Vide v. in uer. Voluntas. et uer. Consilia non puniuntur.

Animum eius, qui amoribus teneretur, in alieno corpore uiuere, dicebat Cato. ut ait Plu. in ui. Caton. sen. car. 147. p. 1. post mid.

Animi praesagire, et tacitè diuinare solent imminentia mala: sicut in exercitu Cn. Scipionis est uidere ap. Liu. dec. 3. li. 5. p. 350. post mi. et in exercitu Carthag. lib. 0. p. 404. in fi. et Scipio nec ibi in se … affirmat pag. 416. circa fi. imo et dona: sicut Rom. po. dec. Liu. lib. 5. in prin.

Annonę cura in primis habenda à magistratibus, eaq abundans nō parū honoris tribuit eius præfectis. de hoc ui. Beroal. in suet. Aug cap. 41. inter cętera quibus dijs fauentibus Romanā Rem. iuuimus, nihil mihi est magnificentius, q̄ quòd additamento uncię omne annonarū Vrbicarū genus iuui, inqt Aurelianus imp. apud Vopiscū, car. 215. p. 2.

Annonę prouisor singularis fuit Balista, qui postea fuit imperator Vide .q. uer. Grauamina . b. 2.

Appellatio est unicū præsidiū libertatis. ideoq L. Valerius, et M. Horatius consules sanxerūt legē, nequis ullū magistratū sine prouocatione crearet. qui creasset, eū ius fasq esset occidi: neue ea cędes capitalis noxę haberetur. Liu. li. 3. car. 84. in prin. Licet ibi loquatur de prouocatione, quę proprie fit ad populū, cùm appellatio fiat ad Magistratus, ut ibid. Liu. post m et in fi. eiusdē prin. seq. Nemo. n. ita merū imperiū obtinere debet, ut non ab eo prouocari possit. Mecenas ap. Dio. li. 52. p. 209.

Apū aluearia condens, ab alterius ante conditis aluearibus trecentis pedibus condere Lege Solonis iubebatur. plu. in ui. Solo. c. 36. p. 1. [illegible] prin.

Aqua intemperantia hausta, intercluso spiritu hominibus uitā eripit ut apud Curt. uidere est, car. 90. p. 2.

Aquileia urbs situ, et opibus, murisq circumdata ualidis, aliquoties [illegible] nunq tn̄ excisa aut dedita, temporibus Constantij imp. et Iuliani in [illegible] à duabus legionibus Constantiacis autore Nigrino, et [illegible] obsessa fuit à Iuliani exercitu et ducibus; at intellectū demū morte Constantij, et confirmatione imperij Iuliani constituta, sponte [illegible] aperuere. uide Amm. Marcell. li. 21. p. 223 usq ad pag. 227.

Aquileia à Quadis, Marcomannisq. imperatore Valente diu obsessa fuit, et Opitergiũ excisũ. Marcellin. li. 29. pag. ~~448~~. 455.

Aquileiã, omniũ ab occidente urbiũ maximã appellat Iustinianus imp. et in qua sæpe ipsi imperatores vixerunt, sicuti, et qui multoties cũ ipsis etiam regni certamen susceperit. auth. de prit. paphlag. i prin.

Aquileia ciuitas potentissima, simulq. frequentissima direpta omnium felicitatẽ Attilæ dedit, ut nullo negotio totã popularetur Europã, et occidentis imperiũ tributariũ constituerit. procop. bell. vandil. li. 3. pag. 312.

Arbiter. ad id fini solet eligi, ut de bono, et æquo cognoscat. nam Arbiter æqui, iudex magis iuri appositus est. Aristot. Rhet. li. 1. cap. 35.

Arborẽ, quã conserui, sub ea legere aliũ fructũ, indignũ est. inquit Q. Fabius ap. Liu. dec. 3. li. x. p. 254. circa prin.

Arborẽ mori amauit mirũ in modũ patienus, Vigetr. Vid. in uer. Amorẽ. li. 2.

Argumentũ sophisticũ, et apparens est, quando aliquod uerbũ assumitur strictius in propositione, et idẽ in assumptione largius. sicuti probauit phisica medico filio Antonij adolescenti, inquiens. Febricitanti quodãmodo danda est frigida: sed omnis febricitans quodãmodo febricitat: ergo omni febricitanti danda est frigida. nam uerbũ quodãmodo in propositione refertur ad unam tantum febris speciẽ immutabiliter in assumptione autẽ refertur ad omnes species febriũ commutabiliter et ideo ex eis non sequitur uera conclusio. sicut medicus ille demonstrauit plu. in ui. Anton. car. 399. p. 2. ad m.

Arma apud aliquẽ inuenta nõ faciunt indiciũ parratæ cũ eis cædis, cũ potuerint ei fuerint reposita penes eũ fraude aduersariorũ. [illegible] Vide i. uer. Litteræ. et uer. Iudiciũ.

Arma. sicut gladiũ ad uel, alicuius deuilas apud aliquẽ inimicũ, non

est indiciũ, q ad eũ accesserit animo occidendi. uel q eius sit gladius.
Vide .S. uer. Indiciũ homicidij.

Ab Armis omnia pendent; quibus, qui preualet, eius sunt omnia, et ceteris antecellit. Dion li. 37. p. 20. uer. Armorũ uis. Xiphil. i Dione in Nero in prin. nullũ ius, inquit, propterea plus potest, q arma. ut. n. quisq potentissimus est. ita iustissime dicere omnia et facere uidetur. loquitur de imperio Romano a Nerone p scelus adepto: sed cui Britannicũ optimo iure succedere oportebat.

Artes plures callere unus et idẽ perfecte non potest. Thucid. li. i. car. 71. q uide in uer. Artifices. S. li. 2.

Ars digladiandi plus ualere in singularibus pugnis q militiæ peritiã uide .S. uer. Duellis.

Artibus, aut studijs illis opera non est impendenda, quorũ magistri alijs seruiant. secundũ Mariũ, ut refert plu. in ei. ui. in prin.

Artes sellularias ac sordidas, et turpibus cupiditatibus subseruientes, ut corporibus atq animis tractantiũ noxias Romulus seruis et exteris exercendas tradidit, longoq tempore pudori Romanis erãt opera talia: duo uero tantum illis reliquit studia rei militaris et rusticæ. Dionys. Hali. lib. antiq. Rom. ii. p. 163. idẽ li. 9. p. 278. Nemini, inqt, ciui Romano aut cauponari, aut opificia sordida exercere licebat.

Artis omnium aperit pauor; exemplũ ap. Agat. li. 5. p. 506. Tale illud Cnemi Lacedemonij ad suos milites ap. Thucid. li. 2. car. 121. Nei pericoli, inquit, doue egli non è ardire, nõ gioua arte alcuna. percioche la paura ci fa dimenticar la scienza, et la pratica senza generosita non ci apporta utile alcuno.

Artem ea, uel scientia et propositum dicendi aures aperiendi? Iure inuenit uerum: quod in omnibus rebus perfectis i facere testatur Leo. imp. constit. 16. pag. 508.

Artificia discentes et eorũ liberi, apud omnes ferè Barbaros habebantur pro ignobilioribus: generosiores autẽ hi, qui à manuarijs opibus abstinebant. quod et apud cęteros Grecos conspicitur, tum precipuè apud Lacedęmonios. Corinthij quoq minimi faciebant opifices. Herod. li. 2. p. 176.

Asylorũ iura, et mos ...... sunt, quæ Asyla nihil aliud sint, q̃ maleficiorũ inuitamenta, et receptacula. uide .j. cor. Templi aufugientes. co. lib.

Auari auaros oderunt. sic de Crasso dicitur, qui cum esset õium auarissimus, grauiter tñ maledictis insectari auaros, et sui similes, ... consueuerat. plu. in eius ui. car. 260. p. i.

Auaritiã tanq̃ rerũ omniũ periculosissimã, cauendã antiqua Oracula monuerant. plu. in ui. Agid. car. 169. p. i. post me. L. piso pretor prouinciæ citerioris à quodã agreste nationis Termestinę Hispano eo quod pecunias e publico interceptas acrius cogebat, interfectus fuit. Tac. li. 4. car. 51. n.° in fi et seq. Galba imp.r ob nimiã auaritiã interfectus fuit. uide Tac. li. 17. c. 131. et seq. perniciosũ est, imbui animũ usu plura semper expetendi; gnarus enim erat malũ multa concupiscere; Artabanus apud Herod. li. 7. p.° 455. 456.

Audacia non discitur, sed innascitur, ap. Thucid. l. i. car. 57.
Audacia in ipso exortu statim uindicanda: quando enim inueterauit, ... fuit. paul. Aemil. li. i. pag. 25. n.°
Audaciam ... a fortuna prorsus adimit. procop. de bell. got. li. 2. p. 95.

Aulica aura nihil incertius: perleui momento ea gratia circumagitur. Paullus Aemil. in car. vi. p. 214. c.

Aulicos homines exigua temporis interualla in excelso fastigio collocant, et eosdem rursus ad extremam miseriam, ac calamitatem redigunt. Si. n. simi les sunt suffragijs, quae in publicis consilijs dari solent. nam ut illic pro eorum, qui consulunt, uoluntate quae modo aenea fuerunt mox aurea dantur: ita qui regias sequuntur, pro Regis uoluntate nunc beati, mox miseri fiunt. polyb. li. 5. p. 433.

Aulicorum ingenia sunt inuida. Unde Plu. in uita Annib. car. pen. i prin. dicit. Sed inuidia, quam plerumque regiae domus alunt, multos Annib. &c.

Aulicorum ingenia uana, ut ad ceteram fidem, sic ad scientiam leuia sunt. Liu. hoc ait de satellitibus tyranni Nabidis loquens, dec. 4. li. 4. p. 585, tem. et dec. eiusdem lib. 5. pag. pen. cir. prin. dicit, plerosque quos opes regiae alunt, uaniloquos esse, maria terras inani sonitu uerborum complentes, et iactantes. et dec. 5. lib. 4. pag. 802. ante fi. dicit: quo quaeque accuratius curantur, eo facilius loquacitate regiorum ministrorum emanant.

Autor foederum ruptorum, bellique dedendus est ijs, quibus foedera rupta sunt, ad piaculum. ita de Annibale censuit Hanno ap. Liu. dec. 3. li. 1. p. 272. cir. fi.

Autorum diuersitas, idest diuersa, et contraria sententia, facit rem, qua de disceptatur, incertam. illa uero pro certo habenda sunt, in quibus non dissentiunt. Liu. lib. 4. car. iiia. cir. prin.

Autoritate peritioris sola quandoque contenti esse debemus, licet rationem non afferat in praesentia: et haud dubie existimare, ipsum uidere aliquam rationem, quae nobis non appareat. sicuti de L. Aemilio, et P. Nasica tradit Liu. dec. 5. li. 4. p. 803. in fi. cum prin. seq.

Autoritas non est unique minuenda in sua arte, quod aliam non calleat. uide in uir. professor. f. lib. 2.

Autorem in his operibus, quae a uirtute non proficiscuntur, contemnimus ac despicimus: licet opere ipso ualde oblectemur: quemadmodum in suauissimis unguentis, ac purpuris: ijs. n. oblectamur; tinctores uero, et unguentarios illiberales.

sordidos esse ducimus. plu. pulchrè de hoc, in ui. periclis, in prin.

Auxiliū qui præstare posset homini, quē à latronibus cædi, aut quālibet iniuriā pati comperisset, et non subuenisset, Ægyptiorū antiquis legibus, mortis erat reus: sed si auxiliū ferre non posset, denūtiare latrones tenebatur, et iniuriā accusatione prosequi: aliàs plagis ad certū numerū plectebatur, triduoq carebat cibo. Diod. sic. li. 2. p. 100.

Auxiliū præstans ad malū aliquod perpetrandū, sicut et ipse punitur; sic si ad præclarū aliquod facinus adhibeatur: debet laudis et emolumenti particeps fieri. ui. in uer. Homicidiū. T.

Auxiliū siquis populus implorare uoluerit aduersus hostes suos, uti poterit oratione Campanorū ad pop. Ro. de qua Liu. d. i. l. 7. c. 185. post me. cū seq. ut eā sese imitetur.

Baccho dieũ festũ ita celebrabant Aegyptij, ut loco phallorũ, idest ficulneorũ neruorum à collo pendentiũ, quibus Græci utebantur, statuas cubitales ĩ neruis compactas foeminæ circumferrent ꝑ pagos, mentula, quæ prominẽdo instar reliqui corporis erat ĩn uentre, et Tibia præeunte, quã foeminæ Bacchũ canentes sequebantur. Cur autẽ mentulã iusto maiorẽ habent statuæ ꝙ Herod. l. 2. pº 123.

I Baptismo sacro patrũ excipiens filiũ suũ non potest amplius coniungi carnaliter uxori suæ, absq criminis incestus, ut contigit Regi Chilperico, sibi seruandũ in Uxore sua Audouera fraude Fredegundis ad id inducta. Cui quo uide Pau. Aimi. in Clot. 2. pag. 18.

Barba, et capillo promissis, et ueste obsoleta utebantur Romani. cum aliquo iudicio damnati, et ignominiã à populo passi, ingentẽ animi dolorẽ, et mæstitiã ostendere uellent. imo etiã rus migrabant, et in reliquũ uitæ tẽpus et urbi, et omni cœtu carebant hominũ. sed quũ depositã memoriã ignominiæ, mæroris luctũ designari uolebant; tondebant barbã, et capillos. et squallorẽ deponebant. ut in M. Liuio est uidere. Dec. 3. li. 7. p. 441. in prin. Cæsaries tũ promissã etiã ornamenti causa gestabant, sicut in Scipione legitur lib. 8 pag. 469. in fi. prin. Quòd autẽ barbã et capillũ promissũ nõ Romani solũ, sed et cæteri antiqui, cũ mæstitiã, et aduersas res præsentes ... bant. communiter gererẽt probatur apud Plu. in ui. Pilop. car. 1 11. p 2. [illegible] med. Liu. Dec. 1. lib. 4 pag. 793. ad med. dũ de Alexandrinis [illegible] loquitur. Lacedæmonij tũ coma utebantur semp, quoddã Lycurgi dictũ de coma obseruantes, ea scz pulchrios conspectiores fieri deformes autem terribiliores. Plu. in ui. Lycur. car. 21. in [illegible]. et in ui. Lysan. in prin. ubi dicit, quod consuetus mos Lacedæmonũ erat comã [illegible], et barbã [illegible] missa uti. et quod barba. capillusq ~~[illegible]~~ promissus fit apud Romanos indiciũ luctus et mœstitiæ legitur ap. Plu. in Caro. iun. car. 341 [illegible] in [illegible]. [illegible] ca. 07. ad fi. ubi et Bero. et Dioal. ap. Suito. in Calig. ca. 5. [illegible] ... nullam ĩ morẽ gentiũ [illegible] capillos comã. et barbã tempore luctus.

Barba prolixa, tritus incessus, graue supercilium, uestis oblonga, boni uiri sunt insignia uide plu. in ui. Phocion. car. 325. in fi. et seq.

Barbam Romani radebant antiquitus. Hadrianus imp. cepit eam alere. Dion in Traiano c. 13. Xiphil. in Traiano Dion. p. 553. Alexandrum Macedonem suis ducibus imperasse ferunt, ut Macedonum barbas, ne ullas hostibus ad capiendum ansas darent, eraderent. ui. plu. in ui. Thesei c. 1. p. 2. post m.

Barbari suapte natura pecuniae sunt auidi. Herod. li. 1. c. 17. ante me.

Barbarorum natio plurima, maximeque persarum uehementer mulierum pudicitiam suspectam habet in eaque re maxime agrestis est, ac difficilis. de hoc ui. plu. in ui. Themist. car. 68. p. 2. post mid. et latius in ui. Artaxer. c. 415. an. fi.

Barbarorum impetus acris cunctatione languescere, aut in perfidiam mutari c. Cassius hanc ille petiti imus Mithridati monuit accitum in Regem parthorum, prout et secutum fuit. Tac. li. 12. c. 77.

Bellum quidem fugiendum est non tamen ita fugiendum, ut omnia, ne in id incidamus, sustineri, perpetiq[ue] uelimus. uide multa de hoc ap. Polyb. li. 4. p. 351. nemo quisque ita amens est, ut bellum quam pacem preoptet: nam in pace filij patres, in bello patres filios sepeliunt. Croesus ap. Herodot. li. 1. p. 42. sed bella sunt iustitiae contra iniuriosos ad hoc ut postea pacifice liceat uiuere. uide multa pulcra [illegible] li. 1. c. 58. et c. 60. 7o. et omnino Polyb. li. 12. p. 747.

Bellum saepius [illegible] ab ignauis, sed strenuissimi cuiusque periculo geritur. Tac. li. 20. c. 102. n.

Belli necessitates non respiciunt humana consilia. Liu. li. 4. car. 110. cir. fi.

Bella non finiuntur arbitrio incendentium. ea. Polyb. li. [illegible] p. 705. ibi uide.

Bello iuste parta uidebantur Romanis omnium iure adquisita. Dionys. Halic. li. 6. p. 350.

Bello capta ab eo qui se defendendo ea cepit iure capta, atque retinenda esse iudicari: sicut Innoc. pont. Max. inter [illegible] et Sigismundum pronuntiauit. [illegible] bar uiolaretur, a senatu petierit, ut ea redderet. Bemb. in hist. c. 12.

Consuetudo dependendi aliquos [illegible] quodammodo in necessitatem. Demosth. in orat. de Rep. ord. car. 75. Turpe.n. inquit turpe inquam Athenienses [illegible] ut [illegible] magnanimitatis [illegible], quam uobis maiores tradiderant. [illegible] uestri arbitrii [illegible] [illegible] multa [illegible] ab omni aeuo [illegible] [illegible] amicos proiicere, [illegible]

Consuetudini patriae transgredienti est ignoscendum, siquis a pueris [illegible] ab ea [illegible]. [illegible] Annibal cum senatorem [illegible] capitibus pacis per Romanos [illegible], contradicere conantem sede detraxit. Polyb. li. xv. p.747.

Consuetudinem [illegible] confabulationem cum prauis hominibus Charonda lege prohibuit. Vide omnino .5. uer. Bonae.

Consuetudo eorum quae natura horrenda sunt, timorem [illegible] [illegible] exemplum ap. Plu. in Mari[illegible] [illegible] c 214. [illegible]

Consuetum [illegible] facere [illegible] fidem [illegible] non [illegible] credere. Polyb. li.2. p. [illegible] cum seq. et contra consuetos aliquod [illegible], aut [illegible] quam admiserit [illegible] quod eiusmodi iterum admittant. Seu (inquit Tac. li. xiv. in prin. ubi de Agrippinae ordine aduersus Neronem [illegible] animo tantam immanitatem Agrippina, seu credibilior [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible] puellaribus annis stuprum cum Lepido spe dominationis admiserat [illegible] et [illegible] Tiberius inquit primo [illegible]. sed inter [illegible] Principis [illegible] daretur referri ad casum non poterat, ubi iam Britannici exitio etc.

Consuetus esse iustus et mansuetus, non presu[m]itur aliquid crudeli[ter] commisisse nec est censendus comisisse. ita Plu. de Lycurgo coniectat in eius uita, car. pen. cir. fi.

~~Consueti male facere etc~~

Continentiae Regiae erga mulieres captiuas non minus exemplum edidit Carolus VIII Rex galliae quam Scipio Africanus. ut apud Arn. Fer. in eius uita li. 2. in fi.

Contractus omnimodo seruandos esse quum alijs rationibus probari possemus, tum illa maxime; quod ni seruarentur fides et amicitia inter homines dissolueretur. sicut eos seruando mutuam fidem inter nos facere, ipsi ue etsi non in Vrbe nostra sed in hostilibus ipsis uersemur. Eurycrat. in apoph. lacon. Plu. car. 373.

Conuiuia intempestiua, et perpotandi peruigilandiq insana dulcedo egritudinem et mortem afferunt. ut in Agrone Illyriorum Regem contigit. Polyb. li. 2. p. 121. ad fi.

Conuiuio ab aliquo nostro hospite accepti, si minus lautum acceperimus, hospitem incusare non debemus, sed satis est nos cauere ab eiusmodi illiberalitate. rusticitatem n. hospitis accusans se rusticum esse declarat, ut dixit Caesar apud Plu. in eius ui. car. 314. p. i. post prin. et Sueto. in eius uita, cap. 53. ubi Beroal.

Conuiuio accipiens amicos suos, non utiq primo loco sedere debet, etiam si illis multo dignior sit, imo etiam si imperator. Hadriani exemplo. qui optimates uiros conuiuio adhibens saepe quartus discumbebat. Xiphil. e Dione, in Hadr. p. 119.

Conuiuia lauti non nimio sumptu, ita summa comitate sunt exhibenda, more Augusti. de quo Sueto. in eius uita cap. 74.

Conuiualium sodaliarum simplicitas non est in crimen ducenda, inquit Tiberius imp.^r apud Tac. li. v. car. 59. 9.º

in Conuiuijs Aegyptiorum, a cena, circumferebatur a quodam in loculo mortuus e ligno factus sed pictura et opere uerum maxime imitans, ostendebaturq singulis conuiuarum, cum his uerbis in hunc intuens, pota et oblectare. talis post mortem futurus. Herod p. 134 b2

Conuiuia magna ita celebrabantur a Persis; ut post cenam etiam concubinas, et adiuncti uxores ad assidendum cum conuiuis introducerent. quem morem cum sibi exhiberi ab Amynta Rege Macedonum Persarum Regis legati postulassent ab viris indutis muliebri ueste Alexandri iussu fuerunt confossi. Herod. li. v. p. 340. 341.

Corporis infirma valetudine capti, apud Erulos necantur sicuti et qui consenuerant. Procop. de bell. goth. lib. 2. p. 90.

Corruptores civium, qui se[ ] largitionibus eos inducunt ad dicendum faciendumve aliquid quod tendat in perniciem aut damnum civitatis eorum, legibus Atheniensium infames esse iubebantur et hostes Atheniensium sociorumque et ipsi et eorum omnes posteri. Infames autem eiusdem Civitatis homines poterant impune occidi. Demost. Orat. 3. in Philip.

[illegible], non facit ad res gerendas. Polyb. li. viii. p. 582 sed nec nimis fidem habere temere debemus docti exemplo Achei de quo Polyb. in dicto lib. p. 600. 601.
Credendum non esse alicui, qui nos semel deceperit, licet in animum nostrum induxerimus, tamen si is efficaciter aliquid affirmet, fieri fermè non potest, quin aliquid in nobis ambiguitatis pariat, quae remoretur expeditiones a nobis decretas. Guicciard. li. i. car. 35 ubi de Ludovico Sforza.
Credens se aliquid auxilii habere, saepe, perinde atque haberet, ipsa fiducia et sperando, atque audendo servatus est. Liv. in psona Catonis. Dec. 4. li. 4. p. 575. in fi.
Credi temere nihil cuiquam debet; sed cum adversus socios, atque amicos aliquid narratur, rem tamen prius discutere, quam calumniae fidem adhiberi debemus. hoc n. regium est, et in omni genere rerum utile. Aratus apud Polyb. li. 4. p. 316.

Creditum quod quis habet apud homines, est occasio rei faciendae omnium maxima. [illegible] Fides

Cretenses sunt homines dolosi, et vafri. Plu. in vi. Pau. Aem. car. 157. p. 2. ante med et ars cretica fere iam est in proverbio, quum indicamus aliquem dolis, et technis uti Plu. in vi. Lysan. car. 190. p. 1. in fi.
Cretensibus solis inter cunctos mortales nullus quaestus turpis esse videtur. Polyb. li. vi p. 560. et in pag. 561. dicit, non posse inveniri magis subdolos mores, neque iniustiora studia, quam sint Cretensium demptis plane paucis.
Cretenses autem dolosi et fallaces usque adeo ab antiquis habebantur ut proverbio diceretur, Cretizandum esse cum Cretensibus quum significare volebant dolo et astutia utendum adversus dolosos, et fraudulentos Polyb. li. viii. p. 594. 595. 598 ubi de Acheo et Bolide. id quod palam testatur Epimenidis ille versiculus, quem Paulus etiam apostolus citat.
Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri.

Crimen quod intenditur, quo gravius est, eo maior fit iniuria si falsum ostendatur etc: paratus est .n. gravitate criminis ita occupare animum eius, qui audit, ut difficilis aditus ad defensionem relinquatur. Lautrecus apud Arn. Ferr. in Fr.co Vales. li. v. cir. fi. car. 82. n.o K. et 83. A.

De Criminosis Vates consulere, imperitorum hominum est. exemplum vide apud Paul. Aem. p. 156. Ubi Philip. D. Lud. F. misit quosdam ad consulendum mulierem quandam e Beguinarum coetu, de morte Ludovici fratris sui; cum quidam Brocchum cubicularium suum quidam Reginam defuncti novercam insimularent.

Crine intonso ornatoque tum Reges, Reginaeque stirpis apud Francos incedebant. Pau. Aem. in Clodomiro. i. c. 6.

Cruci alligatum Antigonum Regem Iudaeorum Sossius flagris cecidit, ac deinde iugulavit. quo supplicio nullus unquam Rex a Rom. fuerat affectus. Dio. li. 49. p. 249. uer. Herodes regno

Ad Crucem Divi Laudi spondens, et peierans intra annum pessime lethe moritur. vide in uer. Peronini. lib. 2.
Crucis signum appositum nomini alicuius significat apponentem oblivisci simultatum. ut interpretatus est Lud. xii. Rex Gall. apud Arn. Ferr. car. 46. C. ubi dicit cum mortuo Carolo perligeret libello oblato Caroli domesticos duorum ex iis cum quibus simultates olim gesserat aviculus nominibus crucem addidit; et quod illi conturbati abierunt, crucem sibi rati paratam. at mox humanissime revocati fuerunt, eo signo oblivisci inquiens simultatum.

Crudelitate non indecet in crudeles uti: nec tales crudelitas miseratione quemquam afficit Polyb. li. 2. pag. 159. cum seq.
Crudelitatem alicuius etiam absentis horremus. in uer. Tyrannus

Culpa unde est orta; ibi poena debet consistere ad multitudinem castigatio satis est Liu. dec 3 li viii. pag. 464. ante med.
Culpa sua cuique levis videtur. Liu. ibi. post prin.

Culpa nostra si quas in difficultates incidimus, quia scilicet ea quae tempus postulabat neglexerimus, solari nos possumus, quod uitando in futurum diligentius possumus rei melioris spem concipere. nam si nostro officio nulla in re defuissemus, nec tamen bonum exitum secutum esse, ne spes quidem meliori fortunae superesset. Demosth. Philip. i. cap. i.

Cupido inter mortales trium maxime rerum immodica est, agri pecuniae, honorum. Liu. li. vi. cap. 166. post prin.

Debita pecunia uidetur liberari, qui rem, propter quam debet pecuniam, hostilis ui amisit, sicut in sua causa dixit Cleomenes apud Plu. in eius uita. car. 174. p. 2. post me[illegible]

Debitorum remissionem cum Atheniensium ciuitas fecisset Solonis decreto, quod factum reprehensum à nemine, et tam inuentoris sapientia probata fuit omnium testimonio quàm Ciuitatis executricis prudentia ut inquit M. Valerius apud Dionysi. Hali. li. v. p. 402

Ex Debita pecunia cùm laborarent Aegyptij, Rex eorum Asychis legem tulit, ut ita demum pecuniam mutuò quis accipere posset si cadauer patris pignori traderet etc. Herod. li. 2. p. 161

Debitores Fisci, seu Reipublicę etc. Vide .T. uer. Fisci.

Debitores erubescere debent, si alijs quidem pecunias dent, creditoribus uero non reddant, ideo Phocion Atheniensis ciuibus suis pecuniam ab ipso uel ad sacrificium quoddam faciendum, petentibus qui alijs quidem conferrent respondit. Plu. in apopht. Phocion et in eius uita, car. 325. p. 2. in prin.

Debitorum, et Creditorum disceptationes ita laudabiliter diremit Cęsar. nam iussit, ut ex debitorum prouentibus duas quidem creditor partes quotannis desumeret. reliqua tantum, quoad ęri alieno satisfecisset, frueretur. Plu. in eius uita car. 312. in p. et uide .T. in uer. Vsuras. ubi de Lucullo, qui uoluit, ut fenerator non amplius, quàm fructuum debitoris quartam partem posset capere.

Debitores Athenis creditoribus in nexum dabantur, si non eis fuisset, unde soluerent ęs alienum. Creditores autem eos uel sibi seruire cogebant, uel ad exteras regiones uendendos emittebant. Plu. in uita Solo. car. 33. p. 2. in prin. Vide etiam .T. Pena. et Diod. Sic. li. 2. p. 107. ubi dicit Bocchoridis legibus apud Aegyptios sancitum fuisse ut solutio ex bonis debitoris solum fieri, corpus autem non posset a uili creditori. putabant. n. bona tantum oportere subdita esse debitis: corpora, quorum opera et bello et paci utiretur Ciuitatibus addicta esse: quam legem uidetur Solon ad Athenienses transtulisse, quam sisactheian appellauit, decernens ne ob usuras ciuium corpora nectenentur. Valentinianus autem imp. si debitorem aliquem egestate nihil reddere posse diceretur, interfici debere pronuntiabat, Marcellin. lib. 27. p. 342.

Debitores, qui soluendo non erant creditoribus, addicebantur more Romano creditoribus ipsis, et feneratoribus quibus seruirent, quoad debitum persoluerent. et hi nexi dicebantur uide Beroal. in Sueto. li. 1. cap. 27. ubi de obęratis multa loquitur. Liu. li. 2. Deca. 1 car. 40 cir. fi. et ... et uide Bud. in ann. pr. in Pan. in tit. de in diem addictione per totum car. 657. cum quattuor seqq. et Beroal. in Aug. cap. 24. in uer. nexi. ubi multa notanda lucubratis exempla contra debitores commemorantur quę et apud Hebręos et apud Gręcos, et maximè apud Romanos ex l. xii tab. in usu erant. quę creditori magnam decus facere poterant. signum aduersus terminantes debitores exclamandum ...

nunc illa sublata sint per l. ob aes alienum, cum auth. seq. C. de act. et obli.
Vide Liu. li. 6. car. 114. post prin. et car. seq. in med. per tot. et c. 131. post med.
Lex etiam postea lata est, ne quis nisi qui noxam meruisset, donec pœnam lueret, in compedibus aut in neruo teneretur; pecuniæ creditæ bona debitoris non corpus obnoxium esset: cautumque in posterum, ne debitores necterentur. Liu. dec. i. lib. viii. p. 202 circ. pi. et seq. Plu. in ui. Solo. car. 34. in prin. ubi sanxit Solon, ne cuiquam obligato corpore liceret fœnerari. ~~ne Iudices~~ timeri. Plu. in ui. Corio. c. 2. pi. post m.
nec Iudices fauere debitoribus ultra æquum debent: ne eis eueniat quod Romæ A. Sempronio Asello prætori contigit; qui, quum secundum debitores ius diceret ab iis qui fœnerabantur, in foro occisus fuit ut refert L. Florus in Epit. lib. 74.
Debitorem esse, ualde turpe ducebatur apud Persas, vide. s. uer. Mendaci.

Defectionis Vrbium autores securi puniendi sunt: sicuti gesto fuit in Aloysium Aduocatum Brix. Ioui. in Alf. Atest. car. 31.

Defendere licet in iudicio etiam improbos homines. Unde Phocion cum reprehenderetur à suis, quòd talem defendisset: at nemo bonus, inquit, huiusmodi patrocinio indiget. Plu. in Phocion. car. 326. p. i. ad med. idem tamen uidetur contrarium sensisse, cum rogatus cum genero Charicle reo male administratæ tutelæ, ut Patronus suæ causæ adesset: Ego te, inquit, honestis tantum in rebus generum mihi adsciui. Plu. ibi. c. 329. in prin.
Defensus dicitur, etiam qui defensioni sua nihil profuit defenso. Beroal. in Suet. Calig. c. 2.

Defensio à criminibus, et crimina ipsa talia sunt, ut aures, ut animi audientium sunt: nec tam refert, quid Reus, aut qua mente fecerit, quàm quomodo id Iudices factum accipiant. Perseus apud Rom. loquutus, ut refert Liu. dec. v. li. 2. p. 766. ante fi.
Defensio tentata nullodum accusante præbet aliquod indicium contra se defendentem. Paul. Aemil. pag. 149.
Defensio rei non superuacua solum sed etiam iniusta est, quæ iudicem non docere uidetur, sed arguere. Curt. car. 77. p. i. post med. lib. vi.
Defensio Reorum, siue uituperationis pretio, potest non suscipi ab Oratoribus: negligenter defendi, sine scelere non possunt. Ammian. refert ex Cicer. li. xxx. p. 439.
Defendens se à bello illato, si quid eo bello capiat iure cepisse uidetur. ui. s. in uer. Bello.

Defensio necessaria dicitur, quę facta est uitandę infamię, ac dedecoris causa. uide .s. in uer. Necessariam.

Defensionis suę causa aliquem interficere statim licebat leg. Draconis, non autem causa defensionis aliorum. Demost. in Aristocrat. p. 177. in qua pagina uidetur dicere, quod lege communi omnium hominum licet mihi eum ulcisci, qui res meas hostili more deprędatur.

Deliberationi bonę duo sunt ualde contraria, ira, et festinatio .q. Diod. apud Thucyd li. 3. car. 148. 2º.

Delictum à multitudine commissum, per paucorum supplicium qui autores delicti fuerunt transigi debet. ut apud Liu. li. 4. car. 117. Vide .s. in uer. Multitudo.

Delicta, et errata, fortiter et recte factis aliquando sunt condonanda. uide in uer. Lex. et Liu. li. 4. car. 112. post med. in persona T. Quintij. et Plu. in uita Fab. Max. qui Lucanum quendam, qui ordines sępius deseruerat, et à castris noctu discesserat, ob ea quę sępe fortiter gesserat, absoluit, et beneficio affecit. uide ibi car. 91. uer. fi. lum. .. et .s. in uer. Virtutis admiratione. et uide Machiauel. in discurs. cap. 24. li. 1. Alfonsus quidem Vastius, Joan. Borbino ignouit propter uirtutem eius, licet summum delictum commiserat: quia Saluclo brachium spectante ipso Vastio disciderat. Joui. hist. li. 25. car. 37. et uide in uer. Delicta quandoque .s. lib. 2. Vide tamen contrarium Stenelaidę iudicium .s. uer. Boni. et .s. lib. 2. uer. Meritum nullum.

Delicta mediocria sunt aliquando precibus amicorum imo etiam amicarum condonanda; ut Epaminondam quoque fecisse tradit Plu. in eius ipsius apophth. et sensisse uidetur Agesilaus, quendam ex amicis ab Hydrieo Care detentum, relaxari sibi petens his uerbis. Niciam si te iniuria non afficit, dimitte: si iniuste egit mihi dimitte: omnino autem dimitte. Plu. in Agesil. apo. &c. Non autem magna delicta, sicut docuit Totila Rex Goth. miro iustitię exemplo in Armigerum suum, licet bello strenuum editum, qui Virginem per uim constuprasset precibus procerum non admissis. Procop. de bell. goth. p. 178.

Delicta per errorem et imprudentiam commissa excusationem merentur, sicuti meruit Ludouicus Dux Aurelianensis, qui personatus in modum et formam Leonum, corpore pice picato et lino contecto, clarius uisendi studio, correptam facem propius admouisset, scintillam ex ea in Carolum vi. Regem Francorum, unum ex personatis, incidens, repentinum in omnes alios conflauit incendium: ex quo quatuor ex personatis combusti sunt Rege uix euadente unà cum altero. Namque Aurelianensis errorem et imprudentiam excusans, crimin. .

liberavit. Pau. Aem. in Car. vi. p. 214. 215. similiter Artifex [illegible], qui Caroli v. [illegible] cubiculum, dum Am[illegible] esset eundem [illegible], igni per aliquot loca [illegible] odoribus variis implere vellet, [illegible] [illegible], ac fumus [illegible] in cubiculum eius, [illegible] ni reliqui [illegible], [illegible], [illegible] Cesari, et Rex Fr.[illegible] propterea artificem ad [illegible] rapi [illegible]; Cesar enim artificis errore cognito, veniam ei multis precibus petijt a Rege, et tandem impetravit. Ant. Ferr. in Fr.[co] Vales. car. 149. q.[o] H.

Delicta preterita ut oblivioni mandarentur Florentini Atheniensium exemplo decreverunt, apud Guicciard. li. 2. car. 42.

Delicta omnia Dracon pena capitis plectenda sanxit: nam ita eum, qui otio damnatus esset, aut holerum, aut fructuum surreptorum, morte afficiebat; sicut eum qui sacrilegus, [illegible], aut homicida deprehensus esset: sic enim ipse aiebat se prima quidem delicta morte digna censere, magnis autem maiorem penam invenire non posse. Unde Demadis item inprimis laudatur, qui Draconem non atramento, sed sanguine leges descripsisse dixit. Plu. in vi. Solo. car. 34. p. 1. in fi. cum prin. seq. Vide Cicer. pro L. Murena, car. 178. p. 2. cir. fi. cum seq. Mandetur etiam memorie severitas iudiciorum Rom. quippe Cos. Cato consulari, M. Catonis Nepos, Africani sororis filius, repetundarum ex Macedonia damnatus fuit, cum lis eius. iii. [illegible] estimaretur, adeo illi viri magis voluntatem peccandi intuebantur, quàm modum, factaque ad consilium dirigebant: et quid, non inquantum admissum forit, estimabant. Vell. paterc. lib. 2. car. 117.

Delicta quomodo puniuntur apud Germanos. Tac. lib. de Morib. Germ. car. 205.

Delictum unius totam propinquitatem afficiebat legibus Persarum. Marcel. li. 23. p. 303. et abominande, inquit [illegible] leges, per quas ob noxam unius omnis propinquitas perit.

[illegible] Delicto [illegible] constit non [illegible] damnari, sicut illud [illegible] confessus fuerit in tormentis [illegible] exemplum in Val. Max. li. 8. cap. 4. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] de servo M. Agrij [illegible] [illegible], qui cum Alexandrum Titi Fannij servum occidisse [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Delinquentes multos Vespasianus, quod pecuniam darent, incolumes servavit. Dion in Vesp. p. 539.

Delinquentis semel, delicta condonari possunt: deinceps furenti non parcendum. Vide apud Pau. Aem. in Car. pulcro, p. 179. q.[o] [illegible] [illegible] Delictum [illegible] 2.

Delinquentium neminem Anysis Aegypti Rex voluit morte afficere, sed pro sui quemque delicti magnitudine damnavit ad agendum certam mensuram aggerum ad Urbem unde quisque erat. Herod. lib. 2. p. 162.

Delinquentibus seipsos [illegible] in manus iustitie ignoscendum est, et dandum premium constitutum capientibus ipsos: uti servavit Augustus in Corocottam latronem, de quo [illegible] ver. Fides à Magistratibus.

De [illegible] constantissime [illegible] supplicio affectus [illegible]; quo [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] iniuria fuisse damnatum apparuit. Vide Farinac. de inqui. [illegible] q. 3. nu. 7. et seq. [illegible] [illegible] [illegible]

Deposita. vide [illegible] car. seq. Sic enim poni debet

[illegible] pag. 34 [illegible] multis exemplis docet [illegible] [illegible] innocentes errore [illegible] iudicia damnatos [illegible] [illegible] paulo post [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quidem certamque [illegible] constitit. [illegible] pag. 45 [illegible] lib. 2. [illegible]

2. Deus ignauas preces ignauorum non exaudit. Fas .n. non est, neq cum qui non iaculatur signo potiri: neq cum qui non pernauiter uincere: nec cum qui nihil agit bene agere: neq malum prospere esse. Plu. in ui. Pau. Aem. car. 156. p. 2. in prin. Vide et in uer. Fortuna.

Dei uelle qualisnam sit, peruestigare naturam furentis est uesaniæ: homo non mortalis nec humana hæc quidem ad uerum potest comprehendere, nedum ad diuinæ naturæ peruenire cognitionem sat queat. ipse uero de Deo fateri nil aliud hoc tempore ausim, nisi quod bonus omnino et rector sit, et uniuersa in sua is habeat potestate, inquit Procop. de bello Goth. li. i. p. 4.

Deorum uoluntas amicorum commodo præferenda. Hero. li. v. p. 359. Ubi et Lacedæmoniorum in Pisistratid. expeditione.

Deum colloqui cum excellentibus hominibus, dictat firma ratio: non .n. Deus equos, non naues sed homines amat: ideoq non est censendus aspernari mirabilis alicuius uiri, sapientiæq congressum. sed quod Deo, dæmoniq sit cum humano corpore, ac humanitate conuentio, uel gratia, id iam perdifficile est creditu. Plu. in ui. Numæ. c. i. p. 2. post prin.

Deum communem quidem mortalibus patrem affirmabat Alex. sed optimum quemq peculiarem sibi filium adoptasse. Plu. in eius ui. car. 300. p. 2. post med.

Deus ipse numquam admouit nocentibus manus: sed occasione ulciscendi læsos armat; eis potestatem ulciscendi præstans. Trib. pl. apud Liu. li. v. car. 128. et uer. [illegible]

Deorum cultus ne mortis quidem metu deserendus: sicut de C. Fab. Dor. scribit Liu. li. v. car. 144. et Numa, cum ei sacrificanti hostium aduentus nunciatus esset subridens dixit, at ego sacrifico. Plu. in ui. Numæ. car. 24. in prin.

Deos sequentibus omnia prospere euenisse, aduersa uero spernentibus. Camillus apud Liu. li. v. car. 146. ubi multa exempla de hoc.

Deorum sacrificijs solennibus non dies magis stati, quam loca sunt, in quibus fiant. Camillus apud Liu. ea. car. in fi.

Dijs propitijs an aduersis aliquid agamus, magni momenti est. Liu. dec. i. li. 9. cir. prin.

Deus, non aliter, quam intelligentia percipi potest, etiam ex antiquissimorum Ethnicorum sententia: nam secundum Pythagoricos, et Numam, neq sensui, neq perturbationi subiectus est, sed mente inuisibilis, atq increatus est; et primum principium. ideoq Numa prohibuit Rom. existimare, imaginem Dei, aut hominis speciem aut animalis habere formam. Nec fuit apud eos neq picta, neq ficta Dei species. sed in prioribus centum et septuaginta annis templa quidem ædificabant, sacraq tuguria erigebant, simulacrum uero nullum corporeum faciebant, perinde atq nefas esset deterioribus meliora assimilare, neq aliter, quam intelligentia, ut dixi, percipi Deus possit. Plu. in ui. Numæ. car. 2. in fi. Vide etiam in uer. simulachra. et lib. 2.

Deus pro meliore stat causa. Alexander ap. Q. Curt. lib. 4. post prin. c. 17. uide sup. uer. Aggressor.

Dij magnas ultiones iniuriarũ magnarũ infligunt. ꝟ. uer. [illegible]. et Herod. li. 4. in fi. ubi de Pherotima.

A. Dijs non nisi iustę supplicum preces audiuntur. Tac. li. 3. car. 36. q.º ubi uide.

Dijs cogitatione, et commentatione de inferis haud preter rationem ueteres, aut temere in [illegible] introduxerunt: sed illi potius, qui nunc uiuunt absque ratione [illegible], et inconsulte [illegible] reijciunt. [illegible] quum [illegible] uniuersa illegitimis desiderijs, irę inconsiderate, furori ac uiolentię sit obnoxia, reliquum est, ut metu incerto, et huiusmodi tragędia retineatur. Polyb. li. vi. p. 569. 570. ꝟ. uer. Miracula. lib. 2.

i. Deposita sunt omnino reddenda, alias qui ea interuerterit aut interuertere tentat patitur [illegible] Deos, exemplo Glauci Epicydis filij, de quo Herod. lib. vi. p. 420. et 421. ubi de Leutychidis oratione ad Athenienses.

Deposita pecunia repeti poterat, etiã lata lege de nouis tabulis. ui. Beroal. in Suet. li. i. cap. 42.

Dextrę aut hospitij insigne. Miserat ciuitas Lingonũ uetere instituto dona legionibus, dextras hospitij insigne inquit Tac. li. 17. car. 137. p. i. post me.

Dextrę iunctio antiquissimum signum est, et modus astringendę fidei siue uel in amicitiam et societatem uel ad aliquid aliud conuentũ obseruandum. Vnde Latinus in fidem futurę amicitię et societatis Aeneę dexteram dedisse dicitur. Liu. in i. Dec. li. i. in prin. [illegible] ꝟ. in uer Fides. et probatur hoc idem Dec. 3. li. v. p. 379. ãte fi. et li. x. p. 507. ante me. et uide morem Barbarorũ Regũ in societate ineunda, per pollicũ dextrarum colligationem et [illegible] [illegible], de quo per Beroal. in [illegible] cap. 24. et quod fides per dextram [illegible] uide eundem Beroal. in Suet. [illegible] cap. 72. Tac. li. xix. car. 2. loquens de quodam Liberto qui se Neronem simulauit, Centurionem, inquit Sisennam dextras concordię insignia, Syriaci exercitus nomine ad pretorianos ferentẽ, uarijs artibus aggressus est. Dexterã alicui porrigere in [illegible] [illegible], apud Persas pro firmissima fide [illegible], ut refert Diod. Sic. Biblioth. lib. xvi. p. 494.

Dicere [illegible] Liber, [illegible] pacis [illegible], nõ [illegible] accepturo; licet petere cuiquã [illegible] qui [illegible]: inquit Philippus Macedonũ Rex ad Quintiũ; licet ipse Quintius prius [illegible]: sed norma Regi est assensus. Liu. Dec. 4. li. 2. p. 554. post med. et dicere cum prius oportet cui [illegible] [illegible] silentia tenere [illegible]. Plu. in [illegible] car. 199. in pri. et inferior [illegible] ad [illegible] uerba facere debet, ut ad Eumenẽ dixit Antigonus, quem refert Plu. in uita Eumen. car. 223. p. i. in fi. cũ prin. seq.

Dies festiuos illos solos computabant Athenienses, in quibus [illegible] gessissent, quod eos deceret. vide j. in uer. Festiuus.

Dierum appellatione noctes non contineri cauillatus est Cleomenes apud Plu. apopht. lacon. licet postea Deorum ira in furorem actus seipsum trucidando, satis magnum documentum dederit, dierum nomine noctes quoque comprimendi: quando eadem, aut maior ratio sit circa id quod agitur et in [illegible] dierum mentio fit: in noctibus quàm in diebus.

Diei principium de media nocte numeratur, et meridie concluditur dies. vel forte mediam quidem noctem principium diei statuunt; non autem meridiem diei finem: sed aliam dimidiam noctem; ut dies sit a media nocte usque ad aliam mediam noctem. et hoc ultimum uidere uideor apud legistas legisse. superius autem apud Plu. in probl. car. 286. ubi eius rei late quoque rationem reddit. [illegible] [illegible] lib. 4 [illegible]

Dignis hominibus indigni intermixti efficiunt ut et ipsi digni uiles, et sordidi habeantur. hocque commento usi quondam sunt patricij, cum populum à plebeis candidatis auertere uellent: obtinueruntque hac arte suum uotum. Liu. lib. 4. car. 113. et seq. in prin.

Dirae quid sint, uide apud Plu. in uita Crass. car. 263. p. 1. ante fi.

in Discordijs intestinis nihil occulti esse potest: semper .n. utrobique adsunt ad omnia speculatores et proditores: ut in Persei et Demetrij fratrum discordia est uidere apud Liu. Dec. 4. lib. x. p. 716. circ. prin.

Diuersitas, seu uarietas inter correos alicuius facinoris, facit indicium ad torturam. Ideo cum et cum pluri-
Milichus detulisset ad Neronem de coniuratione Sceuini et ceterorum contra eum. et cum pluri-
ma argumenta quae reiecta fuerant adiecisset, Sceuinum multa cum Antonio Natali
et secreto collocutum, acciti sunt Natalis, et diuersi interrogati, quisnam is sermo quade
re fuisset: quia non congruentia responderunt exorta tum demum fuit suspitio indita que
uincula et allata tormenta etc. Tac. lib. xv. car. 118. 9°.

Diuersitas factorum diuersitatem causae arguit. Polyb. lib. 2. pag. 159. in fi. ui[illegible]

Diues effectus ex paupere, non potest esse bonus. sic Nobilis quidam Romanus Syllę obiecit quonam modo, inquiens, uir bonus esse potes, qui cum nihil a patre tibi relictum, et tot ac tanta possideas? Plu. in ui. Syllę, in prin. nam ut ibi dicitur par conuitium ponebatur, et suorum facultates amittere. et paternam minime paupertatem conseruare.

Diuites, sunt onerandi tributis non pauperes. Sueto. in Aug. cap. 21. et ibi Beroal.

Diues qui uult esse, illi non cumulanda pecunia sed minuenda cupiditas est. iuxta sententiam Plat. de qua Plu. in ui. Dimit. car. 388. in fi. nam diues est non qui possidet plurima, sed qui paucissimis opus habet. ut decernit P. Valerius Poplicola apud Dionys. Halic. antiq. Rom. li. V. p. 472.

Diuitię comparandę sunt, ut illis utamur: utendę autem sunt, ut honorem consequamur, ut de Cimone dictum est apud Plu. in eius uita, car. 233. p. 2. in prin.

Diuitiarum aut opum causa nihil turpe in animum inducere debemus. quapropter cum Aratus solicitaretur a Cleomene magna pecunia ad proditionem arcis Corinthi respondit, id sibi esse consuetudinis, ut diuitias haberet, quam ab eisdem haberi mallet. Plu. in ui. Cleom. car. 175. p. 1. post med.

Diuitias tanta habuisse dicitur Firmus Tyrannus, ut publice sępe diceret exercitum se alere posse papyro, et glutino. Spart. in Firmo, car. 285. q.o

Diuitias non putare, ut Flaccus dixit, quarum reposita atque celata non plura essent iis quę palam conspiciuntur. Plu. in ui. Luculli, car. 247. p. 1. post prin.

Diuitias magnas paruo tempore comparare, clarissimum auaritię testimonium est. Plu. in uita Crassi, circa prin.

Diuitię et rerum affluentia, contumelię parentes esse solent. itaque feris Tauris fasciculos e fęno antiqui pastores alligabant cornibus, insinuantes, nulla alia ab re nimiam illam ferociam, quam ab ubertate prouenire. Ang. Polit. in prefat. in Suet. pag. pen. ad fi. et ideo diuites si deliquerint non solum in exilium mittendi sunt, sed etiam parte bonorum mulctandi; quia locupletes eo facilius scelere se obligant, quod integris patrimoniis exulant. Suet. in Jul. Cęs. cap. 42. in fi.

[illegible] non facile retrahatur [illegible] Tale [illegible] [illegible] fratre [illegible] Cic. in Verr. lib. 4. fol. 114. A.

Doctis viris quędam ignoscenda, quę aliis non, exemplum in Carolo magno, et Pipino eius filio. Nam cum Carolus deprehendisset Paulum Diaconum Aquileien. in agitanda consilia Desiderii Regis educendi e finibus exilii, procul ab illo in Diomedis insulas eum ablegauit: unde ad Aragisium ducem refugit: et in [illegible] docto viro in tali causa apud Regem Carolum [illegible] fuit [illegible] [illegible] decessisse. et Pipinus iudicium patris secutus, [illegible] rei [illegible] duci dedit quod perduellionis conuictum recepisset. Paul. Aem. in Car. mag. c. 43. A et q.o

Doctrinis quidā oretenus utuntur, et exerciti, [illegible], animum tamen bonis arti[bus] non imbuerunt. exemplū in Secundo Carinate apud Tac. li. xv. car. iii. 2º. et in P. Egnatio, apud eundem, lib. xvi. car. fi.

Dolor iustus excusat à pœna etiam cōmittentē crimen lesę maiestatis. Justiniana, Theoderici Regis statuas contringi deleriq fecerat ob uindictam Boëtij mariti, et Symmachi patris quos Theodoricus necari fecerat, et iniuste. accusata de hoc, ob iustū dolorem absoluta fuit à Totila, Leon. Aret. de bel. Ital. adu. Goth. li. 3. in fi.

Dolus bonus est, ueluti quo usi sunt [illegible], et Anaxilaus Byzantij: qui patriam prodiderunt, ut eam seruarent: sicut et usu uenit. Plu. in ui. Alcib. car. 53. p. i. per [illegible].
Dolum dolo licet uitare, et opprimere: quis. n. non laudat [illegible] Pinariū Aennę præfectum? qui cum præsensisset, Aennenses de eo cum præsidio Carthaginiensibus prodendo meditari; iamq ibi claues portarū exposcerent ut eas Himilconi traderent. petito, ut sibi daretur populi conciliū, ut sciret an uniuersę ciuitatis illic esset consensus, inclusū theatro populū uniuersū penè trucidauit: quæq in se machinabantur, in eos ipse perpetrauit. Liu. Dec. 3. li. 4. p. 364. cū seq.
Dolum maxime dolosum, et qui uocatur duplex dolus, Callicratis in circumueniendo amico Dione, uide apud Plu. in uita Dionis, car. fi. Aem. Prob. in uita Dionis, car. 171. cū seq. et Themi[stocl]is socijs in [illegible] apud eundē in uita Them[istocl]is, car. 113. p. i. et 2. et quo Polyxenidas exul Rhodius, præfectus nauium Regis Antiochi, Pausistratū ciuē suū circumuenit. de quo late per Liu. Dec. 4. li. 7. p. 634 post med. cum pag. seq. de dolo Callicratis siue Callippi facit mentionem etiā Macchia. in discurs. li. 3 cap. 6. in [illegible] et dolus Alcibiadis, quem circa legatos Lacedemonios adhibuit, de [quo] Plu. in eius uita car. 47. p. i. in fi. cum prin. seq. et quo in Alcibiadem usi sunt eius aduersarij ut ibidem Plu. car. 49. in prin. et quo [illegible] Atheniensiū animo præoccupa[uit] ut ibidem Plu. car. 51. p. i. post med. et Coriolani in concitandis Volscis contra Romanos dum Romanis persuadet, et c. Plu. in ui. Coriol. car. 60. in prin. et post med. p. i. nā patritiorum [illegible], ut eos [illegible] sibi criminandos obijcaret Dionys. Halic. li. 8. [illegible] 107. et quo Agesilaus, Agidem circumuenit, de quo Plu. in ui. Agidis car. 170 in prin. et quo Pharnabazus Lysandrū, de quo Plu. in ui. Lysan. car. 190. p. i. in fi. et quo Hermocrates Niciā decepit de quo Plu. in ui. Niciæ, car. 257. p. i. cir. fi. et quo Marcellus usus est in conficiēda [illegible] Cæsar. uide Beroal. in Suet. in Jul. Cę. cap. 70 et quo Laurentius Medices est usus in conficiendo Alexandro item Medice duce Florentię, et Caro. v. imp. genero Joui. [illegible] li. xxxviii. car. 319. cū s.

et uide s. in uer. Hostem. Et Leutyeri ic contra Ionces Nord. li. ix. p. 640 641. et Ioannę Reginę Neapolis contra Iacobum Borbonium maritum suum. de quo Pau. Aem. in car. vi. p. 220. et Actii contra Bonifaciū, de quo Procop. bel. Vand. li. 3. p. 310. et cuiusdam prefecti Arcis Bariçę contra Petrū Sorzium Vicentinū. de quo Arn. Ferr. in Frᵒ. Valis. car. 156 2ᵒ. et Castellani arcis Niceę contra Michilotum et Maglalonū Ornelanum prefectum Nauium gamiram, de quo idem Arn. car. 161. 162. et cuiusdam Mauri, cuius insidys Marchioni Piscarię sagitta gula transfixa fuit, apud Guicc. li. 2. car. 115.

Domestici mores in primis hominū naturam declarant: nam qui foris ostenduntur, possunt esse simulati. uidi Ang. Polit. in pref. in Sueto. p. pen. in prin.

Domesticos suos punire debent principes, et magistratus, siquid in Ciues deliquerint, etiam Ciuibus non expostulantibus: exemplo Cesaris, qui ob adulteratā Equitis Romani vxorem Libertū suum gratissimū etiam nullo querente, capite puniuit. Sueto. in Iul. Ces. cap. 48.

Domestici 'ammiris' glorię, dum uerum referatur, nihil est pre uerecundia subornabendum, ut Vell. Pater. li. 2. car. 120. 2ᵒ.

Dominandi. atq imperÿ auidi, fieri nullo modo potest, ut equalitatis studiosi bene uelint. Demosth. in orat. de Rhod. lib. p. 43. in fi. et 2ᵒ.

Dominationis ui. ea est, ut pauci resistere ualeant, quominus mores mutent, et ex bonis mali euadant. apud Guicc. li. i. car. 27. Vide tn̄ s. uer. Bonum aliquem.

Dominantium luxum, uel auaritiam subditi ita tolerare debent, quomodo sterilitatem, aut nimios hymores. et cetera Naturę mala: vitia sunt donec homines: sed neq hec continua, et meliorum interuentu pensantur. Cerialis apud Tac. l. 20. car. 194.

Dominandi pestifera sitis ad maxima scelera homines conducere solet. Guicc. hist. l. 1. c. 9. 2ᵒ.

Dominarū mores sęp. ex moribus ancillarū indicantur. Beroal. refert in Suet. Clau. cap. v.

Domini imperium, etiam si paricidium iubeat, implendum est. Iornandes lib. de reb. get. p. 631. in prin.

Dominium rei, dicitur illius esse, et perdurare, qui prius quiete, et iusto titulo possidebat; non autem illius, qui per vim rapuit, et possidet: nam cum Acilius concessisset Philippo Regi Vrbes Aetolorum, eis ademptas: disceptatum fuit, numquid et illae comprehenderentur, quae quidem Aetolis ademptae fuerant, quas ipsi Aetoli aliis prius per vim ademerant, et possederant: et legati Romani iudicarunt, non comprendi: et ideo illas non uideri Regi concessas; sed intelligi eorum adhuc esse, quorum prius fuerant, quam Aetoli eis ademissent: Liu. Dec. 4. li. 9. p. 699. cum seq. in prin. utriusque.

Dominio rei suae nemo priuandus est neque etiam ab Imperatore, neque etiam petente populo, sine causa legitima. exemplo Hadriani Imp. a quo cum in spectaculo populus Rom. magnis clamoribus contenderet, ut cuidam Aurigae libertatem daret; negauit se facturum, scripsit in tabella, non decere populum Rom. ab se petere ut aut ipse alienum seruum donaret libertate aut eius dominum ad id faciendum compelleret. Xiphil. e Dion. pag. 562. in prin.

Domus alicuius si damnum patiatur ob aliquod publicum opus de nouo structum, damnum ei reficiendum est; Pius Aurelius senator, questus mole publicae uiae ductuque aquarum labefactas aedes suas, auxilium patrum inuocabat, resistentibus aerarii praetoribus (seu procuratoribus). Pio subuenit Caesar, pretiumque aedium eidem tribuit, erogandae per honestum pecuniae cupiens, inquit Tac. li. 1. car. 15.

Domo sua interdicebant Romani quoties dirimerent amicitias, cumque finem gratiae ponebant. uide S. in uer. Amicitias.

Domus an dicatur alicuius illa, in qua natus est, et in qua firmiter moratus est; an uero et illa, in qua non diu mansurus est; uide apud Aem. Prob. in ui. Miltiad. car. 14. ubi pulchrum factum, dictumque memoratur in hac materia. quod tamen dixi domum, intelligo i. patriam, aut etiam ipsum domicilium.

Domum alienam ingredi non debemus, prius quam dominus iubeat, iuxta Laelartum, de quo Plu. in ui. Cimo. car. 231. p. 1. ante med. Et qui in domum alienam ingreditur et mutus et surdus esse debet. Antoninus Pius imp.[r] cum domum Omuli uiseret, miransque columnas porphyreticas requisisset, unde eas haberet, Omulus ei dixit cum in domum alienam eris quod Imp. patienter tulit. Jul. Cap. in eius ui. c. 39. 4[o].

[illegible]

ut quicquid agam ab omni[illegible]

Dona quãuis minima, grato animo Principes accipere debere etiam ab infimis hominibus, monent nos laudes, quę Artoxersi propterea tribuuntur, de quo uide duo mira huiusmodi humanitatis exempla, apud Plu. in eius uita, car. 2. p. 1.

Donationes inter virum, et vxorem quare prohibitę sint, uide Plu. in problem. car. 429.

Donando quibus artibus uerbis uti possimus docebit nos Liu. dum Neapolitanorũ orationem in Rom. exponit, Dec. 3. li. 2. p. 309. ante fi.

Donationes contra bonos mores factę, etiam à Regibus haud tñ ratę habendę sunt ut sancitum fuit in causa de donationibus bonorũ alicuius anteq̃ Fisco forent addicta, ṽ. uer. Aliena bona.

Dona non sunt ab hostibus capienda, exemplo Rom. et uirorum, et mulierũ, cum Cyneas ad eo à Pyrrho cũ donis missus est. nemo ea accepit, responderunt autem si pax publice fieret, et sua omnia Regi offerre, Plu. in ui. Pirr. car. 207. p. 1. et in C. Fabricio ibidem etiam datur pulchrũ exemplum, p. 2. in prin. imo nec ab alijs à quibus timeamus corrumpi: sicuti noluit recipere Cleomenes Rex Spartę à Meandrio samio. vide apud Herod. li. 3. p. 251.

Dona Regibus Odrysarũ Thracũ, et Nobilioribus proceribus in eius aula morantibus solemne à subditis afferri et ea potentibus denegare maius pudori erat quàm petita non obtinere. Et sine talibus donis nihil quidq̃ apud eos impetrari poterat: cum tñ ipsi parum consueuissent dona dare. Thucyd li. 2. car. 126. ubi dicit, in Persia et in reliqua Thracia contrarium seruatum.

Donum siquod nobis offeratur nec totum capere, nec totum recusare debemus, si magni sit pretij. sed ea uti modestia, qua usi sunt Romani, cum eis Neapolitani quadraginta pateras aureas magni ponderis misere nam licet Romanũ ęrarium Annibalis bello non parum foret exhaustum: tñ gratijs donantibus actis, non aliud, quàm pateram tantum, quę ipsa minimi ponderis uidebatur, accepere. vide ṽ in uer. Liberalitatem. et ut ait Plu. in ui. Aristid. car. 1. p. 2. in prin. bonis uiris cum amicorum donis inexorabile et inconciliabili bellum indictum non est: sed cum ab illiberalibus muneribus quę lucri quęstusue causa suscipiuntur, abhorreant, si temporis maturitas obtulerit ea non repudiabunt, quę honori laudi, ac splendori conuenienta sunt. sicuti Aristidis, Epaminondę, et Platonis exempla probant, qui aliorum sumptu, et muneribus magnificentissimos ludos ediderunt. alibi tñ in compar. Timol. et Pau. dicit: haud accipere turpe est, ab ijs presertim, quos beneficijs nos affecimus; sed non accipere melius. uide ibi, car. 167. et dona non sunt capienda nec ab amicis, nisi quando illis opus sit, uide Cimo. quem refert Plu. in eius ui car. 233. p. 2. ad me. et in ui. Lucul. c. 1. p. 2. in prin.

Donorũ materiam quę pertinet ad remunerationem quandam. et premium uirtuti, et strenuę nauatę operę, uide ṽ. in uer. Premia.

Dormire prohibitus moritur, si diu prohibeatur. quo genere mortis affectum fuisse Persea Regem Maced. in carcere detentum Romæ, tradit Plu. in ui. Pau. Aem. car. 159. p. 2. in prin.

Dotes ex matrimonijs lege sua sustulit Solon, tres tantum uestes, et quædam paruo empta uasa, aliud præterea nihil nuptam secum importare iubens. uoluit. n. uiri, uxorisque consortium, non pretio ac mercede, sed liberorum caritate, gratia, beniuolentiaque coniungi. Plu. in ui. Solo. car. 35. p. 1. ante med. Vide Montan. in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. pag. 271.^

Dotes deformibus colligebantur ex licitatione formosarum apud Babylonios. Vide in uer. Virgines nubiles.

^ ubi tradit ait, indotatas Romanis uocatas, quæ dotem mediocrem importassent, ea uero dotatam, cui ingens dotis summa contigisset. et uideas in lib. 2. Sol. cod. uer. Megulliam quod quinquaginta æris millia dotis attulerat, dotatæ nomen obtinuisse: unde coniicit

Dubia, neque affirmanda, neque refellenda. sed, ut Sueto. in Vitell. cap. 2. ait, quod discrepat, in medio esse debet.

Dubium facit, ut uter præmio dignus existimetur, ut Scipio iudicauit; qui duos milites de murali corona summe contendentes, cum difficulter sciri posset, uter prior muros ascendisset; utrosque præmio murali prosecutus est tamquam uterque primus ascenderit. Liu. dec. 3. li. vi. p. 419. circa fi. cum seq.

Dux militum, si certis conditionibus et pactis urbem in deditionem recipiat, puta pactus et iuratur salua omnia Ciuibus futura, si milites impetu facto Urbem diripiant et propterea Dux ab aliquo ex ciuibus perfidiæ nomine ad singulare certamen prouocetur, Duci alterutrum faciendum est, aut scilicet duelli leges accipiendæ, aut in milites animaduertendum

Duellum inter sex equites Hispanos, et totidem Gallos ad Veronam sub Lautreco, in quo Galli superiores fuerunt, uide, licet unico uerbo apud Arn. Ferr. in Fr.[co] Vales. car. 69. n.° ubi etiam uidebis duellum Tomperani Galli cum alio hoste, et uictoriam

Duellum iure imperator detrectare potest. Ducem. n. ut inquit Theophrastus, non militis sed Ducis obire mortem decet. Plu. in ui. Sertor. car. 227. in fi. ubi Metelli exemplum adducit à Sertorio lacessiti.

Duellum duorum Italorum cum duobus Hispanis pro gloria gentis et uirtutis; in quo Itali superiores fuerunt uide apud Joui. in Alf. Atest. p. 28. et seq.

Duellum ab inermi, et cum inermi committi, non uidetur undiquaque honorificum. Et propterea Pomperanus Gallus à Cicero et alijs uidetur fuisse irrisus ap. Arn. Ferr. in Vales. c. 69. nº

Duellum quattuor inter se Florentinorum, in obsidione Florentiç, uide apud Joui. hist. li. xxviii. car. 120.

Duellum si alter alteri denuntiarit, et postea clam congressi alter ab altero sit interfectus; non uidetur superstes puniendus, saltem pena corporali: ut accidit in [illegible], qui Cicinum necauit Regis Gallię familiarem, et tamen Rex cognita causa, mitigatus est, apud Arn. Ferr. in Fr.co Vales. car. 69. nº

Duellum Antonij Marię Sanseuerini cum Georgio Sonimbergio pro gloria Italorum, et Germanorum, uide apud Bemb. hist. lib. 3.

Duellum inter Petrum Baiardum Gallum, et Alphonsum Hispanum in quo Gallus superior fuit: et postea inter XI. Hispanos et Italos ex una et totidem Gallos ex altera bis pugnatum, in quarum prima uictoria secundum aliquos incerta, secundum alios penes Gallos fuit, in secunda uicti sunt Galli. uide Arn. Ferr. in Lud. xii. car. 35.

Duello congredi destinarant Ludouicus Rex Francorum, et Alaricus Rex Visigottorum. Pau. Aem. in Clod. i. car. 7.

Duello quandoque superior est, qui iure est inferior, ut patuit in illo singulari certamine, quo Corbis et Orsua, patrueles fratres, de imperio contenderunt; in eo namque maior natu superauit, licet de iure superior esse minor deberet. Liu. [illegible] viii. p. 461. [illegible] cap. 2. [illegible]

Ad Duellum prouocauit Fr.cus Rex Gallorum, Carolum. v. imp. apud Arn. Ferr. car. 123. E. Et Carolus ipse existimare se dixit, ex usu Christianę Reip. fore, ut suas cum Rege lites controuersiasque singulari ipsi certamine dirimant. Arn. Ferr. in Fr.co Vals. car. 134. F. quod certamen se non recusaturum professus fuit Rex apud eundem. car. 138. nº G. H. I.

in Duellis milites uinci à Pęditribus, uide duplex exemplum in Andrea Byzantio apud Procop. li. i. bel. pers. p. 243.

Duelli leges subeundę sunt à Duce seu prefecto Militum. qui ob perfidiam ad singulare certamen prouocatus sit; nec ea nota elui potest translatione criminis in milites quos dicat iniussu suo contra fidem suam uenisse, nisi tamen in milites transgressores animaduerterit, sicuti indicauit Prosper Columna in prouocatione Palicij Vandesij contra Pauium: apud Arn. Ferr. in Fr.co Valesio car. 78. nº 79.

Duellorum materiam uide .s. in uer. Pugnare. et apud Dio. lib. 42. p. 139. uer. Nauale prelium.

Duellum inter Landum Burdigalensem, et Zerbulum Genuensem tempore Caroli viii. Regis Francorum, apud Hastã Vrbem, ipso Rege inspectante, in quo Gallus tandem superauit Italum, licet Gallus esset staturę exiguę, ita ut Natum cũ Italus, uasto corpore homo, uocaret, uide apud Arn. Ferr. in Car. viii. cap. 23.

Dux militum, si certis conditionibus et pactis Vrbem in deditionem recipiat, pacta pactus, et iuratus salua omnia ciuibus futura, si milites inscio pacto Vrbem diripiant, et propterea Dux ab aliquo ex deditis, perfidię nomine ad singulare certamen prouocetur, Duci alterutrum faciendum est, aut, is duelli leges accipiendę, aut in milites animaduertendum, ex sententia Prosperi Columnę. Vide. F. uer. Duelli leges.

Dux quod sine autoritate illius populi, cuius dux est fecit, irritum est, ait Hanno Carthag. apud Polyb. li. 3.

Ducis exemplar, qui à militibus suis amari, et coli uelit, pulchrè describit Liu. in persona Valerij. Dec. i. li. 7. cap. 187.

Dux, exemplum sui ipsius, militibus prębere debet, sicut Annibal ut ait Polyb. li. 3. p. 189.

Ducis optimi officium existimandum est posse non solum uincendi, uerum etiam cedendi tempora perspicere, ut fecit Amilcar in Sicilia. prout refert Polyb. lib. i. pag. 75.

Ebrietas, est mentis perversio ex fumo grosso indigesto [illegible] [illegible] [illegible] cerebri delato ascendens n. hic fumus ad cerebrum, opilat illud ac etiam operationes [illegible] [illegible] ut nebula inter terram [illegible] solem apposita luminis [illegible] [illegible] operit et obscurat quare virtutes apprehensiuæ et motiuæ debilitantur maxime [illegible] [illegible] [illegible] propter quod dicit Isaac medicus, ebrietatem lumen rationalis animæ extinguere et ita bestialitatem generare. Petrus de Apono in com. in Probl. Aristot. part 3. de his quæ circa vinum [illegible] Probl. i.

Ebrietatem, [illegible] [illegible] [illegible] voluntarij Catoniana sententia definiuit, de qua Amm. Marcell. li. xv. p. 64.

Ebrietas est pœna digna per se, multo magis si ex ea homicidia, aut alia mala sequantur, ut dixerit Belisarius apud [illegible] milites, quorum duo ebrij commilitonem eos propterea irridentem interfecerant Procop. bel. vandil. li. 3. car. 323. cui [illegible] lex Pittaci sanciens ut Ebrij si quem pulsarent grauiori pœna quam sobrij plecterentur: quia scilicet plures temulenti quam sobrij contumeliam inferunt non ad veniam spectauit quæ [illegible] [illegible] [illegible] temulento sed ad utilitatem Aristot. Politic. li. 2. cap. x.

Plutarchus autem Ferulam et obliuionem Baccho dedicata ait Ferulam quidem propterea ut innuerent, quæ per ebrietatem admissa sunt puerili tantum indigere castigatione; Obliuionem, quia eorum recordari non oportet quæ inter vina dicta factaue essent. Pier. Valer. hieroglyph. lib. 55. in fi

Ebrietatis quanta sit turpitudo, antiqui Spartiatæ liberos [illegible] [illegible], productis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] vocarant mero et crapula ingurgitatis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ut eorum [illegible] intuentes ebrietatem perhorrescerent. Vi[illegible] [illegible] in vita Demetrij, in prin

Ebrij re[illegible] [illegible] cernere nequeunt. Et cum propinquis etiam in rebus conspectum vinolentorum [illegible] [illegible] multo magis idem in remotis accidat consentaneum [illegible] quamobrem illas videre penitus nequeunt [illegible] [illegible] Aristot. proœm sect. 3 quæst. 9. 10. car. 211

Ebrij, aut etiam vino incalescentes si quid sceleris [illegible] [illegible] patrare videntur In cena vino concalefactus Hercules, Eurynomum puerum Architelis filium [illegible] [illegible] [illegible] errore lapsum, [illegible] [illegible] occidit inuitus. Qua ex re dolore percussus [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] cap. 2. p. 333. 334. vide [illegible] ver. vinum

Ebriorum [illegible], incompositum maleficium [illegible] [illegible] Leo Constit 65 quidam Dionisium [illegible] [illegible] [illegible] volunt quoniam Ebrietate et iracundos efficiat, et hilares. Diod. li. v. [illegible] 4.

Ebrij omnia uidentur duplicia et [illegible] clariter. Fracastorius Turrij lib. 2. p. 193 B. et C ubi reddit rationem. et pag. 194. in fi. et seq.

Ebrij cur una res plures interdum [illegible] uideantur, uide Aristot. probl. x. part. 3. et eius com.

Foeneratorē miris in modum oderat M. Porcius Cato, sanctus vir, et innocens: ideoq; cum Prętor Sardiniam obtineret, fugavit ex insula fęneratores. ut ait Liu. Dec. 4. lib. 2. p. 552. post med.

Foenus illicitum est etiā si pecunias levioribus usuris mutuati, graviore fęnore collocent. ideoq; Augustus notavit equites, qui hoc fecerant. Sueto. in eius vi. cap. 39. Vide ſ. uer. Usuras.

Fęnus, quod ex scripto contrahebatur, prohibebat Bocchoris Regis Aegyptij Lex ultra contracti mutui duplū exigi. Diod. Sic. lib. 2. p. 103.

Forenses Pragmaticos, patronosq; rarissime videre oculis maxime prodesse, ut respondit Augur Aruspex cum consuleret quid oculis prodesset: quod responsū valde laudabat Ludovicus xii. ut refert Arn. Ferr. cap. 46.

Fores ędium Romanarū intro aperiendo impellebantur: Grecarum autem foras. antiquitus: moris tn̄ erat apud eosdem grecos ut qui intus essent priusq; fores aperirent, pulsarent eas; ut eo sonitu ante fores stantibus, aut accedentibus significarent, illas aperiri: ne illi impulsu temerè accedentes aut stantes offenderentur. Plu. in vi. Publi. cap. 42. p. 1. post med. Proderit autem ad urgendū inimicum nostrum, qui eo modo, per imprudentiam licet, quempiam lęserit

Fortitudinem, non carentiam metus, sed ignominię ac turpitudinis timorem quidam existimasse prisci videntur. qui. n. maxime leges timent, ij adversus hostes audacissimi sunt; et aspera, laboriosaq; perpeti minime formidant qui male audire maxime timent. propterea Lacedemonijs iuxta Ephororū triclinium Timoris sacellum positum erat. Plu. in vi. Cleom. cap. 103. p. 1. post med.

Fortitudinis, seu pugnacitatis exemplū prębuit Hunnus quidam, nomine Arais arm. Petri ducis Romanorū Imp. Iustiniani, qui solus septem et viginti persas hostes in quodam prelio occidit. Procop. bel. per. lib. 2. p. 298 L. Prisillianus

cum Urso, pardali, Leæna, et Leone simul pugnauit solus aliasq quàm plurimas bestias occidit, dion in Macrino, cir. princ. Ferdinandus Hilesca signifer Hispanus amissa ad Leuim in prælio dextra, uexillũ læua multis uulneribus acceptis extulit et paulo post amissa sinistra, truncis brachijs id extulit, tandiuq loco imotus constitit, donec galli pulsi fuerunt, Arn. Fer in Lud. xii car. 402.

Fortuna, nemini perpetuo blanda est. Dionys. Hali. antiq. Ro. lib. 3. f. 245.
Et quanq optatissimũ est perpetuo fortunã quàm florentissimam permanere illa tñ qualitas uitę non tantum habet sensum, quantum cum ex ignis et perditis rebus ad meliorem statum fortuna reuocatur. Marcell. li. xv. p. 52. 53. ex Cicerone.
Fortuna plus consilijs humanis pollet. Liu. dec. 5. lib. 4. pag. 805. post med unde dixit idem Liu. dec. 1. lib. 9. pag. 180. post prin. Fortuna obcęcat animos, cùm uim suã ingruentem refringi non uult: Vt etiam ponderat Machia. in Discurs. lib. 2. cap. 29. et habet maiore uires, quàm quis - sit opinari. Vnde Philopemen præstantissimus uir eius potentiam non recte intuitus uidetur: qui cùm iactabundus dixisset de quopiam Imperatore qui à quibusdam laudabatur; eius uiri non dignã habendam esse mentionem, qui in hostium potestate uiuus peruenerit. ipsi non multo post in eundemmet casum incidit, ut uiuus à Messenijs caperetur; et in latomijs ueneno ab ipsis necaretur. Plu. in eius ui. car. pen. p. 1. ad med. et inde per to. et Fortuna maximè rerum humanarum dominatur. uide Plu. in ui. Cleom. car. 177. p. 1. post med.
Fortunam omni humano ingenio et sapientię imperare uideo. inquit Demosthe in orat. de pace. Vide apud Hero. lib. 3. pag. 202. ubi de Polycrate Samio et de Amasis ad eum literis. et pag. 203.
Fortuna sępe uirtutem sequitur. uide in uit. Rusoni. et Fortuna bono Imperatori haud magni momenti est. mens ratioq dominatur. ita Fabius max. apud Liu. dec. 3. lib. 2. pag. 307. in prin. Secunda Fortuna, in uigilantia est posita, aduersa in socordia. Demosth. Philip. 1. Vide Plu. in ui. Paul. Aem. ubi refert eius sermonem ad suos præcum de fortunę inconstantia, car. ~~158~~ 157. in fi. et car. 159. post prin. ubi refert pulcrã Homeri sñiam de fortunę incertitudine. et ui. J. lib. 2. in hoc eod. uer.

Fortunam, felicitatemq magnã sequi magnę aduersitates solent. et ideo M. Furius Camillus captis Veijs dicitur manus ad cęlũ tollens precatus esse, ut siqui deorum hominumq nimia sua fortuna etc. quę uide apud Liu. lib. v. car. 133. in prin. ideoq perq uanum et ridiculum est eo re' secundas, atq ex animi sententia egregie' gestas, aliquam in fortuna spem sitam habere. ut singulare uniuersis exemplũ prębuit M. Aemilius, qui etc. ut ait Polyb. lib. hist. i. p. 53. ~~ca. seq.~~ et uide Annibalis uerba ad Scipionem, apud Liu. Dec. 3. li. x. p. 511. et Fortunę presentis serenitate non nimis credere, et modũ imponere secundis rebus, prudentis hominis, et merito' felicis est. vera sunt Consultorum Persei Regis, apud Liu. Dec. 5. li. 2. p. 774. car. 4. et antiquis Romanis mos erat, in aduersis uultum secundę fortunę gerere, moderari animos in secundis. Liu. Dec. v. lib. 2. pag. antepen. car. prin. et Dec. 5. lib. 5. car. i. 2. ubi de Rege Perseo ad Samothraciã capto loquitur. et Dec. 5. li. 5. p. 827. ubi L. Aemil. populũ alloquitur.

Fortunę sęuitia oppressos misericordia, et auxilio prosequi debemus. ui. s. in uer. Calamitatibus: quia facile eorũ fortuna mutari potest, et eos nobis superiores reddere. Romani tata Marij, dum Aphricã mendicus pererrabat, irridebant: quem post paulo', dum ab eo iugularentur, uirginesq ederentur, per summã uenerationem colentes adorabant. Hoc pacto nihil est, quod paruum, aut magnum dici queat. uerum unus qui uitę, idem et melioris fortunę modus ac finis est. Plu. in ui Titi Quin. in fi. dum eũ excusat, quod Annibalem iam effętum uiribus, et fortuna deiectũ tollendum curauit. et nemo tam felix est, quin eos etiam uilissimorũ indigere possit. ut in Mario est uidere apud Plu. in ui eiusdem Marij car. 218. f. 2. in prin. et ad med. ubi mirũ fortunę potestas exemplũ. Vell. paterc. li. 2. car. 121. q.° eũ seq. Marius inquit, post sextũ consulatũ, annũq 70. nudus, ac limo obrutus, oculis tantummodo, ac naribus eminentibus extractus arundineto, circa paludem Maricę, in quam se fugiens consectantes Syllę equites, abdiderat, iniecto in collum loro, in carcerem Minturnensiũ iussu ii. uiri perductus est. etc.

Fortuna nobis ... non est credendum eandem ab amicis fidem nobis exhiberi quam eadem ... idem exhiberent: quia, ut ille dicit, et cum Fortuna statq et cadit fides ... ver. Columnenses. ideoq siquod ab eis consilium. ... quod prima fronte uideatur applaudere; penitius inspiciendũ erit:

nisi idem consultor ad id exequendum adhibendus erit. maxime, si non requisitus, et ultro nobis consulat, et magna sit res quae nobis suadetur, adeo ut non sit verisimile, nisi ex ante praeparato ad tantam rem suadendam intendisse animum: ne nobis id accidat, quod Bostari contigit ab Abelux Hispano quando obsides, per fraudem, Hispanorum Sagunti custoditos Romanis prodidit. uide Liu. Dec. 3. lib. 2. p. 304. in fi. cum seq. et uide quod Jugurthae à Bomilcare de quo Salust. de bello Jugurth. pag. 105. cum seq. et 132. cum seq. et uide etiam Pau. in ci. tract. car. 220. circ. prin. ubi generaliter uerum est comprehendis, quod cum fortuna statque, caditque fides.

06 Fortunam aduersam damnari ciues, non est e Republica. apud Dionys. Halicar. lib. 9. pag. 243. 244. 245.

Forum Messis aurea, quod uer. Tribunal.

Fossum, aut sepulchrum faciens, tantum abesse ab alieno fodere debet, quanta est fossae, aut sepulchri altitudo: ius lege Solo. et Rom. Plu. in ui. Solo. car. 36. p. i. post prin. et l. fi. ff. fin. reg.

Franciae Rege mortuo, maximus stirpis filius continuo succedit, isque ingressus quartum decimum annum aetatis et coronatur et extra tutelam est, regnaque administrat. ex lege lata per Carolum sapientem, ut refert Pau. Aem. pag. 199.

Franciae Regni ius uirorum tantum, non etiam mulierum esse, Francorum procures ostendunt legis Salicae uerba haec recitantes In terram Salicam mulieres ne succedant, Terram salicam Regnum Franciam esse interpretantes Pau. Aem. in Lodo. p. 174. 175. et paulo post in Car. pulc. pag. 141. 142. ubi uide pulchram orationem Roberti Atrebatis pro Philippo Valesio patruelo Caroli pulchri Regis defuncti contra Isabellam Angliae Reginam et sororem dicti Caroli praetendentem ad se, et ad Eduardum filium deuolutum iri Regnum Franciae, si uterus relictus à Carolo sterilis foret. et quod cum puella utero edita esset, nihilominus Philippus Valesius fuit rex salutatus et is praelatus fuit patruelis non sorori sed etiam filiae, licet Angli oratores contra disserentes

Franciæ Regni ius, non singulorum hominum, capitum ue, sed sanguinis esse. dictitabat Robertus Odonis Galliæ Regis frater, de quo Pau. Aem. li. 3. p. 59.

Franciæ Regius, summusque dominatus, Regnique iura minui diuidi non possunt. P. Aem. pag. 201.

Fraticelli, diuitias Ecclesiasticas damnabant: purpuram, opes, dominatum à religione aliena esse prædicabant, multis rationibus, de quibus apud P. Aem. in car. Pulch. pag. 160. v°. Vbi dicit, quod eorum sententiam Ioannes pont. Max. impiam censuit, damnauitque.

Frater appellari potest etiam soror. ita colligitur ex Liu. Dec. 3. lib. 7. pag. 433. post me. dum loquitur de Massiua, quem dicit maternum auum Galam habuisse patrem Masanissæ, auunculum autem Masanissam ipsum: et sic patet, quod erat filius sororis Masanissæ et tamen lib. viii pag. 469. ante me. dicit Liu. quod Masanissa gratias egit Scipioni de fratris filio remisso, intelligens de Massiua. ergo necesse est ex sorore, fratris .i. sororis.

Fratrem suum marito, et filiis suis prætulit Intaphernis uxor. ei n. maluit à Dario uitam concedi, quam marito, et filijs: Maritus .n. (inquit) mihi alius si Deus uoluerit, atque alij liberi, si hos amisero, esse possunt: alius frater, parentibus meis iam uita functis, nulla ratione potest esse. Herod. li. 3. pag. 237.

Fratris filiam ne uxorem ducere liceret, cauit lege sua Nerua Imp. Dion in eius uita, c. i

Fratris cum sorore concubitus non uidetur apud græcos prohibitus fuisse, maxime si ex matre nubere non potuisset, ut colligitur ex Plu. in ui. Cimo. car. 1 in pri. cum seq. ubi Cimon cum sua sorore palam dicitur concubuisse. P. Clodius etiam cum sorore sua coiuisse dicitur, quæ uxor erat Luculli Plu. in ui. Lucul. car. 245. p. 2. in prin. et ui. Sueto. in ui. Neronis et Calig. qui Caligula tres sorores suas stuprauit. Anna quoque Boleina, Henrici Britanniæ Regis uxor, ad suscipiendam prolem, cum Georgio fratre concubuit

Joui. lib. hist. xxxv. in fi. Apud Persas quoque consuesse fratres cum sororibus, et cum sororibus, nec non filios cum matribus, patres cum filiabus carnaliter congredi tradit Agath. lib. 2. pag. 428.

Fratre mortuo licet eius relictam uxorem accipere iure Rom. idque fecit M. Crassus, ut Plu. in eius ui. in prin. iure autem Christiano non licet, nisi ex dispensatione papae. uide apud Joui. lib. hist. xxxv. ad fi.

Frater maior natu succedebat in Regnum mortuo fratre maximo natu: non autem filius mortui fratris. et hic mos erat apud Numidas. ut refert Liu. dec. 3. lib. ix. p. 492. post med.

Fratre maiore mortuo, si minor ab eo principatum accipiat; utrius filius post huius mortem debet succedere, primi, an secundi? et uidetur, quod filius primi fratris, si maior aetate sit, quam filius secundi. Hoc quidem singularis pugna inter Corbim, et Orsuam patrueles fratres decreuit: nam Corbis maior aetate, et filius primi superior fuit. ut refert Liu. dec. 3. lib. iix. p. 461. in fi. cum seq. prin.

Fratrum concordia rara est, inquit ille. unde Plu. cum admirationi esset Tuberonum fratrum, et [illegible] concordiam, subiicit. [illegible] uere [illegible] nostri fratres cognati, nisi [illegible] et [illegible] et [illegible] communia [illegible] dant, nisi [illegible] [illegible] separent [illegible] [illegible] cessant. Plu. in ui. Pau. Aem. cap. 2. p. 1. ante med. Item [illegible] cap. 54. n.º Atrox animi ingenium super cupidinem potentiae et [illegible] odia accendebatur inuidia, quod mater [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] Clau. [illegible] inquit [illegible] et [illegible] potest dignum esse miraculo, amauit propinquos, [illegible] [illegible] Ni[illegible] comitis in [illegible] acium [illegible] [illegible] principem [illegible] suum [illegible] apud [illegible] Bauarum Caesarem, quo principe [illegible] uide apud [illegible] qui Galeacium dic[illegible], dum [illegible] frater impu[illegible] temere consauciat: Mar[illegible] acute respon[illegible] [illegible] sit, Galeacius uiderit, qui [illegible] patrem non [illegible] [illegible]

Fratris in fratrem insidias cernere licet in Antiocho puero apud Iust. l. 27. c. 105. in nouem fratribus Josephi qui ipsum uendiderunt Iust. lib. 36. cap. 122. in fi. Fratris etiam in xxx. fratribus suis perimendis [illegible] [illegible] l. 42. c. 141

et in Perseo, qui Demetrium fratrem falso parricidij crimine, et alijs calumnijs non destitit apud patrem insectari: donec ab ipso patre Philippo innoxius iuuenis Demetrius ueneno sublatus est. Liu. Dec. 4. lib. x. pag. 715. post prin. usq ad pag. 720. post med. et deinde pag. 722. usq ad 724. et tandem calumniæ patefactæ fuerunt, unde pater mœrore mortuus est pag. 731. ante med. cum seq. et Gentius Illyriorum Rex Platorem fratrem interfecit. Liu. Dec. 5. li. 4. pag. 800. ad med.
et Attalus quoq fratrem Eumenem legitimum regni successorem, et diutinum possessorem, regno pellere, in animo habuit. ui. Liu. Dec. 5. li. 5. p. 815. cir. fi. [illegible] et Borsius Atestinus Herculem fratrem principatu expulit, licet eu [illegible] in uir Naturales. et Ferdinandus, et Julius Atestini fratres, Alfonsum [illegible] necare meditati sunt, ui. s. in uer. Voluntas. in Sesostrim Aegypti regem, uxorem liberosq [illegible] ciuis insidias apud Herod. lib. 2. pa 145.
et Cambises fratrem suum Smerdim interfici iussit. Herod. li. 3. p. 197. et 196. Vbi etiam sororem et eandem uxorem suam necat. Hermenfredus Rex Turingorum duos fratres suos perdere est conatus. Pau. Aem. car. x.
Antoninus quoq Getam fratrem in sinu matris occidit. Xip. il. e dio. in eius ui. pag. 609.

Frater, si fratrem sibi insidiantem deprehendat, non tamen eum debet interficere, sed [illegible] uel ei parcere, sicuti fecit Titus Vesp. erga Domitianum fratrem, de quo ui. s. prox. ~~eius uita~~. uel eum carcere coercere: sicut Alfonsus Atestinus in Ferdin. et Jul. fratribus ui. s. prox. Non idem fecit Caracalla in [illegible] fratrem. quinimo commentus sibi factas à Geta insidias eum necauit nolentemq Papinianum parricidium defendere coram se percuti securi iussit. Vide Spart. in eius uita, et Herodia.

Fratrem insidiari sibi non dissimulantem T. Vespasianus neq occidere, neq seponere, ac ne in minore quidem honore habere sustinuit: nonnunquam secreto lacrymis, et precibus orans ut tandem mutuo erga se animo esse uellet. Sueto. in Tito. cap. ix.

Fratrem incitans in fratrem, et eorum discordiam alens ab utroq habetur odio Caracalla Laetum ad mortem coegit misso à se ueneno: qui inter [illegible] Getæ mortem nominatus fuerat, qui et primus interemptus est. Spart. Caracalla. car. 80 [illegible].

Fratris in fratrem amorem probare licet per exempla Luculli de quibus Plu. in eius ui. in prin. et Catonis minoris, de quo Plu. in ei. ui. car. 334 p. 2. Charitatem in parentes [illegible] fraternæq beneuolentiæ gradus excipit. ui. [illegible] Val. Max. li. v. cap. v. c. 233. ui. Cæs. bel. gal. li. 4. c. 38 et 39. et bel. Afri. li. v. car. 220. 221.

Fratris in sororem, sororisq; filios crudelitatem, siquando exclamare volueris, Ptolemæo illum Macedoniæ Regi comparare poteris: et quod Ptolemæo idem et ipsi supplicij deorum ira genus imprecari. vide apud Iust. li. 24 per to. ubi perfidiam, periurium, simulationem, seuam vindictam deorum singularem in Ptolemæo animaduertes.

Fraudem (dixit senatus Rom. Rhodiorum legatis) ipsam se, etiamsi initio cautior fuerit, detegere, non esse dubium. Liu. dec. v. li. 4. pag. 793. in fi.

Fuga, prinsquam quis de scelere accusetur, sceleris indicium maius. Curt. car. 82. pag. 1. in fi. secus si quis fugiat post accusationem. Tunc iudicium ex eo. ut, Iudic. cap. xviii.
Fugiens è carceribus, non utiq; ob malam conscientiam fugere credendus, exemplo Joannis Fizertij Lauragiensis subpræfecti Boiorum Gallorum, qui captus et in carcerem coniectus uti Caroli Borbonij in Franciscum Regem Gallorum conjurationis particeps, veritus ne absente Rege, falsi criminis insidiis opprimeretur custode carcerum ita alligato, ut nec verbo, neq; facto fugam impedire posset, cum fugeret acclamantibus alijs captiuis, causam iterum fugæ dicere coactus, cum innocentiam suam probasset, absolutus fuit. Arn. Ferr. in Fr.^co Vales. car. 103.
Fugimus honestius, terguumq; ciui damus, quam pugnamus contra patriam; ait M. Valer. Corui. apud Liu. Dec. i. li. 7. car. pen. quod fortasse trahi poterit etiam ad propinquorum, et amicorum rixas.
Fugiens ex acie miles, antiqua militari disciplina fusti percutiebatur. Vell. Pat. li. 2. car. 244. in fi. Eadem tempestate (inquit) Calvinus Domitius, cum ex consulatu obtineret Hispaniam, grauissimi comparandiq; antiquis exempli auctor fuit. quippe Primipili centurionem nomine Vibilium, ob turpem ex acie fugam, fusti percussit. Rex [illegible] Juba Numidas eos, qui, loco amisso, fuga se receperant in castra, in cruce omnes suffixit. Hirt. inter coment. Cæs. de bello Afric. li. v. car. 232. p. i.
Fugientes milites, successu iure belli stipendia sibi debita amittunt. vide §. vers. Milites.

Fur, etiam parui rei, puniendus est: Tyberius Militem pretorianum ob surreptu͂ e uiridario pauonem capite puniit. et Pessenius Niger ob unius galli direptionem decem comanipulones securi percuti iusserat: sed etia uide Sueto. in Tyb. cap. 60. et ibi Beroal.

Furari, quibus honestu uideretur, aut licebat, uide Cęliu͂ Rhodig. lib. x. cap. i. car. 487. Normanni, uetustissimorum temporum opinione piraticam in laude ponebant. Pau. Aem. in Car. simpl. car. 59. p.°

Fures quidem omnes et malefici acriter coercendi ac puniendi sunt. iustum autem raptoribus nocturnis ignoscendum (haud etiam diurnis forte) quo ciues a cenis mutuis, ac ebrietatibus deterreantur. Ita fecit Dionysium refert Plu. in apophth. car. 4. Quod comode trahi poterit ad excusationem omnium maleficiorum noctu per vrbem extra tecta, et in publicis uiis patratorum: ut scz ciues assuescant domi se continendo sobrie uiuere. uel ut in audaciam, et fortitudinem homines excitentur, si nocte uagando liceat, quos deprehenderint cruciare: Vnde Cryptia illa Lycurgi celebrata est, de qua Plu. in eius uita. car. pen. p. 2. post prin.

Furans aliquid e castris apud Rom. fuste cędebatur. Polyb. li. vi. p.ª 551

Fures, qui subtrahunt aliquid pretiosum illis qui ad mortem ducuntur, in crucem tollendi sunt more antiquo. Sic n. fecit Augustus in Theodorum, qui Antyllo filio Antonii, qui ad necem trahebatur iussu Cęsaris lapidem pretiosissimum clam subtraxit. uide Plu. in uita Antonii, car. 408. p. 2. ante med. et Antonius libertum suum necauit simili causa. Plu. in Anto. car. 398. pag. 2. post prin.

Furem, qui non patiatur rem surreptam, a domino auferri: si dominus interficiat, impune fert. id probari poterit exemplo Herculis Ioue nati, qui Cacum propterea dicitur interfecisse. Liu. i. Dec. li. i. car. 5. imo Plato lib. 2 p. 179. in fi. cum seq. dicit, eum qui furem interficiat, insontem esse.

Furem, nomine Ferreum, uigilias, et lucubrationes Demosthenis carpentem, quomodo eluserit Demosthe ipse, ui. Plu. in ei ui. car. 367. p. i. post me.

Fures priuatorum furtorum, inquit Cato, in neruo atq in compedibus ętatem agunt: fures publici in auro, atq in purpura. Beroal. refert in Sueto. Vitell. cap. xii.

Futuris rebus nunquam, ueluti iam factis confidendum est, neque spes in ijs collocanda, quę euenire aliter possunt: sed continue pars aliqua ijs, quę preter spem accidere ualent, reseruanda, cum omnibus in rebus quandoquidem homines sumus, tum uel maxime in bellicis. ut Aetolorum exemplo docuit nos Polyb. li. hist. 2. pag. 121.

Galli homines leues et inconstantes. Polyb. li. 2. p. 108. cum seq.
Galli ob immoderatas eorum crapulas, atque ebrietates frequenter imperij magnum partem perdiderunt. Polyb. li. 2. pag. 121.
Galli leuem auditionem habent pro comperta. Et qualiter de Gallorum moribus et uitijs uide que referuntur ab alijs dici Aem. Ferr. in Fr. Valis. car. 159.
Galli, nouarum rerum semper sunt cupidi. Spart. in Posthumo p.a car. 267. n.o
Gallica gens pecuniae auidissima. Liu. Dec. 3. li. i pag. 276. post med.
et Macchia. in retractis (ut uocat) Galliae hoc ipsum dicit, eam gentem, alieni esse appetentissimam, et furacem: ita tamen ut libenter furto cum aliis fruatur. cuius contrarium facere Hispanos: quia quod tibi abstulerint, numquam amplius uideris.
Gallorum corpora intolerantissima laboris, atque aestus: primaque eorum prælia plusquam uirorum postrema minus quam feminarum sunt. Liu. Dec. i. lib. x. p. 256. post med. Dec. 4. lib. viii. pag. 669. cir. prin.
Gallorum gens bellicosa, et Italico nomini infensa, Joui. hist. li. i. p. 9. in prin. vbi etiam nu. 40. 45. eam gentem alacritatis, et peramplae fiduciae plenam, mirumque in modum deditam Regibus suis, quibus diuinum quendam animi uigorem inesse persuasum habent.
Gallorum in Regnum non succedunt feminae. Guicc. li. i car. 13.

Gemmas sibi oblatas uendebat Alex. imp. muliebre esse existimans gemmas possidere, que neque militi dari possent, neque a uiro haberi. Lampr. in eo car. 137.
Gemmas uitreas pro ueris quidam Saloninae vxori Galieni imp. uendiderat atque illa, re prodita, uindicari uolebat: tunc Galienus uenditorem surripi quasi ad Leonem iussit: deinde cauea caponem emisit mirantibusque cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici iussit. imposturam fecit et passus est deinde negotiatorem dimisit. Tr. Capit. in Galieno car. 186 2.o
Gemmae lautis, debentur tantum ea que sunt perlucidae materiae, non autem que obscurae: Plinius tamen gemmas appellat omnes lapides pretiosos, siue perlucidae materiae, siue obscurae. ui. Beroal. in Sueto. Aug. cap. xxx.

Generalibus verbis etiam loquentium persona comprehenditur (licet leges contrarium statuant) ut Amilcar Carthaginiensium imperator indicauit: nam pactus cum legatis hostium, ut liceret Carthag. decem ex hostibus, quos voluissent, eligere; reliqui cum singulis tunicis abire inermes possent. ipse legatos ipsos eligere se dixit. hique ipsi secundum pactionem traditi sunt: qui quidem ipsi duces etiam hostium erant. ergo secundum eos etiam loquentium personae generalibus verbis comprehenderentur. licet posset (meo iudicio leges defendendo) responderi, quod legati non tanquam ipsi, i. tanquam particulares personae considerantur: sed tanquam universitas illorum, qui eos mittunt, si sint plures: vel tanquam persona illius, qui eos mittit; quem quidem ipsi legati repraesentant. et ideo istud argumentum ad alias personas non extenditur, quae tanquam ipsae. non tanquam alij, loquerentur. Vide historiam ap. Polyb. li. i p. 99. cum seq.

in Generalibus facilius homines decipiuntur, quam in particularibus, ut duobus ex Liuio documentis cuique patere potest: quorum primum est Dec. i. li. 4. p. 97. post prin. ubi cum plebs diu et magna ope contendisset, ut ex plebe tribunos militares fieri liceret, idque tandem obtinuisset; tamen cum ad eorum creationem deuentum est, omnes patricios crearunt. quod Machia. Floren. eo factum existimat, quia plebs in genere totum plebis corpus considerando, videbatur sibi digna omni honore sed cum ad indiuiduum descenderat, error apparebat et nullus artus inueniebatur ex plebe illo dignus honore. sed ego putarim id magis aequitudine quadam, et magnitudine animi, quam illa de causa factum, ut ex Liuij verbis apparet, et ex sequentibus temporibus. in quibus semper ex plebe Romana reperti sunt clarissimi viri. alterum documentum est Dec. 3. li. 3. in prin. cum Pacuuius Calauius mutandos senatores Campanae plebi proposuit: nemo n. ex plebe potuit inueniri, ut cum quouis ex vetere nobilitate senatus commutari posset. et vide de hoc perpendentem Machia. lib. i. cap. 47. discursorum.

Generis auctores progressi debent sue soboli de iure gentium, et naturę. Dionys. Halic. Antiq. Ro. li. 3. pag. 232. ubi tn̄ id asserit ex verbis Metij Fufetij disceptantis cum Rege Tullo uter populus praeesse deberit alteri. qui Tullus contrariū disseruit, inquiens: quod vero Colonias suis conditoribus iure naturę subijci contendis, nec verum, nec ęquum nobis videtur: multę n. gentes sunt in quibus veteres patrię colonis suis subijciuntur. cuius rei exemplum. Spartana civitas est videas ibi.

Germani, sunt pecunię in primis avidi. Herodian. lib. 6. pag. 150.
Germani, in summa feritate, versutissimi sunt, ut inquit Vell. Paterc. referente Arn. Ferr. in Fr[co] Vales. in fi.
Germanorū simplicitatē et fiduciam, qui non passi sunt Armeniorū Legatos honestiores, quàm se loco spectare. vi. ap. Sueto. in Claud. cap. 25.

Gestas res alienas reprehendere, facillimum est civis, res egregias gerere perdifficile paucisq datum, neq tam facile futura prospicere, ut iudicare de praeteritis: quandoquidem haec sensibus percipimus, illa presagijs atq coniecturis colligimus, in quibus inest fallaciarum plurimum. Sp. Servilius ap. Dionys. Halic. li. 9. p. 246. 247.

Gladiatoribus interdixit M. Antoninus, acuto ferro dimicare. Xiphil. e Dio. in Anton. pag. 570.
Gladiatorijs ludis nequis senator dimicaret, edicto cautum fuit tempore Triumvir. An. u. c. 716. Dio lib. 48. p. 236.

Gladium distringens in aliquem in foro, siue curia, capitali pena punitur apud Florentinos, ut euenit Iacobo Alamano, de quo Joui. hist. li. 25. c. 30. in p.

Gladio utimur in eos, quos palam occidere uolumus. q. uer. Pugione.

Gladium nudum humi fixum Halani ut Martem uerecundius colebant Marcell. li. 31. p. 477.

Gloria, est honestissimum uerę uirtutis premium. Ang. Polit. in prefat. in Suet.

Gloria amplissima semper solet obiecta esse inuidię. Cimon Miltiadis filius sepe fuit insimulatus, qui prope Eurymedonta fluuium persarum populum deleuit innumerum. Aemilianum Scipionem, ut somniculosum quamulti incusabant, qui duas potentissimas urbes in perniciem Romanam obstinatas excidit. Pompeium Magnum obtrectatores uituperabant; quod unico digito caput scalperet, et fasciola candida crus colligaret. Vide Marcellinum, lib. xvii. pag. 122.

Gloriam negligere atque contemnere, nonnulli audaciam et fortitudinem; ego uero (inquit Pl. in uita Alcib. cap. 46. p. 2. post med.) impudentiam et socordiam appellandam censeo.

Gloriam qui spernit aliquando, ueram habebit, inquit Fab. Max. ut ait Liu. dec. 3. li. 2. p. 312. in fi.

Glorię cupiditas multos etiam probos uiros agit precipites, sicuti in Attilio Regulo uidere est apud Polyb. li. i. p. 42. cum seqq.

Glorię magnę in adis uilissimum corpus est. ut ait Mutius Scęuola. Liu. cap. 30. in med.

Gradus affinitatum qualiter discernantur, uide aliquid in Beroal. ap. Sueto in Aug. cap. 4.

Græci sunt adulatores. Curr. car. 110. et refert Beroal. ap. S. circ. Nero. cap. 22.

Græci lingua magis strenui, quàm factis. Liu. Dec. i. lib. viii. p. 203. post me.

Græcis, promittere promptum est, promissis autem quamquam iuramento firmatis minime stare. Proc. de bel. pers. lib. i. p. 244. Vbi in persona Mirrhanis persæ de Romæis loquitur: qui Græci imp. Constantinop. milites erant

Græci iusiurandum et fidem seruare non [illegible], etiamsi decem antigrapha ac totidem sphragidas, denique duplo totidem testes habeant, si solum illis talentum creditur. Poly. lib. vi. p. 570. Vbi dicit, eos res et bona publica sibi concredita depilare.

Græcia [illegible] ditoribus abundantissima, ut queritur Demosth. in Orat. de Corona pag. 32.

Gratias agere uidetur ille, qui beneficio affectus, laus insequitur benefacientem. quare Xenocrates philosophus à Lycurgo oratore liberatus carcere, cum aliquando in eius fili[illegible] incidisset, dixisse fertur. Filij optimas genitori uestro gratias reddo: cuius n. opera laudibus unumquemque prosequitur. Plu. in ui. [illegible] quint. [illegible] car. 134. p. 2. cir. prin.

Gratias referre non [illegible], calamitas [illegible] à viris grati[illegible] et magnanimis. Darius Rex. apud Plu. in ui. Alex. mag. car. 304. p. 1. ad med.

Gratificari an[illegible] [illegible] magis dicebat Polycrates Samius, si ei quæ abstulisset reddideret, quam si prius nihil abstulisset. Herod. li. 3 pag. 202

Gratitudinis exemplū in Campanis erga Romanos, uide apud Liu. Dec. i. [illegible] pag. 4. et uide in uer. Beneficium. Sed M. Minutij, exercitusq; eius magis celebre grati animi documentum in Fabium Max. et eius exercitū fuit, de quo Plu. in ui. Fab. Max. car. 90. in prin. Liu. Dec. 3. lib. 2. pag. 308. sed de eorundem ingratitudine, et infi[illegible], Campanorū, inquam, maius exemplum est ap. Liu. Dec. 3. lib. 3. per totas primas pagg. De Minutio scribit et idem Plu. in ui. Annib. car. 112. in fi. Pyrrhus quoque ad gratias referendas promptissimus fuit: et Aeropi mortem permoleste tulit ideo maxime, quia meritorum gratiam uiuenti non rependerit: creditam .n. pecuniam heredibus creditorum persolui licere debat: at gratias uiui fuentibus ijs, quibus debetur persoluerit, uir honestus, et gratus ostenditur. Plu. in ui. Pyrr. car. 2. ad fi.

Grati esse censebantur apud Romanos ij, quibus in bello uita per aliquem ex militibus seruata fuisset. Vide uer. Vita.

Heredem mulierem instituere, iure Romano nemo poterat, eam legē Q. Volumnius Saxa Trib. pl. tulit. suasit legem M. Cato Liu. Dec. v. lib. i. prout eū refert L. Florus in Epit. eius libri in med. et [illegible] esse potest: quia mulie- bribus blanditijs, et precibus sepe senes in [illegible] testamentis preter- tuntur, et abducuntur ab equo, et iusto: sicuti Maometti Regi Turcarum contigit ex blanditijs antiquę uxoris, et solum ex blanditijs Roxolane Ioui. hist. lib. 33. car. 224.

Lege autem Voconia prohibebatur, ne qua mulier maiorem centū millibus nummum hereditatem posset adire, qua lege Augustus quasdam mulieres soluit. Dio lib. 56. p. 354. vide ī uer. Mulier. lib. 2. De lege Voconij Saxę circa mulie- rum hereditates, uide Ful. Urs. in Voconia.

Hereditatis, potiores esse mares, et maribus progenitos, in confesso est: simpliciter n. a uirili stirpe proximis, si liberi nulli sint, lex hereditates restituit, inquit Demosth. orat. adu. Leocharē, pag. 122 i 07.

Hereditates et bonorum perceptiones genere proximis dant leges, ... et cala- mitates cognatorum, et elocationes mulierum ijsdem mandantur. Demosth. orat. aduersus Leocharē, p. 124. in fi.

Hereditatum, et legatorū uigesima pars, ut in erarium militare inferretur instituit Augustus imp. exceptis ijs, qui propinquitate genere iuncti ac pauperes morte aliorum ... ; quasi scriptum in Cesaris cōmentarijs id pensionis genus reperisset. Dio lib. 55. p. 347. Quia uero uigesimę pensio adeo omnibus fere molesta erat, ut uideretur aliquid noui motus excitatura, in agros et domos pensionem transferre simu- lauit, ac confestim, non ostenso quantum, aut quo pendendū cuilibet modo foret, ... alios demisit, qui ciuitatum ac priuatorū facultates describerent: ut cum singuli maiorem iacturam uererentur, mallent uigesimam pendere: idq. eius consilium re ipsa probauit. Dion lib. 56 p. 360.

Hereditates ante Solonem non licebat Athenis, testamento, alio derivare: verum pecunias simul et domum in defuncti familia manere oportebat. Solon autem cum permisisset pro voluntate cuiusque, nisi superessent filij, heredem constitui, visus est amicitiam propinquitati, et gratiam necessitati preferre, pecuniasque possessionem esse habentium statuisse. non tamen temere, ac nullo habito respectu huiusmodi licentiam permisit: at si non morbo ingravescente, aut medicamentorum vi impellente, aut vinculis et cruciatu coactus, aut coniugis suae lenocinijs, ac blanditijs esset adductus. existimabat enim et quidem recte, et sapienter, preter decus aliquid, honestatemque suaderi, nihil a vi ac necessitate differre. in eodem vero cum necessitate fraudem, in quo dolorem cum voluptate in comparatione iungebat: que omnia pariter hominem a mente, ac ratione distraherent. Plu. in vi. Solo. car. 35 pri. ann [illegible]

Sanciunt autem leges Lycurgi pater hereditatem filio relinquere cogebatur. verum Epitadeus, cum Ephorus esset, exorta adversus filium contentione, rogationem tulit, ut liceret cuique et domum, et hereditatem suam cui libuisset relinquere. is igitur propriae iracundiae indulgens, legem tulit, quam ceteri cupiditatis gratia [illegible], optimam vivendi solverunt constitutionem. et enim qui in civitate potentiores erant, propinquos e successionibus pellentes, omnem rerum ad se facultatem brevi tempore coegerunt.

Plu. in vi. Agi. car. [illegible] p. 2. in prin. Principes tamen boni, si ab aliquo relictum legatum vel hereditas fuisset eis, non recipiebant, si filios habuisset testator; sed aut statim liberis concedebant, aut, si pupillari etate essent, die virilis toge vel nuptiarum, cum incremento restituere consueverunt. ut de Augusto prodidit Sueto. in eius vi. ca. 66. in fi. vide etiam ap. Dion. lib 56. p. 361 pueris etiam, quorum parentum [illegible] ipsis adhuc tenerum etatem agentibus, hereditates adierat, paternas facultates cum reditibus iussit reddi simulac virilem etatem attigissent; quod idem superstes etiam observaverat, ut si cuius heres fieret, cui liberi essent, omnino his paterna bona vel statim, si adulti essent, vel post omnia restitueret.

Tiberius Cesar bona Aemiliae Musae locupletis intestatae petita in fiscum, Aemilio Lepido, cuius e domo videbatur, tradidit. neque hereditatem cuiusque adijt,

nisi cum amicitia meruisset. Ignotos et aliis infensos eo principe nunquam procul arcebat. Tac. lib. 2. car. 24. Hadrianus imp. ignotorum hereditates repudiauit, nec notorum accepit, si filios haberent. Spart. in ei. ui. car. 30. Antoninus pius Imp. hereditates eorum, qui filios habebant repudiauit. Jul. Cap. in eius ui. car. 38. Helu. quoque Pertinax Imp. professus est, nullius se aditurum hereditatem, quę aut adulatione alicuius delata esset aut lite perplexa, ut legitimi heredes, et necessarij priuarentur. Capit. in eius ui. car. 70. Vbi dicit eum addidisse senatusconsulto [illegible] uerba. Sanctius est P.C. inopem Remp. obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum [illegible] Vide [illegible] A bono autem patre non scribitur heres nisi malus princeps. Tac. in Agric. a. car. fi. vide Tiber. imp. const. i. pag. 484.

Hereditatem sibi relictam adire uolens, more Romano apud pretorem Vrbanum profiteri solebat, se talem hereditatem suscipere. quod et adoptatus faciebat, si adoptionem susciperet. Beroal. et Sabell. referunt in Sueto. in Aug. ca. a. ad fi.

Hereditates relinqui non possunt feminis probrosis. ui. ſ. in uer. Feminis. lib. 2.

Heretice prauitatis Inquisitores, et speculatores occultos instituit Carolus Mag. in Vuestphalia, ad quorum delationem rei prius laqueo suspensi conspiciebantur, quàm rei fuisse audiebantur. P. Aem. li. 3. p. 48. 49.

Hermaphroditi, siue Androgyni à Romanis pro prodigiis habebantur: et ante oia abominabantur; et in mare extemplò deportabantur. id hoc modo fiebat. uiuum in arcam condebant, ne terram contingeret: prouectiq; in altum proijcientes mergebant. Liu. Dec. 3 li. 7 p. 442. post me. et Dec. 4 l. i. p. 523. in fi. cum prin. seq. et Dec. 4. l. 9. p. 697. in fi. cum prin. seq.

Hetrurię vrbes imperiales quę fuerint quę pontificię sub Ludouico pio Aug. Caroli Magni filio, et Paschali pont. ui. P. Aem. lib. 3. p. 53.

Hispanorum ingenia sunt impotentia, atque imperandi auida: qui quum semel irrepserint, ad summam semper potentiam cunctis artibus contendunt. Joui. hist. sui temp. li. i. p. 9. nº. 20.

Historia, dempta ex ea ueritate, inutilis est: perinde ac siquis oculos animanti effoderit, quicquid superest corporis, inutile fit. Polyb. li. i. p. 23. et quemadmodum corpus animatum, si ossa sint exempta, totum redditur inutile: ita et historia, si ueritatem illi abstuleris, quod reliquum est, inanis redditur narratio. et sicut Regula, si ei rectitudo desit, omnia potius, quam regula uocari debet, sic et historia, si à ueritate desciuerit, non est historię nomine uocanda. Polyb. li. 12. p. 738.

Historię laudes, uide ap. Ant. pont. in prefat. in Sueto.

Histriones, Tiberio imp. referente, auctoritate patrum Italia pulsi fuere. corn. Tac. li. 4. cap. 46. et iterum sub Neronis imp. Tac. l. 13. c. 91.

Histriones non debent matronas uice puerorum ad ministerium adhibere. ideo Augustus. et c. uide. s. in uer. Matronas

Histriones, licet ab aliquo spectatorum exsibilentur, non tamen eum digito demonstrare debent, et oculos hominum in eum conuertere aliquo dicto, uel facto ex quo ignotis spectatoribus conspicuus fiat. uide. s. in uer. Digito lib. 2.

Homicida, qui Regium apparitorem diem illi dicentem occidit, vel … luere debet, etiamsi nobilissimus, et clarissimus Vir sit. exemplum edidit Carolus pulcher Rex in Jordanū Joannis pont[ificis] Rom. propinquū ap. P. Aem. p. 170. n.°

Homicida si pœnitentia permotus sponte adeat Judicem, ut expiet…, et quas iubeat Judex pœnas det, non capite plectendus est, sed inveniendus, ut Eremitarium septo clausus quidquid reliqui vitæ superfuerit agat, si … exemplum in Joannem patrui … Alberti Cæsaris interfectorem secuti … de quo P. Aemil. in pulchro p. 172. n.°

Homicidæ, more Gallorū, dedebantur agnatis occisorum, qui pro libito sæviebant in eos, ut colligitur ex nece Prætextati Rotomagensis Episcopi, cuius occisor deditus fuit nepoti ex fratre prætextati, qui reum exemplo confodit stricto ferro. pau. Aem. lib. 2. in Clot. 2. p. 16. quod in patria … servant Aethiopes sub Pretiannis ditione degentes, ut videre potes apud Jovium hist. sui temporis lib. xviii. car. 304. … et … quæ dixi in li. 2. Notab. Leg. in ver. Puniendus. Pannones quoque Sigismundum imp. … filiæ Ludovici Regis … et … Regni … triginta … ferri percuti iussisset, captum necandum … fœminæ, cuius maritum ille interfecerat, tradiderunt, licet blanda oratione et maiestate oris ab ea fuerit dimissus. Aegn. li. 3. p. 356.

Alexander Magnus Bessum Darii persarum Regis interfectorem captum fratri Darii, reliquisq[ue] eius consanguineis, ut pro arbitrio supplicio de eo sumerent concessit. Diod. p. 1076.

Homicidæ ipsi quandoq[ue] per dissimulationem invisere solent ab … vulneratos, et vicem eorum miserari, dicentes illorum casum moleste ferri; sicut est videre in Fredegunda erga Prætextatum Rotomagensium Episcopum apud pau. Aemil. in Clot. 2. pag. 16.

Homicidis omnibus terminos … interfecti patria prohiberi. in ea autem concedebat lex et deprædari et pellere homicidam, … non. Demosth. in Aristocr. pag. 175. Vbi et illud dicit

Homicidarum ex consulto, bona omnia publicari lege iussa

Homicidas occidere liceat in nostro territorio, et in carcerem ducere, ut in decemuirali tabula promulgatur: excruciare, aut pecuniam ab eis extorquere, non liceat: alioquin duplum damni dati luendum, inquiebat Lex Areopagitica Atheniensis. De qua Demosth. in Aristocr. p. 173. sed extra territorium unde exulabat, homicidam interficiens, eadem pœna puniebatur, qua si non exulantem, et non homicidam interfecisset. Siquis autem homicidam occiderit, inquiebat, aut cędis ei causa fuerit, is abstinat foro collimitio idest finibus regionis & perinde ac si Atheniensē interfecisset eo[illegible] censeat .n. cędis reum factum, et concuius, si semel effugerit atq euaserit, iustum quidem esse, ut ex interfecti patria exterminetur; occidi ubicunq esse nefas. Vide Demosth. in superiori orat. in Aristocr. pag. 174. et 175. ubi uide caetera. refert autem ibidem aliam subsequentem legem, quę dicebat, Siquis aliquem homicidam, qui excessit (idest qui patria cessit ob fortuitam cędem) cuiusq pecunia non est ignominiosa (quia si consulto cędem fecisset, omnia eius bona publicabantur) ultra terminos agitarit, uexarit, spoliaueritue, quocunq modo id fiat, eandem mulctam iubet, quam si in ditione nostra eadem commisisset. scz dum ei liceret domi manere.

Homicidarum pœnas uide apud Plat. dial. ix. de legumlat car. 57[illegible]. et ui. ſ. in uer. Talionis.

Homicidiū ad defensionē propriā an uero alterius et præsertim socij cōmittatur, non refert, cū utrūq à Lege permittatur. uide pulchrā orat pro Mattia Homero qui quæstorē socij occidit, In Orationib. ad princip. Venet. uol. 2. fol. 89.

Homicidium inter cetera, his casibus licet perpetrare sine pena; si furem, si adulterum, si proditorem patrie, si tyrannum interficiat, ut apud Pol. 6. lib. 2. f. 15 in fi. cum seq. Plu. in ui. Alcib. car. 51. p. 1. cir. fi. nisi dolo bono proditio facta esset ad conseruandam patriam: sicuti Anaxilaus, et Lycurgus Bizantij fecisse traduntur, qui prosperitate capta patria, etiam a Lacedemonijs, quorum sub ditione ea urbs fuerat, ueniam meruerunt. Plu. in ui. Alcib. car. 53. p. 1.

Homicidia lege Draconis his casibus erant impunita. Siquis occiderit in ludis inuitus, aut in itinere prosternuerit, aut in bello imprudens, aut deprehensum apud uxorem, aut apud matrem aut apud sororem, aut apud filiam, aut apud concubinam, aut eam, quam propter ingenuos liberos suscipiendos habeat: ob hec qui cedem fecerit, ne exulato. Demosth. in Aristocr. p. 170 et alium casum uide .5. c. Homicidas. Item siquem hostiliter per uim et iniuriam grassantem statim quis sui causa defensionis occiderit, impune occisum esse iubebat. Demosth. ibid. p. 177.

Homicidium commissum in preconem missum ad pronunciandum infamem, ob detrectatum singulare certamen in dominum accidentis impunitum esse debere iudicauit Julius. 2. pont. Max. in facto ualde nobili. Nam Hiscerus Hispanus ad singulare certamen prouocauerat Pompeium Columnam protonotarium, qui et ipse conatus fuit congredi cum eo, sed uetitus fuit a propinquis indignum esse affirmantibus, et procul a christianis moribus, cum presertim sacris esset initiatus in harena decertare. Hiscerus autem Pompeium itidem lacessens prouocatorijs libellis irritabat et demum preconem hispanum ad Columnie domus aream misit, quo Pompeium ad ignominiam tube cantu certamen detrectasse pronunciaret: qui preco a seruis Columniorum fuit trucidatus. De qua re cum Roncius Hispanie Regis legatus quereretur apud pont. petens ut id facinus insigni exemplo puniretur, ut ad publicam gentis iniuriam pertinens, pontifex seuerissime tantum respondit, quod serui a pedibus, ut tantam iniurie indignitatem uendicarent, Hispanicam insolentiam Romana [illegible] contudissent. Iou. in ui. Pomp. Col. Card. p. 161.

Homicidium commissum in sacrilegum, aut eum, qui Terminos, idest Lapides in finibus statutos, transferre ausus fuisset, aut tollere, impunitum erat lege Numae. quae idem sanxit de priuatoru agris, quod de publicis quo ad hoc. Dionys. Halic. antiq. Rom. li. 2. p. 213.

Homicidia secuta propter errorem, et imprudentiam alicuius excusationem merentur. exemplu apud Pau. Aem. in Car. vi. car. 214. Vbi dr, quod instaurandis nocturnis ludis Rex Carolus ornatu deposito, uultu in Leonini oris imaginem perfecto, reliquum corpus pice delibutu, multo lino depexo ita contexit, ut semiferi portenti speciem spectantibus praeberet, eodemq habitu quinq praeterea in coetum principum matronaru uirorumq prodierunt ? Et quod Aurelianensis studio clarius uidendi correptam facem propius admouit, et scintilla ex ea in Regem torre incidens repentinum in omnes illos effusa flamma conflauit incendium ? ex quo quattuor illorum misere periere. unus et Rex uix seruati sunt. Et tu Aurelianensis errorem imprudentiaq excusans crimine se liberauit. uide etia inf. Homicid. pun ex sententia eh.

Homicidium in hominem plebium a patritio comissum paruis assibus luebatur apud Mediolanenses lege quadam, quae aliquandiu tolerata ad extremu plebis animos adeo uehementer exulcerauit, ut eam atq armis eam rescinderet, et nobiles auctores Turrianos persequeretur Iou. in othone. p. 15

Contra uero Homicidium, Aegyptiorum antiquis legibus sponte comissum siue in liberum siue etiam in seruum morte damnabatur, quia non Fortunae conditionem, sed consilium facti pendebant et uindicabant, quo morte res ... liberi securiores. Diod. Sic. Rer. antiq. l 2. c. 3 pag. 117

Homicidium comissum in eum cui denuntiatum prius fuerat duellum, cum et ipse similiter denuntiasset, non uidetur morte puniendum exemplo Regis Gallorum in casu homicidij Cichei familiaris sui ... commissum, uide apud Arn. Ferr. in ... Vale ... bu...

Homicidium lucando quoq comittitur, ut v. uer. Mortis poenitus lib. 2. Vbi non fit mentio, quod comisserint fuerint pueri.

H[illegible] contra illum cōmissum, qui nos in ordinem redigere, et reprimere audet excusationem aliquam meretur. Mendocius Infantasiorum Regulus preſecto rerum capitalium Cesaris in spectaculo ludorum equestrium faciem discidit, quòd in dimouenda turba nec sibi parceret: nec tn̄ Cesar eum puniuit, in cuius [illegible] in acie [illegible] fuerat; licet iccirco sibi temperasset, [illegible] ne sequeretur tumultus. Joui. li. 42. hist. in pi.

Homicidium propter illatam pudicitie uim, et ad eius facinoris ultionem perpetratū, etiam apud hostes ueniam meretur, ut indicauit [illegible] in persona Timoclee; quemadmodū refert Plu. in lib. de Cla. Mul. cap. 22. Sed à iudice nō hoste non ueniam solum, sed et premium meretur. Vnde C. Marius Trebonium qui nepotem sororis ipsius Marij filium interemit propter illatā sibi ab eo uim; non absoluit modo, sed etiam corona, que ob fortiter facta datur, coronauit: ut Plu. in apophteg. C. Marij meminit.

Homicidium à fratribus cōmissum ad ulciscendū stuprum sorori per uim allatum, ueniam meretur; etiamsi postea comperiatur, falsò id fratribus persuasū fuisse. idq. defendi poterit Elici, siue coloni sententia et iudicio, de quo in probl. pin. cap. 497.

Homicidium propter ultionem occisi mariti factum excusatur ut in persona Eryxonis uidetur Amasis indicasse. de quo Plu. in lib. de Cla. Mul. cap. [illegible]

Homicidiū etiam duorum excusatur si ulciscend. paterne necis causa patratū fuerit. immo [illegible] ipsi matrem et adulterum, qui patrem [illegible] [illegible], [illegible] fraudi non esse, Senatus Ro. decreuit, ut dicit Plu. in lib. parall. ca. [illegible] et pri.

Homicidium in eum cōmissum, qui te ipsum interficere [illegible] [illegible] conabatur; aliquatenus excusari poterit ijs uerbis quibus puer ille lacon admirandus usus est [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ulteriores promittentes. vide Plu. in apoph. Lac. uariorū ignob. Lac. cap. 2. p. i.

Homicidiū cogitatione perficere, si intercipiatur, dum ad id incedit iter, non tn̄ est puniendus, ac si commiserit: potest .n. usuuenire, ut ipsum sponte [illegible], nec perficiant. gloriatus est ipse Caligula, ad ulciscendam necem matris et fratrum, introijsse se cum pugione cubiculum Tyberij dormientis, et misericordia correptum, abiecto ferro recessisse. [illegible] in Calig. cap. 12. in pi.

Homicidium qui [illegible] admisit esse patronum in gratiam alicuius, [illegible] mors tamen [illegible]endus est, etiam si libertus [illegible] erit se intemperantem patronum suum. ideoq[ue] lenitatis laudatus fuit Julius Cæsar, qui [illegible] ultus est libertum suum. [illegible] Sueto. in eius vita, cap. 7[illegible].

Homicidij fortuiti reus peractus et conuictus si à sauciato ante [illegible] missus fiat, non poterit deinceps à defuncti cognatis eijci; potest .n. de fortuita cæde transigi secundum leges Atheniensium. Demosth. orat. aduer. pantæn. p. 64. in fi.

Homicidium non ex sententia, sed casu atq[ue] [illegible] contingens, [illegible] [illegible] [illegible] uindicari. sicut nec [illegible] [illegible] Belisarius homicidium [illegible] sum in personam Joannis [illegible] sui uiri fortissimi, quem Vliares cum auem quandam super arbore residentem conspexisset et arcu [illegible] in eam telum direxisset, eam quidem non attigit, sed Joannem forte in collo [illegible] [illegible] perijt, quo ex uulnere ille paulo post perijt, mandans militibus, uti nullam permitterent Vliarem ex hoc [illegible] [illegible] procop. lib. 4. de bello vandill. cap. 346. Adrastus coniecto telo in aprum, frustrato ictu, Atym Cræsi filium interemit, ab ipso Cræso, et ab omnibus uenia dignus iudicatus fuit. Herod. lib. 1 p. 14 [illegible]

Homicidia tanto minus [illegible] sunt [illegible], quanto ij, qui ea [illegible] fecerunt, [illegible] [illegible] sunt. [illegible] Franciscus [illegible] Vrbini dux [illegible] [illegible] fuit, [illegible] Alidosium Cardinalem [illegible] [illegible], sua manu Rauennæ confoderit. Jou. in Alf. Atest. cap. 25. Bem. [illegible] [illegible] cap. 179. p. 1.

Homicidij indicium etiam ex eo sumi [illegible], quod [illegible] [illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible], et supremo eius die [illegible] deficientis per dispositos cursores [illegible] nunciari [illegible]; nemo .n. credat sic accelerari, [illegible] tristis audiat. ut de [illegible] inquit Tac. in Agric. cap. [illegible]

Homicidium etiam per insidias [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] potest, etiam [illegible] fuerit [illegible] in alium [illegible] [illegible] [illegible]

Homicidii ille [illegible] fecisse [illegible], qui ferventem opem [illegible], qui [illegible] avertit, vel [illegible] quia si opem ei ferri [illegible] esset, non fuisset interemptus ideoque eadem pena plecti debet, qua et ille qui manu sua hominem [illegible]: argumento [illegible], qui dixit Fab. Ambustus apud Liv. lib. 4. cap. [illegible] in pr[illegible] et ideo [illegible] fecit Antiochus, qui belli socios parte predę fraudavit; licet non in prelium ipsi descendissent: quia sex aliàs auxilium ei prestiterant hostes distinendo: Iust. li. xv. cap. 71. et ideo paulo post male mulctatus abijt, ut in fi. eius lib. Bene autem consuluit senex ille P. Licinius apud Liv. li. v. cap. 132. qui populum voluit predę castrorum Veiorum participē esse tum quia ipsius collatione tributi miles in Urbis illius oppugnatione detentus fuerat: tum quia nisi ipse ad custodiam Romę patrię mansisset non potuisset exercitus in obsidionem Veiorum intendere.

Hominem occidere non licet, nisi siquis necessitate cogatur eum interficere. Unde moris erat apud Rom. ut ijs qui militari sacramento nō tenerentur, vel quia in verba imperatoris non iurassent; vel quia essent iam dimissi; licet in castris versarentur, tn̄ nec hostes ipsos prelio lacessere, nec interficere nec ferire liceret: quam qui etiam hostem non legitime, nec iussus occidat, homicidij reus sit. Plut. in probl. cap. 445.

Homicidia non sunt eadem pena castiganda in Regibus, qua in privatis personis. Rhescuporis Thracię Rex Cotym fratris sui filium

Homicidia secundum propositum, et mores committentis vel pena vel excusatione digna iudicantur. Timoleon accusatus, quod fratrem Timophanem interfecisset, cum excusaretur, quod eum uti Tyrannū, sive uti appetentem patrię Tyrānidē occidisset, Corinthij, Syracusanis ducem aliquem ad se mitti cum presidio petentibus, Timoleonem mittere decreverunt: proposueruntque ei optionem sane si facinus abs se cōmissum diluere vellet. confirmarunt n. ei, si bene rem Syracusanam administrasset, se eum Tyrannicidam; sin secus, et ex animi libidine, tunc fratris percussorem eundem iudicaturos esse. Diod. Sic. Biblioth. lib. 16. pag. 923. 924.

Homicidiũ ab Hercule in Iphitum dolose et iniuste patratum, Apollinis
oraculo, expiatum fuit uenditione sui met per Herculem, mediante quodam
amico suo, iusto pretio facta Omphalę Virgini, et pretio dato liberis
Iphiti, Diod. Sic. Lib. 5. p. 326. 327.
Homicidam qui percussit uolens occidere, morte moriatur: qui autem non est
insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius, constituam sibi locum,
in quem fugere debeat. Siquis per industriam occiderit proximum suum,
et per insidias, ab altari meo euelles eum, ut moriatur. Si rixati fuerint
uiri, et percusserit alter proximũ suum lapide uel pugno, et ille mortuus
non fuerit, sed iacuerit in lectulo &c. uide Exodi. cap. 21. Vide Leu. cap. 24.
Numer. cap. 35. Deuter. cap. 19. Vbi uidebis de Homicidijs, et eorũ discrimine.
Homicidia non sunt eadem pęna castiganda in Regibus, qua in priuatis personis.
Rhescuporis Thracię Rex Cotym fratris sui filium Thracię partis Regem
et ipsum [illegible] diuisionem Octauij Aug. imp. inter eos factam,
sub specie reconciliandę amicitię ad conuiuium inuitatum cathenis
onerauit, Regno priuauit, et postea occidi curauit, sicuti et occisus fuit:
ea [illegible] causa dicta in Romano senatu, principe Tiberio (cuius hortatu,
et iussu Rex tractata inter ipsum et [illegible] [illegible] damnatus parri-
cidij non aliam pęnam inde retulit, quàm ut procul Regno [illegible].
Tac. lib. 2. car. 27. 9.
Idem in magnis viris, et bello claris seruandum [illegible] Imperatoris Iustiniani
exemplo [illegible] mur, qui cum Rusticum et Ioannem ob mortem Gubazis
necari iussisset, Martinum [illegible] illius necis autorem satis habuit ex pro
imperatoris nomine et potestate ad priuatam uitam redigere. Agath.
lib. 4. p. 480. 481. Exemplum etiam in Ioanne Duce Burgundię,
qui Ludouicum Aurelianensem Ducem per insidias interficiendum curauit:
Nam licet eius excusatores non uise fuissent iuste, [illegible] à cętu Procerum
[illegible] [illegible] [illegible] uenia [illegible] Duci data fuit, gratia delicti [illegible]
Pau. Aem. in Car. vi car. 217. Exemplũ aliud in Ioanne [illegible] Alberti Cęsare
patruum suũ interfecit. Nam cum Ioannis [illegible] parricidij pęnitentia Clemente
pont. max. adijsset ut expiaretur ac quas iuberet Pontifex pęnas daret, et pont

cum reiecisset ad Henricum Cesarem; Henricus eum iussit Eremitarum septo clausum quidquid reliquæ uitæ foret agere, quod et ieiunium fecit uide pau. Aemil. in phil. pul. car. 172. 9°

Homicidium non est uerisimile ab illo cómissum qui prospicere poterat, etiam scelere non emanante, detrimentum ex illa cæde ad se peruenturum Beroal. refert apud Sueto. in Aug. cap. xi.

Homicidii crimen, et [illegible] [illegible] amoueri, tollique poterit, si probauerimus, eum qui homicidii accusatur, paulo post, aut tempore contracti homicidii [illegible] dormire, aut ludere, aut aliquid iocosum facere, uel dicere: quasi non sit credibile, qui animum sceleris perterruit, cum [illegible] posse agere ut in simili casu, uidelicet in suspicione parricidii iudicatum fuit apud Terracinenses in cæde T. Clelii: de qua Cic. in orationé [illegible] orat. 2. car. 28 in fi. cum seq. et in cæde Xerxis, de qua unum uerbum tangit Iust. lib. 3. car. 20. p. 2. dum dicit. cum uentum esset ad domum Darii, dormiens inuentus, quasi somnum fingeret interficitur. nam parum uerisimile uidebatur, Darium [illegible] dormire, cum Xerxem patrem interfecisse crederetur. et [illegible], si [illegible] Armaxeri, et qui eum interfecerunt, dormire uere hominem non eum permisissent; quasi falso accusatus fuisset [illegible] ut et fuit de parricidio; idque ex eo conijci potuisset quod dormiret. et [illegible] exempli de hoc etiam [illegible] in [illegible], dum de Turn. Herdonio fit mentio, et [illegible] apud Liu. ibi allegatum. [illegible] et sentire uidetur. Liu. lib. 4. car. 101. in fi. cum prin. seq. dum dicit. rem incredibilem: interuenere Fidenatium, nouorum sociorum consulentium de cæde rupturæ ius gentium non auersum ab intentione lusus animum: nam ibi Liuio uidetur incredibile, Tolumnium Regem, cum ab eo quæsitum Fidenates, nuper [illegible] adiuncti uenissent. quid de legatis Romanis, qui ad eos missi [illegible], facere et an [illegible] interficere deberent? non omisisse ludum. [illegible] non omiserit et uocem illam ambiguam [illegible] interpretati sunt Fidenates; non [illegible]. Regis animum, audito tanto [illegible] Fidenatium. quasi dicat auctor, non potest ille ludere, qui de magno scelere consulitur; non potest non à lusu animum auertere. Quod et Africanus [illegible], quum Philippi Regis animum (an scilicet in amicitia Roman.

uellet perscrutari seu explorari oportere, posse censuit, sicuti ex improuiso ad eum iretur, ita ut prius opprimeretur, atque adiretur, quam ipse quidquam scire de aduentu Rom. posset; atque ita ex actibus eius, que non ex preparato propter cognitum aduentum fierent; censuit Africanus posse cognosci animum philippi. Hinc factum est, ut cum deprehensus esset Rex in conuiuio, et in multum uini processisse, ea ipsa remissio animi omnem suspicionem dempserit, nouari Regem quidquam uelle. Liu. Dec. 4. lib. 7. p. 637. post med. Hoc etiam argumento utitur Demetrius apud philippum Regem Maced. patrem suum; ad repellendam calumniam persei, qua insimulabatur insidias eius uite posuisse: nam eamet nocte dicit magna se letitia, et lusu conuiuium, et epulas celebrasse; quod scilicet appareret, cum non habuisse in animo, perseo fratri quicquam insidiarum moliri. Vide Liu. Dec. 4. li. x p. 719. ad med. Quare cum Dinocrates Messenius in conuiuio Rome temulentus muliebri saltasset habitu, et postera die a Tito Quinctio subsidium inuocaret, quod ab Achaeorum imperio ad defectionem solicitare Messanam uersaret animo. tum Titus, de iis uiderimus, inquit, te uero miror, cum res huiusmodi moliri audeas, uina tractare, saltare, et canere posse. Plu. in ui. Titi q. Fla. car. 135 p. 2. post prin. Sed tamen homines fortes uultum, et gestum cingere possunt, licet maxima pericula de proximo aggressuri: sicuti de Bruto, et Cassio, et ceteris coniuratis traditur: nam cum iam iam Cesarem aggressuri essent: tamen cum ex officio preture multis cogerentur dare iudicium, non quiete solum adstantes, et differentes inter se uiros audiebant. sed ueluti otiose iudicia diligenti cum deliberatione, ac maturitate renuebant Plu. in uita Bruti. car. 357. p. 1. ante fi. Quod autem de eo dictum est, qui dormiens interfectus fuerit, quod suspicione omni liberatus sit, uide contra in uer. Dormientem. j. lib. 2. Non est ulla durior iudicis, quicquam magnum aliquod facinus agitare animo. nam, si ita, turbatius aliquid et inquietius agat uel dicat quam consuetudo sit eorum. qui nihil mali uersant animo: necesse est enim ut aliqua res periculi, uocet eius, quod si patranda sit secundum, quodque si detecta comperta sit, nocendum: non unus ibi insuper, non risus, non quies ulla, non certa cogitatio. Sic omnia tristia. omnia sua omnia terribilia uolutant, et quod aiunt, sursum deorsum ambientem animum agunt inquit pater meus in orat. pro Eustachio [illegible] car. 4. [illegible] idem uidas et in orat. contra D. Marini. [illegible]

[illegible] in conuiuio [illegible] plenum et animo futuri [illegible] tionem [illegible] idque tamen non latuisse [illegible] simulabat: et ex lecto uultus quoque [illegible] ad med. [illegible] maturitatem, inquit, [illegible] magnum aliquid aggressuri sint. Vide celebratur [illegible] T. Quinctii Flam. in Dino- [illegible] qui cum in con uiuio [illegible] [illegible] 142 [illegible]

Homines prudentiam amittunt, quando eis appropinquant infortunia destinata, ne ea possint prudentia ipsa impedire, Guicc. li. i. car. 57. ubi dicit, id esse prouerbium, et confirmatum rebus ipsis.

Hominis salus beneficio nullo pensatur, idest (ut censeo) in nullius beneficij compensationem proditur. Alexander Magnus urgenti matri, ut occideret quendam insontem, et dictitanti se, impetrandi frustra quae uellet cum se per nouem menses utero portasse pregnantem, ita respondisse prudenter traditur. Aliam parens optima posce mercedem: hominis .n. salus beneficio nullo pensatur. Amm. Marcell. li. 14. p. 37. ubi de Cesare Gallo &c.

Homines pingues, et criniti non pertimescendi, tanquam aliquid innouare cupiant: uerum pallentes et macilenti. sicuti iudicauit Cesar, delata ad se de Antonio et Dolabella calumnia. unde peritur de Cassio Cesar dixisse: Quidnam Cassium uelle putatis? haud .n. mihi magnopere placet is, magnopere pallidus. plu. in ui. Ces. car. 322. in prin. et in uita Bruti, car. 2. p. i. post med. et in uita Antonij, car. 397. p. i. ante med.

Hominum proceritas quanta fuerit antiquitus, hinc colligi potest, quod Artachees inter persas procerissimus in toto Xerxis exercitu, non tamen ad longitudinem quinque cubitorum Regiorum peruenerat; quattuor .n. digiti ad eam proceritatem deerant. Herod. li. 7. p. 487. 488.

Homines multi sunt, qui primo statim congressu faciles uidentur, suauesque, ac perhumani: quorum ingenium consuetudo longa detegit asperum, intractabileque. plu. in Phoci. car. 326. p. i.

Homine nulla fera crudelior est, cum licentiam affectuum nactus est. Plu. in uita Cicer. car. pen. p. 2. ad med.

Homines plerunque sunt natura proclinati ad propaganda ea que possident. Bemb. hist. lib. 4. car. 61.

Hominibus omnibus natura est insitum, ut et conuicia et criminationes libenter audiant, et semetipsos laudantibus succenseant. Demosth. in orat. de corona in prin. p. i.

Hominum ingenia, sunt ad fallendum prona, non quorumlibet modo, sed Regum quoque. Vide exemplum apud Bemb. hist. lib. 7. car. 113.

Hominum uis ac natura hęc est, ut manifestis in periculis turbetur, nec sibiipsi consistere queat: ad res autem latentes, et occultas audens, atque intrepida est: sicuti feræ quędam, quę per noctem acri, ac perspicaci sunt uisu: interdiu desiccatione, tenuitateque humoris, qui circumstat oculum, et lucis temperiem ferre non potentes, luminibus capiuntur. et c. ui. plu. in ui. Arati car. 414. p. 1. in fi.

Homines, natura neque amici neque inimici inter se existunt, actiones. n. quęlibet aut morum similitudine in concordiam et societatem mortales coniugunt, aut moribus discrepantes in inimicitiã deducunt. procop. bel. Vand. li. 4. p. 365.

Hominis omnium penè hominum osoris exemplum, uide in Timone. apud plu. in Anto. car. 407. in prin. ubi multa risu, et admiratione digna de eius odio in homines referuntur

Homines ad eos sese studiose applicant, atque adiunguns, quos ad ea, quę curanda sunt, et consilio uident et animo paratos. Demosth. phil. 1. car. 2. ex Manut.

Hominũ cõmune uitium est malle seruire extraneis, quàm cederi suis proprijs. Guicc. lib. 3. car. 143.

Homines orientales, sunt communiter acerrimi ingenijs. Herodia. li. 3. car. 48.

Hominis potiorem partem in uiro quidem priapum, in fœmina muliebre uidetur ęstimari. diod. sic. li. 2. p. 74. Vbi de Sesostre Rege loquens, Columnam insuper statuit (inquit) in bellicosis quidem à se superatis gentibus, hominis pudenda: in ijs uero, quę essent imbelles ac timidę, muliebria pudenda sculpta: à potiori hominis parte nomen ab se deuictis ostendens.

Homines generare possunt usque ad 86. annum, sicuti Massinissa. uide supra in uer. Sexagenarij. lib. 2.

[illegible] cui [illegible] aliquẽ [illegible] [illegible] [illegible] 147 [illegible] non ista cogitatio. Sic omnia tristia, omnia quæ [illegible] terribilia [illegible] quod aiunt, sursũ deorsũ amorum animũ agũt. inquit pater meus in orat. pro Eu[illegible] car. 4. [illegible] 115. [illegible] in Orat. contra D. [illegible]

Honesta agere sine periculo, omnibus est comune: cum discrimine uero, hoc proprie boni uiri officium est, secundum Metellum, quem refert plu. in uita, Marij car. 217. cir. prin. Unde etiam Sertorius dixit, generoso homini cum honestate uincere optandū esse. cum turpitudine uero nec salutem quæri debere. plu. in eius uita, car. 230. p. p.

Honesta quæ sint multi nouerunt, pauci tñ faciunt. sicuti de Atheniensibus dixit Lacon quidam. uide Beroal. in Sueto. Aug. cap. 43.

Honestati, legiq; opem ferre debemus etiam cum uitæ discrimine, sicuti fecit Sempronius Centurio in defendendo Galba. plu. in ui. Galbæ, car. pen. in fi.

Honor reuera alit artes, et studia. quemadmodū n. Tinctores cum maximè colorem uestibus inducunt, quo passim delectari mortales intuentur: sic adolescentes ea magno studio discunt, et consequi cupiunt, quæ honore, ac laude digna uident à principib' iudicari. Cato sen. apud plu. in eius ui. car. 146. p. 2. ante fi.

Honorem à uirtute auferre, est à iuuentute uirtutem auferre: nam præmio, et honore uirtus alitur, et augetur. plu. in apop. Cato. Sicut et quælibet res, cui præmiū sit in Ciuitate, maximus semper auctibus crescit. Liu. lib. 4. in prin cir. med. et latius car. 110. et honor, humanitas et beneficentia principum bonas artes excellentiaq; ingenij producit: sicuti temperies, ac clementia aëris copiam atq; ubertatem frugum. uide apud polyb. in epist. perotti, car. 6. cū seq. et uide. 5. proa.

Honores mutant hominum mores, ut in Sylla est uidere, de quo plu. in eius ui car. 200 p. 2. post med. uide. ī in uer. Natura per honores. co. li. et Sueto in Tito Vespas. et ibi Sabell: cap. 1. Guic. li. 1. car. 27. ubi de Ferdinādo Rege Neapolitano. uide Dion. in Tito, in prin.

Honoribus diuturnis, malorum consuetudine. et imperandi ui, mores in deterius mutari quandoq;, imo pleruq; solent, ut in Q. Fabio uidere est apud Liu. lib 3. car. 79. in prin. et apud Dionys. Hali. li x. p. 371 372. 373. et in Appio ibidem et pag. 364. Hac et de causa prudenter fecisse censendus Mamercus Aemilius dictator: qui censuram quinquennalem, annuam, et semestrem reddidit. ut refert idem Liu. li. 4. car. 104.

Honor et gratia opportuniora interdū non cupientibus sunt. ut exēplo fuit Hala Seruilius, et eius collegę ap. Liu. li. 4. car. 119. et seq. cir. prin. uide, in uer. Moderatio.

Honore plus delectantur senes, quam lucro, periclio apud Tucyd. li. 2. car. 96.

Honoris et decoris damna quanto dolore Romani exceperint, cum sub iugum ad Caudium missi legiones eorum fuerunt, describit pulchrè Liu. dec. 1. li. 9. pag. 219. cum duabus preç. ꝑ uer. Necessitatem.

Honoris certamen, et studium, quasi numen aliquod utentibus pessimū atq perniciosissimum, deuitandum esse, precepit Euripides. plu. in ui. Sylle. car. 1. p. 2. post me.

Honores dignis mandari debent, licet plebeij int homines; et nulli preiudicium spes debet, si dignus summo honore fuerit, adipiscendi sumi honoris. Liu. lib. 4. car. 95. quin sini deferretur honos, ad quem alium aptiorem cognoscat, laudandus erit, si illi concesserit; sicuti pau. Aemilius se paratū fuere ostendit, si se melior inueniretur. plu. in ei. ui. car. 155 in prin.
Honores in Carthagini parabantur donis aperte datis; in uer. Largition.

Honores demandandi sunt dignioribus, et siqui preteritis potioribus, minus digni sint uel in senatum, uel in aliquam dignitatem lecti etiam ab his, quorum hoc sit ius: non tñ in illa dignitate sunt habendi: sicut Romę fuit obseruatum contra lectionem senatus Appij Claudij. vide Liu. dec. 1. li. 9. p. 231. cir. fi. et in C. Glaucia, qui dictator ab Claudio pulchro creatus, cum tñ ulcing sortis homo foret, coactus fuit magistratu se abdicare, ut ait L. Florus in secundam Liu. Decad. Epit. li. ix.

Honores, et cōmoda ibi debent esse, ubi onera, et incōmoda: et qui in aliqua re grauantur, in alia debent releuari. quare prudenter fecit Seruius Tullius Rom. Rex: qui cum multa onera à pauperibus in dites inclinasset; ut deinde eos aliquo beneficio compensaret, honorum hunc addidit, ut suffragiorum, quę antea uiritim eadem ui, eodemq iure promiscue omnibus dabantur, uis omnis penes primores ciuitatis esset, qui plusq̄ alij, etiam grauabantur Liu. dec. 1. lib. 1 car. 22 in med.

... ... tanq̄ deo magno ... Romanus templu erexit, a nobilibus, et fortibus uiris, rei familiari, et uitę pfertur, et non nisi cū uita amittitur. in 2. par. prac. ... uer. ad princip. ... fol. 91. anti me nihil est n. homini carius. nihil preciosius: et qui gloriq nostrę ... deteriores existimantes q̄ qui fortunas bonaq nostra diripiunt. ... Bar. decis. 132. n. 13. vide pulchra ap. Alden. ... 20 n.° 6

Honorem iuris et gladij nunq̄ uendi passus est Alex. Imp. dicens necesse est ut qui emit, uendat. Lampr. in eo, car. 136. et i. uer. potestatum.

Hospitia non debent assignari militibus, aut alijs aduenis forte, in illis domibus, ubi sint virgines; ut occasio inferendę iniurię auferatur. quare celebratur illud Regis Antigoni, qui quum audisset, philippum filium in quadam domo in qua tres erant virgines, hospitio esse susceptum, obiurgauit illum, qui hospitijs distribuendis erat p̄ epositus, præsente filio, sic inquiens: non'ne ex tam parua domo tamq̄ angusta filium meum deduces? atq̄ hoc pacto, filio permutato, omnem occasionem inferendę iniurię sustulit. plu. in ui. Demetrij. car. 386. pag. i. post med

Hospitij ius etiam apud hostes ualere debet, quod Achiui Troia capta maxime seruandum esse duxerunt: nam cum in cęteros Troianos ualde sęuissent, Aenea Antenoreq̄ uetusti iure hospitij, et etiam quia pacis reddendęq̄ Helenę semper autores fuerant, omni ius belli abstinuerunt. Liu. in pr. i. dec. lib. i. uide. i. in uer. publicis. tanti quidem id fecit Coriolanus, ut cum uirtutis ergo donaretur multis rebus, omnes recusarit; idq̄ unum sibi requirerit, ut hospes suus qui inter captiuos custodiebatur, ueneundaretur. plu. in eius ui. car. 3. p. i. ad med. Massurius Sabinus hospitem clienti pretulit. Sabell. in Sueto. Aug. cap. 56. ad fi.

Hospitium tenue spernere non debemus, licet magni simus. unde illud. Aude hospes contemnere opes, et te quoq̄ dignum finge deo, rebusq̄ ueni non asper egenis. et illud subiere minores sępe casas superi. de hoc satis multa per Beroal in Apul. car. 27. n.º ubi dicit, quod laudantur humanitatis, qui tenue hospitium non spernunt, et quod hospitum dignitate nobilitatur domus.

n.º 64. usq̄ 69. et sub nu. 170. Flam. Rubi. cons. 51. a n.º 84. lib. 1. Gizzar. Decis. 18. Farin. cons. 141. l. ubi d Homicidio causa Honoris commisso ex intervallo.

Hostis est quicunq; ea facit, quę hostes faciunt. Agath. lib. 4. p. 403. 469.

Hostem, uel inimicum tum maxime hostiae, et inimica moliri credendum est; cum maxime tibi se beneuolum, et amicum ostendere conatur. et noua in[illegible] utilia tibi ab eo proponuntur; intus et in cute perniciem et dolum subesse putes. et ideo inconsulte fecere Romani, qui Accio Tullio Volscorum principi, nomini Romano semper antea infenso; temere fidem adhibuerint: licet pericula denunciare uideretur. unde parum abfuit, quin deinde res Romana profligaretur. ut ait Liu. lib. 2. dec. 1. cap. 45. et seq. et Xerxes stultus fuit, qui Themistocli fidem habuit, quum eum monuit, ut approperaret inuadere Graecos priusquam dissiparentur fuga. nam et male ei res cessit. et cum monuit eum, ut fugeret, priusquam Graeci in Hellespontum transirent ad rescindendum pontem. plu. in ui. Themisto. cap. 66. p. 1. post med. et cap. seq. in prin. et Annibal (ut inuidiam in Fabium concitaret) reliquit agris uastatis, Fabij agros intactos reliquit Plu. in uita, Fab. cap. 49. in prin. vide §. in uer. dolum max.

Sic Cerialis insulam Batauorum hostiliter populatus, agros uillasque Ciuilis intactos, nota arte ducum, sinebat; ut se in suspicionem eum adduceret Tac. lib. 21. in fi. Et ideo Pericles timens, ne Archidamus Rex Spartę ad conflandam sibi suspicionem apud Athenienses, agros suos intactos relinqueret professus fuit hoc [illegible] uide Thucyd. lib. 1. cap. 80. 81.

Hostes per scelus, et nefas uincere, turpissimum est, ut senatus Venetus censuit offerente Tristano Sauorniano Epirotam quendam suum familiarem, qui ueneno paratus erat tollere Carolum Regem Gallorum. Bemb. h. st. lib. 2. in fi quod idem censuerat senatus, cum Bernardus Contarenus uoluit necare Lodouicum ducem Mediolani nisi ad sanitatem bonis artibus conuerti posset ut idem Bemb. li. 2 in fi. Et senatus Romanus Tiberiusque imp. responderunt Adgandestrio principi Chattorum promittenti per suas literas, si patrandae neci uenenum mitteretur, Arminij eorum hosti acerrimo mortem se allaturum; non fraude, neque occultis, sed palam, et armatum populum Romanum hostes suos ulcisci. Tac. li. 2. in fi. et tamen idem Arminius per fraudem, et rebellionem trucidauerat Quinctilium Varum cum tribus Legionibus, ut per eundem. Vide §. in uer. proditor

Humana ingenia sunt ad suam cuiq; leuandam culpam nimio plus facunda. Liu. Dec. 3. lib. viii. pag. 464. post prin.

Humanis in rebus nihil est fixum ac perpetuum: sed et ij qui florent maxime et ij qui humiles et abiecti sunt, exitus incertos habent, ac pariter pro fortuna ipsorum, laude, uituperio, honore, et ignominia afficiuntur. Xiphil. in Epit. Dion. in Vitellio, in prin.

in Humilitatem in presens nos demittere non dedignemur, dum ex ea potentiam postea simus adepturi, more Cæsaris, de quo Dion li. 37. f. 29. uer. Cæsar fit pon.

Hungaris natura mos est insitus, cu[m] fortuna fidem mutare, quod nihil indecorum modo utile sit, arbitrantur: nec rerum suarum consilia in spem longinquam, sed ad presentis commodi casus expediunt. Joui. hist. li. 40. car. 380.

Hungaræ mulieris uirile facinus. uide ꝑ in uer. Mulieris.

Ignaris ignorantia malum est, quemadmodum caecitas non uidentibus. plu. in uita Lysan. car. 190. cir. prin.

Ignominia, infamia, siue turpitudo magis extimescenda, quam mors ipsa, quae grauissima humanorum malorum existimatur, sicut fecere quandoque Milesiae virgines, de quibus uide plu. in lib. de cla. Mul. cap. xi. Decet autem fugere turpia quidem et uereri: at uero ad omnem ignominiam commoueri, ut simplicis, et probi forte, est animi, ita angusti et parum generosi. plu. in compar. Timol. et pau. in fi.

Ignominiae potius causa, quam ignominia ipsa, intuenda est. Vide .S. in uer. Causa. et illud adde, quod per iniuriam infamia notatus non debet desperare, quin etiam ad summos honores peruenire possit; si alias dignus fuerit: ut in eodem Mamerco de quo ibi tradit Liu. li. 4. car. 108. cir. prin.

Ignominia fratris redundat in alium fratrem, imo in totam familiam. ut contigit Tito, cum eius frater Lucius a Catone censore fuit e senatu propter [illegible] in masculum amorem eiectus. plu. in ui. T. quin. car. 135. in fi. cu prin. seq.

Ignominiosis uerbis moueri non debemus, quin in ea sententia persistamus, quam utilem fore uideamus. sicuti Antigonus fecit cum a Cleomene, iniquo suo tempore ad prelium cum multis contumeliis, et probris lacesseretur. nam nunquam pugnare uoluit, priusquam suas copias in unum omnes collegisset. uide plu. in uita Cleom. car. 176. cir. fi. et idem Marius fecit ut refert plu. in eius ui. car. 217 p. 2. ante med. et Phocion idem fecit pulchre respondens militibus, qui eum ignauiae arguebant, ut est uidere apud plu. in eius uita, car. 325. p. 2. ad med. et Aratus, ut ait plu. in eius uita, car. 422. p. i.

Ignorantia at[que] segnities tantum à prudentia atq[ue] industria differt non solum in priuata uita, uerum etiam in publicis rebus, ut in ignorantia et segnitia secundę ipsę res detrimentum; in prudentia et industria aduersę [illegible] ortum quandam errorum afferre uideantur. polyb. li. V. p. 493

Ignorantia, cum modestia et grauitate quanuis melior est, quam scientia cum inconstantia, et temeritate secundu[m] Cleon. ap. Thucyd. li. 3 car. 145.

Ignorantiam ignaris malum esse quemadmodum cęcitatem non uidentibus dixit plato, apud plu. in uita Lysan. car. 190. cir. prin.

Ignorantia commissa non puniuntur, nisi ipse committens sibi fuerit ignorantię causa. Beroal. refert ex Arist. in Sueto. Calig. cap. 41.

Impedire qui potest quominus aliquis opprimatur per uim ab altero et non curat se opponere, non minus, imo plus Tirannus est, quam ille qui opprimit, s[ecundu]m legatos Corinth. ad Lacędęm. apud Thucyd. li. i car. 33. [illegible]

Imperator non potest minuere imperium, quia ad hoc creatur, ut ipsum augeat, ideoq[ue] augusti dicuntur. Sueto. in Aug. cap. 7. ibiq[ue] Beroal. at ideo galba reuocauit donationes Neronis. Sueto. in Gal. cap. XV. beneficia tn̄ concedere potest uide .s. in uer. Beneficia. et quod dictum est de Galba, uide melius apud Tac. lib. 17. car. 131.

Imperatoris necessaria uirtus est, hostium consilia scire, ac presagire: sed manus abstinentes habere, pulcherrimum, et ueri imperatoris munus est, s[ecundu]m Arist. ut ait plu. in eius ui. car. 144. cir. prin

Imperatorem pessimum dicitabat cato, qui sibiipsi imperare non posset: ut in eius apophth. Plu. car. 322.

Imperatoribus Romani decem legatos dabant: neminem tn̄ ex necessarijs Imperatoris ut ait M. Tull. quem refert Beroal. in Sueto. in Aug. cap. 23.

Imperator factus Macrinus obscurissimis parentibus ortus. Aegn. in Macrino c. 304. Aemilianus etiam. idem, car. 307.. probus. idē. car. 309. Diocletianus. idē. c. 310 Galerius armentarius. idem in Diocletiano et Constantio. Licinius ex Rusticis, et agrarijs hominibus fluxit idem in Licinio, car. 311. 312

Imperatore præsente aliquem pudoris causa percutiens impune ferre debet ꝗ. uer pudibund~ lib. 2.

Imperatoris est, audientiam cuilibet libenter præstare, ui. ꝗ. uer. Reprehensioni

Imperatoris est, nihil contra dignitatem suam coacte pati, exemplo Galbæ, i. que Xiphil. in eius uita, car. 528.

Imperatore sese ad arbitrium uictoris dedente, nunquid eius præfecti, et Duces qui nolunt uti beneficio illius deditionis, nihilominus eadem lege sint astricti, uide. ꝗ. lib. 2. in uer. Captiuus an iure.

cum Imperatore Interpretem epulari fas non esse omnes norunt, quanquam nullo magistratu inferiorem. tn̄ Iustinianus impr Braducam interpretem Isdigunnæ Cosrois persarum Regis legati una cum ipso legato mensæ suæ adhibuit. quod nunquam prius consuetum. procop. bel. pers. li. 2. p. 303

Imperium nihil aliud est, nisi cura salutis alienæ: bonique moderatoris est, restringere potestatem ex Marcell. lib. 29. p. 471

Imperij maiestas, salutis est tutela. Curt. car. 110. in fi. p. 1.

Imperium nullum esse tutum, nisi beneuolentia munitum sit. ut in uita Dionis apparet apud Aem. prob. car 180 p. 2 et quidam ex gymnosophistis Alexandro respondit, ita cum late imperaturum. et cum beneuolentia, si optimus et non terribilis esset. plu. in uita Alex. Mag. car. 308. p. 1. cir. fi.

Imperij boni nullum maius instrumentum, quam boni amici Helu prisc. ap. Tac. li. 20. c. 2

Imperio meliori animus mansuete obedientis esse debet. Liu. li 3. car. 73. cir. med.

Imperij iusti finis, utilitas, et salus obedientium æstimatur. Marcell li. 30 p. 430

Imperij cupiditate non bonus uir tenetur. sibi in grauium negotiorum curam exoptat 2 Gabinius apud Dion li 36. p. 8.

Imperiū Romanū. et Neapolitanum Unus et idem retinere non potest. ueteri prohibitione, ut Leo pont. Germanos admonebat, cùm Carolus .V. imperiū peteret, apud Arn. Ferr. in Fr.ᶜᵒ Vales. car. 70. D.

Ad Imperium sunt adoptandi non qui sunt propinquiores. sed qui potiores, more Galbę Imp. qui sibi adoptauit in successorem imperij Pisonem Licinianum nulla sibi propinquitate annexum. vide Tac. lib. 17. car. 2. et Neruę Imp. qui sibi adoptauit Traianum nulla cognationi sibi iunctū, cùm plures agnatos haberet. vide Dionē in eius uita. Alexander Magnus quęrentibus, cui relinqueret Regnum, respondit; ei qui esset optimus. Curt. lib. x. car. 150. p. 2. licet et fratrem haberet. et liberos.

Imperitare, diuinum quiddam est. plu in uita Alex. Magni car. 300. p. 2. post me. et Imperium fato dari, uide apud Dion. lib. 45. in prin.

Imperare malum est. eum sub quo nemini quippiam concessum sit, sed longe peius sub eo uiuere, sub quo maxime liceat. Fronto cos. apud Dion. in Nerua, car. i

Imperare non debemus alijs, quę nos facturi non essemus, ut calido commento Carthaginienses Elissę demonstrasse feruntur Just. li. 18. car. 82.

Imperia ac potentię omnes perfacile amittuntur, nisi per iustitiam, et prouidentiam, et industriam conseruentur. Totilas ap. Leon. Aret. de bel. Ital. adu. Goth. li. 3. p. 573.

2 Imperium seu Iurisdictionem sibi usurpantibus [illegible] tamen impune non paretur: immo parere non imperantibus ex lege, est amentia et insania. Dionys. Halic. li. xi. p. 437. in ore Vergini.

i Imperio magistratuum non obtemperans, licet per se illa faciat, quę in utilitatē Reip. fortuna uertat, nihilominus puniendus est, ut in filio suo seruauit Manlius apud Liu. Dec. i. li. 8. p. 197. et L. Papyrius dictator in Fabio uoluit, nisi populus preces suas interposuisset, ut apud eundē lib. 8. p. 210 [illegible]

Indefinita locutio, et precisa, indefinite debet intelligi. Certum ad diem in Campaniam redire classem Nero Imp. iusserat, non exceptis maris casibus. Ergo gubernatores quamvis saeviente pelago adnavigantes, Cumanis litoribus impacti, triremium plerasque, et minora navigia passim amiserunt. Tac. li. xv. car. 110. 9°

Index est, qui facinoris, cuius ipse est conscius, latebras indicat, impunitate proposita. Senatoria autem persona indicium facere non potest, salvis legibus. Beroal. in Tyb. ca. 73

∧ ~~vide~~ memorabile exemplum ~~[illegible]~~ cuiusdam [illegible] ubi tibi [illegible] qui a satellitibus inventus cum vagina vacua, in loco, ubi ~~[illegible]~~ cadaver adiecto erat [illegible] cultro in vulnere relicto, cui quidem vaginae optime cultrum illum respondebat: et tortus doloris impatiens, delictum quod non patrarat confessus, innocens capite fuit punitus. Joan. Bonifac. de furt. p. 151. nu. 30. ubi et de Palamede Nauplii Euboeae regis filio qui Ulyssis fraude, tamquam proditor lapidibus a Graecis obrutus fuit. de quo latius Calepin in ver. Palamed. [illegible]

Indicium homicidii ex eo contra quempiam ortum, quod eius ensis in occisi corpore adactus esse repertus fuerit: purgari potest ex iniqua suspicione (ut prius a [illegible] compertum est) propterea [illegible] de Laio, et stipatore quodam; de quibus plura in parall. cap. 62 et seq. ∧ et de Turno Herdonio parata fraude accusato a Tarquinio superbo, qui magnam gladiorum vim in Turni diversorium inferendam, eo inscio, curaverat; ut apud Liv. li. i dec. i. car. 25. in fi. et car. 26. et apud Dionys. Halic. lib. 4. p. 377. 378. 379.

et de Nerone qui abiecto clam iuxta L. Agerinum, cui erat impositus pugionem ut percussorem sibi subornatum arripi constringique iussit. Sueto. in eius vi. cap. 34. Tac. lib. 14. car. 2. 9° et quod Ammi. Marcell. de Palladio dicit tempore Valentis imp. lib. 29. p. 437 quod per eum immittebantur qui incantamenta quaedam anilia induerent inter scrutinia supellectilis addictorum [illegible] [illegible] concinnata.

Delphi quibusdam sacris operam dantibus insidiantes, in canistra, in quibus thus et placentae erant, clam sacras pecunias iniecerunt. unde hospites capti tamquam sacrilegi de saxo praecipitati fuerunt, et [illegible] puniti fuerunt eorum insidias [illegible]. Aelianus lib. xi. car. 64. [illegible] car. 4 [illegible] et ad [illegible] [illegible] Zacam in prop. [illegible] ... [illegible] b 2. 63 9 et 64

Iudicium cadaveris ad [illegible] aedium [illegible] inventi, etiam qui potuerit [illegible] eius inspectione [illegible] non multum est attendendum. quia fieri [illegible] eo qui alibi interfectus, eo delatum, et ad aliorum suspicionem [illegible] Antonius [illegible] dni [illegible] Barr. [illegible] in [illegible]

domus dormientem à sicarijs sub strato delitescentibus necandū curauit, et postea deferendū ad fores domus Dñi Antonij Nogarolę, ut ab eo crederetur interfectus, quia forte uoluisset stuprum eius uirgini filię, cum amore D. Bartolomeus tenebatur, inferre, uel à Spineta Malspina eius riuali ... apud Sarrinā li. 2 ... car. 41. ... Vnde etiam colligis nec fugę à Nogarola susceptę, nec riualitatis indiciū esse multum attendendum. Vide in uer. Furtiua ... lib. 2.

Indicium ex eo contra quempiam sumptum, quòd accusatus fugerit. (siquod tn̄ indiciū inde sumi potest) tollitur Alcibiadis apophtegmate, qui dixit, eum stultum esse, qui accusatus quum liceat fugere, quęrat absolui, et liberari. plu. in ei. apop. et patrię quidem plurimū credendum, nec autem discrimen ne matri quidem committendum. potest indicium ignorantia potisse, ut quis nigrum pro albo ferat ... in uita ... car. 50. in prin. Vide sup. prox. ... Antu Nogarolę qui quis innocens aufugerat

Indiciū innocentię animus non minimum censeri debet, si à iudice appellatus de crimine, non expauescat, securusq. sit; quod ex uultu eius conijcietur ut et Alexander in ... in prona philippi medici. Iust. li 3 car. 7.

Indicium ... non ... Haud incorruptę fidei esse ... Alexander ... magnum ultimū supplicium mereri iudicauit, qui in ca... Regis ... uideo reuixisset. ut ait Curt. car. 73. ... ubi de hac materia in persona philotę. et car. 8. p. 2. in prin. in ... Sisenis

Indicia prius audisse, et cognouisse ... de crimine ... quàm aliquis torqueatur, aut in suspicionem criminis deueniat et per indicia peruenire debemus à cognitione maleficij ... non autem a ... in suspicionem ... cata ... indiciorum et ... quia ... praepostere in aliquem conceptum non sinet ad ueritatis lucem inquirendam peruenire ... uirum illum de quo plu. in apoph. car. 4. cum à Dionysio talentū petijt in signum et ... quòd indicia insidiarum audiuit. ut et ...

Indicium unius improbi non sufficit ad subijciendum aliquem torturę nisi etc. uide. ... in uer. Reus nobilis. et in uer. Testimonio unius.

... delicti ... historia ... Viniti ... homicidij. et Vlpian ... ibid ...

... in iudicando ... possunt ... ut in exempl. ... Pietro Bembo in sua ... n° 8 ... fol 170.17.

ex Indiciis et suspicionibus non debet quis pati uim aliquam, quando sumus in atrocioribus; nisi ipsum[?] se indicet. uide in uer. [illegible] et apud [illegible] car. 114. p. 1. post med. [illegible]

~~ubi de Jacobo [illegible]~~

Indu[illegible] quidem eripere auferreque uetor. [illegible] prosiuor. inquit [illegible] Leon. [illegible]

A uidemus [illegible] pluribus grauari indiciis et tamen non esse culpabiles prout pariter uidemus [illegible] in facto contigit, [illegible] tortura confessum fuisse furtum de quo erat ualde indiciatus et tamen illud non commiserat prout [illegible] Ang. Rotier. [illegible] B

Infames apud Athenienses impune occidi poterant, qui scilicet per sententiam [illegible] iussi fuerant. Demosth. orat. 3. contra philippum

Mulier quaedam praua [illegible] minas terita, et confessa, damnata fuit, et tamen erat innocens [illegible] nostris temporibus [illegible], quod quidam occidit alium [illegible] et [illegible] fugit [illegible] amicus [illegible] [illegible] homicida [illegible] fuit liberatus; quia contrarium probauit. [illegible] tract. [illegible] car. 61. [illegible] in uer. delicti corpus. lib. 1. et 2.

de Inferis commenta sunt a Veteribus introducta ad plurimorum [illegible] ob eorum metum continendam. polyb. li. vi. p. 169. 170. ubi uid:

Infirmi facilius credunt, quam sani. uide [illegible] in uer. Juuenis.

Ingenium plus potest, quam uires. id eleganti documento milites suos docuit Sertorius apud plut. in eius uita, car. 228. p. 2. in prin.

Ingenia hominum, quae uiridiori aetate dura sunt cum annis mitescunt: quae ab initio uieta et mollia non maturescunt, sed putrescunt: sicut in pomis est uidere refert Sabell. apud Sueto. in Jul. Caes. cap. 84. nu. 60.

Injuria [illegible] multum [illegible] malitiam seruus non [illegible] pulchro documento nobis ostendit Just. lib. xviii. car. 80.

Ingrati usq adeo sunt quidam, ut non solū non referant gratiam, sed etiam, ne referant benefactores suos interficiant: sicuti fecit Muleasses Tunetanus Rex in fratres, affines, et amicos suos. Jo. i. hist. li. 33 car. 205. et 208. et ~~[illegible]~~ c. 209.

Ingratum aliquem et perfidum licet futurum suspicemur, non tn̄ ideo abstinere debemus, quin supplicem officiis amplectamur, et suscipiamus, moniti prudenti illo Solymanni dicto: quo Joannem Sepusiū pannoniæ Regem nolentem Peranū Petrum in gratiam recipere, tanq̄ fluxæ fidei hominem, et iterum ab se defecturum, ita corripuit. Quid tu igitur Joannes ad gloriam maius à Deo magno, si sapis, exoptare potes, quàm ut perenne à fide discedens, dum ingrati, atq̄ improbi nomen subit, generosæ clementiæ decus tibi relinquat? Joui. hist. li. 42. car. 426. et li. 28. car. 110. ubi omnino uideas.

Ingratos libertos et de quibus patroni quererentur, reuocauit Claudius princeps in seruitutem: aduocatis eorū negauit se aduersus libertos ipsorum ius dicturum. Sueto. in Claud. cap. 25.

Ingratitudo est grauissimum peccatum. quare Solym. Joanni Hungarorū Regi uehementer iratus, ut eum summæ contumeliæ nomine cumulati [illegible] ingratum appellauit. Joui. li. 39. car. 349. Hoc. n. crimen est in causa, ut homines odio mutuo se insectentur quammaxime. et ideo legibus persarum ne [illegible] agitarentur: et eum cognoscebant posse referre gratias, nec referre, in hunc seuerissime animaduertebant. quippe qui arbitrabantur, eos qui sint ingrati, et deos maxime in medium negligere, et parentes et patriā, et amicos. ingratitudinem uero imprudentia sequitur, quæ ad omnem turpitudinem maxima est dux. Xenoph. To. i. p. 5. 6. Quapropter Cesar pharnacem se purgantem, et gratiam eius quærentem quia Pompeio non erat opitulatus [illegible] ignobili suis actionibus postulantem, non modo nulla humanitate prosecutus est, sed id quoq̄ uitio ei dedit, quod impius in benefactorem suum fuisset Dio li. 42 in fi. Quod aut̄ de persis diximus, persequere et Marc. li. 23 p. 303

Ingratitudinem siquando uoluerimus alicui exprobrare, maxime si filio, uel alumno, uel simili poterimus dicere consimilem cum illa cani, de qua Just. eleganter fabulam narrat. li. 43. car. 194. uide ibi

Ingratitudinis miræ exemplum uide in Alexi contra Isaacum fratrem Imp. Constantinop. apud pau. Aem. in philip. Aug. p. 125.

Ingratitudinis exemplum maxime commemorandum edidit [illegible] Titius, qui seruatus à Mena Sexti pompei Liberto, benefactorem suum debellauit et occidit. Dio li. 48. p. 231.

Ingratitudinis erga uirtutem ultionem Dij non retardant. plu. in uita Camill. car. 72. p. 2. post med. uel potius in med.

Ingratitudinis nota, est satis magnum ingratorum supplicium, et pœna. Joui. hist. li. 28. car. 110. Dixeris maledicta cuncta, cum ingratum hominem dixeris, inquit Mimus ille publianus, in litª D. Vbi Interpres ait, Ingratitudo omnia uitia in se complectitur. et nullum conuitium potest dici contumeliosius. Ingratus unus miseris omnibus nocet, inquit idem publian Mimus in litª J.

Inimici ne nos offendant nostri, ne'ue impugnent, singulare remediu' erit, si quamplurimas ab eis pecunias mutuo sumamus, aut alias ad aliquid [illegible] pro [illegible] nos oblige[illegible], quod non nisi [illegible] nobis et [illegible] nostris [illegible], habere po[illegible] exemplo Eumenis, et quæ uide plu. in eius uita, car. 224. p. 1. ad med et [illegible] car ubi iucundissimus euentus.

Inimicis, et ijs, quibus obtrectauimus, fidem habere non debemus, ut multorum perni[cies] docet polyb. li. VIII. p. 581. 582.

Inimicorum odio et iura cognationis, et amicitiæ charitas abijcitur, ut in Triumuiris uidere licet apud plu. in uita Anton. car. 398. p. 1. ad med

Inimico fugienti pons argenteus [illegible], ne necessitas in desperat. [illegible] cum. apud Guicc. li. 2. car. 101

Inimicum unum qui sponte suscepit, multos inuitus [illegible]. p. Aemil in Clodou. 1. p. 7

cum Inimico in gratiam, nemo tuto redit, inquit Mimus publianus in litera C. uide et eundem in litª J. iratum, inquit, breuiter uites, inimicum diu. et ibi Inter. [illegible], de inimico reconciliato cauendum ex autoritate sapientis [illegible] et in litera L. [illegible] inquit [illegible] remedium inimici dolor. [illegible] inimicitias in gratiam redeunt multa [illegible] ac timoris [illegible] in [illegible] atque in uniuersum omnia tanquam coniuncto et [illegible] in parte [illegible] ad conceptum ante [illegible] ap[illegible] ponunt. Dion lib. 45. p. 169.

Inimicis, qui non [illegible], nec [illegible] suis [illegible] sum equidem pro viro non habeo, inquit Mar. ap. Dionys. Halic. li. viii. p. 102.

Inimicos à nobis victos laudari, nobis laudi est. ideoq. Severus imp. suadentibus [illegible] praefectis, ut eradendos curaret versus quosdam in laudem Nigri descriptos, [illegible] erad. dicens, si talis fuit, sciant omnes qualem vicerimus, si talis non fuit, putent omnes nos talem vicisse, etc. Spart. in Pescen. car. 256. p.

Inimicis conviciari non debemus [illegible] ver. Iniuria

Inimicis iniurias condonare debemus, si qui in nostram potestatem pervenerint; [illegible] Dionem fecisse legimus in Heraclidem. vide plu. in vita Dion. car. 353. p. 1. et Caesar, et Antonius, et Demetrius saepissime, ut in eo. vi. apud plu.

Inimicis nostris in adversa constitutis fortuna licet nocere possimus et paria reddere. tn laudi est ignoscere, et eis non insultare. sicut Aristides fecit, qui Themistocli adversis numquam insultavit. plu. in vi. [illegible] car. [illegible] p. 2. in prin. et vid. [illegible] Iniuria et Cato senatum ignominiam Metello infligere volentem sententia sua compescuit, licet ab ipso Metello gravissima iniuria fuisset affectus: ex quo magnam laudem est consecutus. plu. in Cato. iun. car. 337. p. 2.

Inimicis accusantibus non temere credendum est, sed [illegible] [illegible], ut [illegible] [illegible] [illegible], qui [illegible] tentare voluit, numquid vera sibi de [illegible] Aem. [illegible] in eadem vita car. 179 p. 2 circ prin. et [illegible] quidem Marcellus, cum esset consul, nihilominus querelas Siculorum à se devictorum, quas in se [illegible], audire voluit, et eis ipse respondere, et de eis à senatu decerni: quo facto magnam moderationis [illegible] gloriam [illegible]; imo [illegible] [illegible] contigisset provincia Sicilia, quo illi Siculi de se querebantur, [illegible] mutavit provinciam cum collega. Liv. dec. 3. li. 6. p. 408. post prin. cum tribus seqq.

[illegible] testi non creditur, etiam quod alias clarissimus vir sit. unde [illegible] Cic. pro M. Font. [illegible] 27. [illegible] testib. q. 53

Inimicitiæ, quas cum aliquo quis exercet, ne cum eius patre exercuit, efficiunt ut ei minus credatur, siquid adversus illum talem suadeat. ut Hanno dicit apud Liu. Dec. 3. li. i. p. 272. circ. fi.

Inimicitias nostras privatas bono publico post habere debemus, sicut Fabius fecit quum Papyrium inimicum suum ex S.C. dictatorem dixit, ut est apud Liu. Dec. i. li. 9. p. 230. in fi. et Volumnius consul, qui licet ab Appio diminueretur iniuriis et maledictis; tamen preces militum pertulit, qui ut maneret una cum Appio contra hostes, è reipub. maxime fore monebant ut idem Liu. ait Dec. i. li. x. p. 259. in fi. cum prin. seq.

Inimicitiarum privatarum oblivisci debet, qui ad magistratus ascendit; et eas Reip. condonare: sicuti magna sua laude fecit Tib. Sempronius Gracchus, qui urgentibus ceteris Trib. pl. et maxime Petiliis, P. et L. Scipionis: ipse, qui cum eis magnas exercebat inimicitias, intercessit pro eis, et adiuvit ut refert Liu. Dec. 4. li. viii. p. 685. in fi. cum seq. per prin. et per to. usque ad fi. Et li. ix. p. 2. in prin. idem ait, suas simultates pro magistratu exercere, boni exempli non esse. Et M. Aemilius Lepidus, et M. Fulvius Nobilior: qui Censores creati, postulantibus principibus senatus, inimicitias suas quas acerrime, et diutissime alter in alterum exercuerat; ne illæ nocerent Reip. finierunt, cum magna eorum laude. ut refert Liu. Dec. 4. li. x. p. 732. in fi. cum seq. et vide s. in ver. Iniuriæ.

Inimicitiæ quis acerbæ non debent sufficere ad condemnationem . . . . omnium magnatis ubi. di. Iacobo Francisci Foscari ducis Venetiæ filio.

Iniuria si principi inferatur à privatis aliquibus ex quopiam populo: ... siquid adversus ipsum privatim moliantur, principis interest, populum illū duntaxat verbis aut literis admonere, ut sese in privatos illos vindicet. siquid vero publicè in ipsum cōminatur, publica pęna, atque animadversioni populus ille plectēdus est. Philippus Maced. Rex apud polyb. li. 4. p. 304.

Iniurijs affectos non debet iudex, aut princeps negligere; sed pro viribus vindicare, si magistratum, aut principatum suum cum laude gerere, et securissime tueri velit. Theopompus in apoph. lac. plu. et iniurias privatas publicè ulcisceri, ... iniuria affectos, Romanus optimus mos erat, licet Teuca Illyriorum Regina contrarium observandum censeret. ut polyb. li. 2. p. 110 et vide ... in ver. Judices et magistr. et in ver. Judices propon. et Nausia in discur. li. 3. cap. 1.

Iniuriam alteri illatam, cuilibet de populo licebat ulcisci, lege Solonis: nam ... verberibus caesus, sive laesus alter, sive ei vis esset illata, permittebatur alteri cuiq. cui facultas et voluntas foret, rei nomen deferre, et iudicio iniuriā prosequi. assuefaciebat n. recte civis legumlator, veluti unius corporis incōmoda eque sentire, eisq. pariter angi. Huic legi consonare eius verba memorant. Rogatus ... quę civitas optimè habitaretur; illa, inquit in qua nulla affecti iniuria, non minus quàm affecti, reos peragunt et ulciscuntur eos, qui intulerunt. plu. in vi. Solo. cap. 34. p. 2. ad med. Alex. imp. cùm quandā amiculā affectam iniurijs a milite audisset exauthoratum cum militia, servum ei dedit, quod artifex carpentarius esset, ut eam pasceret. Lampr in eo cap. 137. q.° vid. ... prox. ver. Impedire.

Iniuriam qui aliquibus faciunt eorum ipsorum qui laeduntur, ... putamus, ... At Rempub. evertere, paucorumq. potentię constitutores, cōmunes hostes omnium eorum, quibus libertas cordi sit, me quidem autore iudicabuntur, inquit Demosth. in orat. de Rhod. lib. p. 84.

Iniuriam qui uni facit, multis minatur, inquit publianus Mimus lit. ..

Iniuriarum, et detrimenti quidquid infertur, iure in eos reijciunt, qui manibus iniustis priores in laedendo fuerunt. polyb. li. 9. p. 644.

Iniurię mutuę per tumultum factę, cùm non dolo malo, nec privatę rei causa commissum sit sed per contentionem de Rep. remitti debet mutuum, nec vocari in iudicium. ex ... p. Valerij publicola ap. Dionys. Hal. li. 6. p. 268

Iniuria ministri ad aliquem puta capiendum, missi facta, in eum qui misit, redit, apud Dionys. Halic. li. 7. p. 43.

Iniuriam qui propulsare potest, nec propulsat: lapidibus obruendus est. plu. in ap. ph. Cato. senio. Et obijcere sese improbis hominibus, propulsandę iniurię causa Theseus semper ratus est bonum uirum oportere. ut ait plu. in ei. ui. car. 2. p. 1 in f.

Iniuria prouocans aliquem si ab eo uerberetur, eu pugno cędatur merito, et iure cęsus haberi debet etiā si prouocans sit Regis Aulicus. ꝑ. uer. Regia manus in li. 2

Iniuriam quo quis iniustius accipit, eo in ulciscendo trocior est, Et inde qui absq ulla causa iniuriā inferūt alicui, omni industria quęrunt perdere ī uer arū. Cleon apud Thucyd. li. 3. car. 148.

Iniuria pressi ut mali uelint opprimentib. natura comparatum est. apud Dionys. Hali. lib. viii. p. 105. et pag. 118.

Iniuriarum maior, quam beneficiorum ratio a pleris habetur: nam irę quidem uel inuiti memoriam retinent, memoriam autem beneficiorum ultro proijciunt. hoc quidem ij uideri nolunt, qui tanq imbecilliores ab alijs sint adiuti: illud quia nolunt suspicionem timiditatis de se prębere, si quidem iniurias sibi illatas non ulciscantur. Dio lib. 46. p. 193. 194.

Iniurię uerbales uilium personarum facilius a Tyrannis feruntur, quam uirorum dignitate prestantium. ꝑ. uer. Vlcio.

Iniuria uerbales, sui comitum si cui fiat. is, in ea ulciscen[illegible], non quid inimicos audire primum curare [illegible]: sed quid ipsum dicere conueniat id est imperitissimi uiri nimi polyb. lib. xii. p. 738.

Iniurias non ulcisci, cum in tua potestate sit eas, quocunq modo uelis, ulcisci, maxime magnanimum est. idq ut faciamus Ezzelinus ipse uel superbissimus, et sęuissimus Tyrannus, nobis exemplū precessit: nam cum alapam ei impegisset coram Imperatore Federico, et uniuerso propę, ut ita dicam orbe, Iacobus Carinthiensis dum essent Manneę; gladioq nudato uoluisset interficere, nisi se multitudo interposuisset: tū [illegible] captus ab Ezzelino per uim, cum Agna castro in quo erat, et in carcere [illegible] cum multis alijs coniectus: cum nemo dubitaret quin sęuissima morte periturus esset: tū paulopost amicorum intercessione absq ullo supplicio dimissus fuit, omnibus re miraculo conspicientibus ita in lib. Ezzelini quarto uel. car. 47.

iunc. cap. 45. post me. illius uol. Si Ezzelinus ignouit iniurias tam acerbas quis non poterit ignoscere? Quis autem maius exemplum uellet adduci, quàm quod de Lycurgo in Alcandrum, qui ei immerenti oculum effoderat, tradit plu. in uita Lycur. cap. 3 p. 1 in fi. uide ipsius historiam in [illegible] et Pericles eum qui [illegible] ad noctem maledictis ipsum incesserat, à seruo suo, accepto lumine domum deduci, ac sibi iussit, ut refert plu. in ui. periclis cap. 1. in fi. vide. s. in uer. Inimicis nostris. et. j. in uer. Iniuriosis. lib. 2. vide de iniurijs obliuiscendis Beroal. refer. in Sueto. Vespas. cap. 14.

Iniurias quas aliquis; dum priuatus erat; licet iniustè; accepit, nunquam cum in magistratu sunt exercendæ: sed earum interim, qui eas accepit, dum est in magistratu, debet obliuisci. ideoque reprehenditur L. Posthumius Albinus qui [illegible] petit, à Liu. dec. 5. li. 2. in prin. ferè libri. et uide. s. in uer. Inimicitiarum priuatarum.

Iniuriarum magnarum magnæ à Dijs ultiones sunt. Herod. li. 2. p. 151. et uide. s. in uer. Dij.

Iniuriarum actio secundum Solonis legem quinquennij prescriptione excludebatur. Demosth. orat. pro Phorm. p. 57.

Iniusta petenti amico debet potius concedere princeps quanti id est, quod petit quantique aestimatur ab ipso petente: quàm illud, quod petit; ut paulo pauperior potius sit, quàm iniustior, exemplo Artaxerxis; de quo plu. in apopht. cap. 2. Vnde Themistocles ad Simonidem dixit, iudicium quoddam minus iustum efflagitantem neque illum esse bonum poetam posse, si prӕter numerum caneret, neque se bonum principem si prӕter legem iudicaret. plu. in eius apophthegm. et uide in uer. Amicis. s. Et iudex inter alienos constitutus, non debet irӕ indulgere, aut memoriӕ iniuriarum sibi factarum, nec eas audire, si tunc commemorentur quӕ tamen aptius ponerentur in uer. Iudex. Vide. j. in uer. Magistratus non debet. lib. 2.

Iniustitia eorum, qui tum cum maxime fraudant, id agunt, ut boni uideantur, est [illegible] lior, iuxta ueteris prudentis hominis dictum à Ludouico [illegible] laudatum. ut Aen. Ferr. in eius uita, car. 45. in prin.

Inquiri diligenter debet res, de qua nobis renunciatum est, antequam eam ad iudicem deferamus, ne quid incompertum deferendo ludibrio eum habere, uel nos ridiculi esse uideamur: aut etiam damnum aliquod patiamur. Itaque recte Sp. Papyrius, [illegible] et c. uid. Liu. Dec. i. lib. x. p. 263. post [illegible]. et ui. Cice. qui inuehitur ~~[illegible]~~ in Erucium, in orationum uol. i. Orat. 2. per to. et maxime car. 27. 28.

[illegible] inquisitus aut carceratus pro aliquo delicto quod quis aliàs fecerit, non sufficit ad hoc, ut inde dicatur criminosus, et similia fecisse nisi etiam fuerit condemnatus. sup in uer. accusatio.

Insidiator, uel in ara, necandus est. Agesil. in plu. apoph. lacon in calce [illegible]

Insidiantem uitae tuae interficiens non [illegible] [illegible] nihil [illegible] est [illegible] mortalibus spiritu charius: amore eius ad ultima es propulsus: ideo uel si Regem tuum interficias uideris ueniam mereri, ut ait Nabarzanes apud Curt. car. 67. in [illegible]

Insidiantium uitae Regis etiam propinqui lege Macedonum necabantur: [illegible] [illegible] obruti Curt. car. 80 p. i. licet Alexander eam [illegible] semper remiserit [illegible] sontium, ut ibidem, et car. 81. p. i. et 118. p. i. et 119. p. i.

Insidiarum alicui factarum siquem index conscium deprehendat: siquidem ei, cui insidiae tendebantur magno aliquo beneficio erat obligatus is qui erat conscius, morte eum plectere debet: sin autem minus, non quidem interficere; sed tamen in exilium mittere debet: tanquam uirtutis parum amicus ad eamque timidus is sit, qui [illegible] [illegible] fidem suam adhibeat; nec eos audeat in lucem efferendo [illegible] prodere. Hippocratidas in lacon. apoph. plu.

Intentio, in unaquaque re, hominis est intuenda. uide .S. in uer. Finis

Inuidi sunt Aulici. uide .S. in uer. Aulici

Inuidi illorum inprimis ingenia sunt, qui genus ac fortunam suam animo non aequant: quia uirtutem et bonum alienum oderunt: sicuti de Antiocho dicit Liu. Dec. 4. lib. v. p. 612. ante med. Hinc plu. in uita Scipio. Aphr. car. 2. in prin. inquit. ipse uero (de Scipione loquitur) collaudatis militibus quod de Resp. non desperassent, ante omnes L. Martium in precipuo honore habuit, ut ostenderet, virum, qui suis uirtutibus confideret, alterius gloriae non inuidere.

Inuidia, caeca est, nec quicquam aliud scit, quam detrectare uirtutes, corrumpere honores, ac praemia earum. Liu. in persona Gn. Manlij, Dec. 4. li. 8. p. 654. post prin.

Inuidia intacta media sunt, ad summa ferme tendit. Liu. Dec. v. li. v. pag. 824. int. prin. et med. Vell. pater. lib. 2. car. 130. Nunquam, inquit, eminentia inuidia carent. Nec non et Ouidius, De Remedio Amoris lib. 1. ad fi. pulchre decantat

Summa petit liuor: perflant altissima uenti
Summa petunt dextra fulmina missa Iouis

Inuidiam magnam plerunque praeclara facinora, et c. uide .S. in uer. Facinora.

Inuidi[illegible] et detrectatio superiorum, nisi suas opes augere, pessimam artem Liu. appellat. uide [illegible] in uer. [illegible] Hinc Ci. in orat. pro Sex. Roscio Am. car. 32 inquit is mihi uidetur amplissimus, qui sua uirtute in altiorem locum peruenit, non qui ascendit per alterius incommodum et calamitatem. et solent aulici praesertim [illegible] criminibus apud principes materiam crescendi quaerere; ut [illegible] apud Liu. Dec. 4. li. v. p. 602. ante med. Est etiam hoc inuidis commune ut quibuscum laude certare non possunt ipsi, eos alijs deteriores [illegible] demonstrare conentur. plu. in ui. pelop. car. 9. in prin.

Inuidia, est ab initio ingenita hominibus. Herod. lib. 3. p. 223

Inuidia prerogatiuis [illegible], omnium maxime [illegible] est. [illegible] 624.

Inuidia contra [illegible] est, et in quoque contra suum aemulum. Thucyd. in pericus oro funebri, li. 2. car. 96. n°.

Inuidet ciuis [illegible] in [illegible] rebus, eumque [illegible] odit: ac [illegible] teni, ciuis [illegible] [illegible] putat optima, nisi singulari [illegible] praedi[illegible], quales pauci sunt. [illegible] autem [illegible] [illegible] fortuna utentes [illegible] eique consultanti optime consulit. Herod. li. 7. ad finem, in persona Xerxis

Inuidia est inter uicinos eiusdem artificij professores. Unde illud, inuidet figulus figulo, Faber fabro. Beroal. in Apul. Asino li. 1 car. 3 n°. Inuidia mouit Daedalum ad interficiendum Talum puerum ex sorore filium et discipulum suum, in arte iam ipsum magistrum superantem, cum existimaret turpe esse, magistrum ab adolescente gloria uinci. Diod. li. v. p. 385. Tenages Rhodius à fratribus ob inuidiam occisus fuit. Diod. Sic. li. vi. p. 453.

Inuidia est inuidorum tormentum; et inuidos homines nihil aliud, quàm ipsorum esse tormenta, dixit Alexander mag. apud Curt. car. 121. p. 2. et perniciesque: nam quibus socijs, et adiutoribus uti licet, eos aemulos et aduersarios in uirtute sibi faciunt. Plu. in uita Lysan. car. 191. in prin. et inuidiae (inquit Plu. in uita Euage. in prin.) hoc solum boni adest, quod maximum malum inuidis afferre solet

Inuidiae, siue humani doloris ex alienis commodis unicum est remedium, si non amplius aliena bona putemus, quibus inuidemus, sed nobis communia, inquit Tullus Rex ad Suffetium, apud Dionys. Halic. li. 3. p. 230.

Ira et libido uindictę impellit homines ad quęlibet audenda etiā cum certissimo uitę periculo. exemplum. ſ. uer. Serui licet. et ſ. lib. 2. uer. Iniurias nob. et uer. Maledictis nonnulli. ~~nam~~ Ira et furore accensi parum utuntur ratione apud Thucyd. li. 1. car. 79. 80. Archidamus.

Ira et spes. fallaces autores [illegible] à M. Valerio Coruo. ap. Liu. Dec. 1. l. 7. prope fi.

per Iram dicta non sunt attendenda. Seuerus sępe minabatur occidere filium suum Antoninum ipsi insidiantem, et conatum ei necem afferre, et tñ nihil unquam ei nocuit. Dion in Seuero. p. 601. 602. Vide tex. in l. quicquid calore. ff de reg. iu. et ibi Philip. Dec. et Cagno.

Irasceri à furioso, tempore solum distat. Vnde illud ira breuis furor. plu. in apopht. Cat. quod prodesse potest ad eius qualécunque purgationem, qui quidem iratus aliquod scelus perpetrarit: si dixerimus, quod quemadmodum furioso ignoscitur, siquid deliquerit: ita etiam ei, qui ira concitur aliqd committe, tanquam et ipsi tunc in furore uersanti, fore ignoscendum. Sed tñ ut idem plu. innuit in comp. Rom. et Thes. p. 1. ante fi. ira concitata, siue impetus animi. et furor quem non excusat à culpa; sed principium ad iram impellens, sic; ut is magis excusetur, qui maiori causa, ueluti uulnere grauiore accepto, à uirtute desciuit. idem in ui. Solo. car. 35. p. 1. post med. ait nusquam iram continere, imperiti et [illegible] atque intemperantis ubique uero. difficillimum, quibusdam etiam impossibile esse uidetur. quare aliqui excusabatur Solonis lege, qui pre ira in aliquem maledicta congessisset. uide ſ. in uer. Maledictis. lib. 2. et in uer. Legibus.

Irę tempus interponere debemus, priusquam ad aliquid agendū properemus, et locum pęnitentię, aut regressum ab ira relinquere. Liu. hoc monet sua historia, dum multitudinis Syracusanę insanam crudelitatem, et statim pęnitentiā, enarrat. Dec 3 li. 4 p 379 et Plato in seruulos quid[am] [illegible], dum iratus erat, uerberare noluit. uide plu. in ei ui c 446 p 2 [illegible] Athenodorum philosophus cum uideret Octauianū Augustū ad iracundiā facile commoueri ne asperū aliquid loqueretur ex quo postea pęnitentia subsecutura esset. eum monuit ut ubi irasci cępisset, quatuor et uiginti grecas literas memoria recenseret, ut illa concitatio, quę momentanea est ac breuis furor, alio traducta parui temporis interiectu languisceret: quod et alij Augustum imitati non sine fruge factitarūt. Pier. Valer. Hierogl. lib. 47. in fi. Cùm Augustus Corneliū quendam de uita uxoris accusaret, irę in Senatum respondisset se de uoluntate eo [illegible] Cęsaris eam duxisse, ira [illegible] [illegible] [illegible] statim exiliit è senatu, ac paulo post reuersus: Malui, inqt ad amicos, hoc facere, quamuis rectum nō fuerit, quàm hic manere, coactus [illegible] aliquod committere. Dio. [illegible] in Augu. p. 485.

Iracundiam, esse ulcus animi diuturnum, interdum perpetuum, prudentes definiunt. nasci ex mentis mollitie consuetum, id asserentes [illegible] quod iracundiores sint inualentibus languidi, et feminae maribus, et iuuenibus senes, et felicibus aerumnosi. Marcell. lib. 27. p. 384

Iracundiae, si implacabiles sunt, summa est acerbitas: sin autem exorabiles summa leuitas que tamen ut in malis, acerbitati anteponenda est. Marcell. lib. 28. p. 406

Iracundia probi hominis est grauissima, inquit Mimus in [illegible] in lr. i.
Vbi Interpres, Vir bonus, inquit, ut tardior est ad iram, ita grauius irascitur, si uicta sit illius bonitas.
Homo extra corpus est suum, cum irascitur, inquit publius in Mimis suis, in lr. H

Irridendi solum ij sunt, qui uicti cedunt, atque [illegible] [illegible] perturbantur. sicuti Diogenes existimauit, qui quodam ad eum dicente, hi te irrident: at ego [illegible], minime irrideor. plu. in uita Fab. Max. car. 39. p. 2. post prin.

Italia, cum opus erat, conficiebat armatorum septies centena millia peditum, equitum ad septuaginta millia. polyb. lib. 2 p. 126 cum seq.

Iudaeos Regni sui, Christi fidem agnoscere coegit Sisebutus visigottorum Rex, et deinde Dagobertus. i. Francorum Rex. uide p. Aem. in ci. ui car. 21. c. d. E. Sed Basilius [illegible] imp. Orientis persuasit iudaeis, ut uiuifica Baptismi aqua initiarentur: Et postea Leo eius filius, quod sequi eorum a Christianorum ritibus defectioni facta, ad Iudaeorum mores et placita reuerti deprehendatur, secundum leges a [illegible] latas poenas luerent. Leo imp. constit. 55.

Iudaeorum faetentium et tumultuantium saepe taedio percitus Marcus Ant. imp. dolenter dicitur exclamasse, o Marcomanni, o Quadi, o Sarmatae, tandem alios inquietiores uobis inueni. Marcell. l. 21. p. 244.

Iudaeorum crudelitatem, qua $\overline{450}^{m}$ hominum interimere uide ap. Dion. in Trai. ad fi. vbi lege lata uetabantur in Insulam Cyprum accedere sub poena capitali propterea quod $\overline{250}^{m}$ capita ex eis morte affecerant

Iudex alteram aurem seruare debet Reo incorruptam. uide .s. in uer. Reo. et uide Ariostū, cantu xviii. inc. Magnanimo Signor ogni uostro atto, in prin.

Iniuste aliquid Iudices, etiam si Rex imperet, iudicare non debent: in idq Regis Aegyptiorū ex sua ipsorum lege, iudices adiurabant. plu. in apopht. car. 3. in 2. par. tanq uerisimile sit, id ipsum imperare, quia ignoret contra legem esse; non imperaturus, siquidem sciret; ut uideri uoluit Antiochus tertius, dum ad ciuitates suas scripsit; siquidem contra leges facere iusserit, ne sibi tanq ignaro, parerent. plu. in eius apophteg. vide etiam .l. si uindicare. C. de pęnis

Iudices non iuste faciunt, nec iuste laudantur; si in improbos quoq mites existunt. Archidamidas in apoph. Lacon. plu. et eousq mites esse decet, dum contempti non sint. Cleomines Anax. car. 2. p. i. eo. li. plu.

Iudices non debent sanguinis sui rationem ducere, quin puniant iniurias illatas alijs à suis consanguineis. quare Marij iudiciū de Trebonio adolescente ualde laudatur. uide .s. in uer. sodomia

Iudices propinquos suos, si deliquerint, ita debent punire, sicut extraneos; nec eorū gratia, precibusue moueri debent: aliàs eorum pęnam in se uertent. et ideo si sponsi aliquid in ipsos iudic. patrarint, non punientur. sicut nec Romulus Laurentes plectendos censuit, qui Titum Tatium negligentem iniurias ab ipsius propinquis, Laurentibus legatis illatas; necarunt. Liu. dec. i. li. i. p. 8. et plu. in ui. Rom. car. 13. p. i. post prin. debent ergo facere, quod Iunius Brutus, primus consul fecit in vxoris suę fratres Vitellios, et in filios suosmet, quum patriam Tarquinio prodere conarentur: nam omnes nudatos uirgis cędi, et securi percuti iussit. plu. in uita publicolę, car. 39. p. i. Liu. lib. 2. dec. i. car. 32. Dionys. Halic. lib. v. p. 428. quodq Manlius in filium suum ut apud Liu. dec. i. lib. viii. p. 197. et Q. Fuluius Flaccus Censor fratrem germanum suum L Fuluium de senatu eiecit, quia dignus forte senatorio gradu non uidebatur. Liu. dec. v. l. i. p. 749. ante med.

Iudicis leni et considerati proprium est, cum parcere liceatq possit, ignoscendi quęrere causas, non puniendi. Ammian. ex Cicerone lib. xx. p. 179.

Iudex quis in causa propria esse non debet. Traianus imp. siqui aduersus se coniurassent, eos cognitioni senatui delegata puniri uoluit. Dion in eius ui. c. 7. q.º

Iudices in dubio, Reis fauere debent. s. eo. ~~uer.~~ Reis in pari causa.

Judex quis, et accusator idem esse non potest in eadem causa. quare cum Scipio minor C. Licinium prætereuntem uidisset; istum, inquit, hominem ego peierasse scio. sed quum illum nemo accuset, non possum ipse et accusator esse, et iudex ita refert plu. in apophteg. Scip. mi. quod et iuridicum est, iuxta illud iudex debet iudicare secundum allegata, et probata, non aut. secundum conscientiam propriam. cap. de manifesta, maxime in fi. et cap. Deus omnipotens, cau. 2. q. 1. et per to. illam q.

Judices integri esse debent, et præter solam ueritatem inspicere, et propterea apud Aegyptios principes iudicum aurea catena signum uarijs ornatum lapidibus à collo suspensum gestabant; quod appellabatur veritatem. Vide Diod. Sic. rer. antiq. li. 2. p. 66. et 99. et clarius Pier. Valer. Hierogl. li. 41. p. 301.

Judex inter aliquos constitutus, non debet iræ indulgere, aut meminisse iniuriarum sibi factarum, nec eas audire, si tunc commemorentur. Vid. J. in uer. Magistratus non debet. lib. 2.

Judex non debet in suam rem litem uertere, et sibi controuersiosam rem adiudicare etiamsi maxime possit ostendi, si ad iudicem alium caveat, suam .i. iudicis ipsius esse. ideo populo Romano magnum dedecus iniustum est, cum iudex assumptus inter Aricinos, et Ardeates de ambiguo agro, ipsum agrum sibi adiudicarunt. Liu. in fi. li. 3. Dec. 1. facit, quod no. in uer. Magistratus non debet. J. li. 2.

Q. Fabius Labeo arbiter Nolanis, et Neapolitanis datus de finibus à Senatu, agrum de quo lis erat, adiudicauit populo R. Cicero li. 1. offic. car. 7. Fuluius Vrsi. Famil. Rom. car. 93. Vbi de Fabia familia.

Judices debent iudicare secundum allegata, et probata, non autem secundum conscientiam. Vnde Artoxerxes, licet ipse uidisset, Darium filium in se irruentem cum coniuratis, sui necandi causa, tamen eum accusari ab alijs uoluit, et ab alijs ferri sententiam et condemnari plu. in uita Artox. car. 416. p. 1. per to. Vide in lib. 1. annot. legalium, in uer. Judex debet Q.

Judex qui uel iniquam sententiam per socordiam tulit non potest eam rescindere et mutare nec etiam incontinenti. sed litis aestimationem ei qui passus est iniuriam ab ipso persoluere debet. ita Philippus Rex Maced. de quo in eius apophteg. plu.

Et Cæsar cum iussisset Catonem in carcerem duci, et statim pœnituisset, rogauit Tribunum pl. secreto ut ei opem ferret et impediret Catonem in carcerem duci. quem cum nemo putaret, ipsum suum uerbum reuocare. plu. in ui. Cæs. car. 313 p. 1. in fi.

Judices pueri Claudius imp. palam, et aperte damnauit. stultis quasi negligentes, indulsit. Treu. poll. in Claudio, car. 191.

sub. Judice suspecto non est quis cogendus litigare. v. uer. Suspectus

Judices et magistratus, qui iniuriam propulsare possunt, nec propulsant: idest et prouidere ne fiat, et factam uindicare: lapidibus obruendos censebat Cato senior, ut in eius apophtheg. scribit Plu. et uide. s. in uer. Judices propinq et in uer Iniurijs. Et ne Judices contemnant ulcisci illatas cuiq iniurias, moneri poterunt Philippi Macedonum Regis exemplo, et nece; qui a Pausania, quod iniuriam sibi ab Attalo illatam neglexit uindicare, necatus fuit. ut considerat Machia. li. 2. cap. xxviii. in discurs.

Judicandae sunt res ipsae, quae deuoluuntur ad cognitionem et iudicium nostrum, non autem nomina, aut corpora accusatorum aut litigantium, ut Cassius Clena Senator ad Seuerum dixit, Dion in Seuero, p. 588.

Judicium autufugiens iudicium praebet, se cognoscere iniustam causam fouere. ita de Marco Volscio iudicium falsi testimonij captum tradit Liu. lib. 3. car. 71. Qui uero iudicium non patitur de se fieri, sed per uim prohibet sententiam ferri, uel quocunq modo rem turbat contra remp. pernicioso exemplo [illegible] uidetur et ideo in exilium agendus, et ei aqua igniq interdicendum est. uide. s. in uer. publicanorum

Judicium petenti [illegible], si alium iudicem sibi a superiore postulat dari non est [illegible] remittendus: Unde cum contrarium seruaret Valentinianus imp reprehenditur a Marcellino lib. 27. p. 385

Judicia solis Senatoribus, equitibusq mandauit Caesar, ut ea quam iustissime fierent. cum ante hic quoq in dicendo iure nonnulli plebeij assuissent. Dio lib. 43. p. 190. uer. leges a Caesare

Judiciũ ubi de multis simul faciendũ sit, quorum sit diversa causa, de singulis separatim perpendendũ est: deinde pro merito cuiusq statuendum. Liv. Dec. i. li. 2. p. 201. ante et Dec. 3. li. v. prope fi. pag. 393. in prin.

Judicia non esse domi, sed in foro instituenda: tamen consanguineorũ causę sunt agendę, iudicavit Antigonus in fratris sui causa: idest in iure in omnibus nulla personarum habita differentia, equaliter esse servandam. plu. in eius apophth. quod est verum si cum extraneis contentio sit: secus si inter ipsos consanguineos, quia tunc domi iudicia finienda sunt. quemadmodum singulari modestię exemplo fecerunt Xerxes et Artabazanes in regni sortitione, patruo Artapherne iudice electo et eius sententia lęto animo accepta, licet alterum regno privarit Just. li 2. cap. 10.

Juramentum. vide in uer. Jusiurandum.

Jurisdictio, sive honor iuris et gladij non est uendendus. vide. s. uer. potestatum, et. s. uer. Honores.

Jurisdictionem sibi usurpanti ultra tempus lege prefinitum, non est parendum s. uer. Imperium.

Jus civile prius repositum in penetralibus pontificum C. Flavius scriba primus evulgavit. ut ait Liv. Dec. i. lib. ix. in fi. et vide Bud. in ann. pri. in uer. lege agere

Jus non exoletis uetustate annalium exemplis stare, sed recentissimis cuiusq consuetudinis usu, dicebat L. Licinius pretor: apud Liv. Dec. 3. lib. 7. p. 426 post prin.

Jura non solũ civibus, sed etiã hostibus reddere, magnificum est. Beroal. ex plin. in Sueto. Aug. cap. 33. in prin.

Jus et iustitia quibuscumque opibus preferri debet. ut Lycurgus pio exemplo nos docuit, quum Charilao filio fratris posthumo, qui in regnum succedere debebat; quamvis

ipsemet iam successisset, priusq illa nasceretur: idq retinere facile posset: tn denique regnum restituit ubi primu adoleuit. Iust. li 2. car. 21. ur fi p.

et Athiniensiu ciuitas consilium Themistoclis aspernata dicitur quod licet utilissimum assereret Aristides tn aiebat iniustissimum esse. plu. in uita Aristid. car. 143 p. 2. in prin. Lysander tn iustitiam ex utilitate estimabat et comodis ut honestate utebatur. plu. in ei. ui. car. 187. p. 2. ante med.

est autem iustitia omnium uirtutum prima, et ille maior est princeps, et Rex, qui iustior est: non autem qui fortior, aut opulentior. ut censuit Agesilaus, de quo uide omnino plu. in eius ui. car. 274. p. 1. in fi. et s. in uer. Iustitie et iustus. et s. lib. 2. in uer. Iustitie

Ius non est gratie tribuendum siue amicum. i. propter amicitiam non est recedendum a iure ita ut propter eam alteri fiat iniuria, seue alterius iniuria negligatur. ita senatus Romanus Gulusse respondit, ut est apud Liu. Dec. v li. 2. p. 759. statim post prin. Quare Simonidi preter equum quiddam postulanti; neq tu, inquit Themistocles, bonus poeta esses, si modos et numeros in carmine contemneres. nec ipse bonus pretor si gratiam cuiusq legibus anteferrem. plu. in uita Themist car. 2. p. 2. post med. et ideo Aristides nemini nimis intrinsecum, et potentem amicitie gradum tribuebat, ne ducere in Reip. muneribus et gubernaculis illa preti amici peccandi licentiam usurparet uide plu. in ui. Aristid. car. 1. in fi. Brutus quoq L. pallam ciuem Rom. militem sibi fidum, sardianis furti ipsum criminantibus publice damnans ipsum infamem censuit. a quo tn Bruto dissentiebat Cassius. uide plu. in uita Bruti, car. 361. p. 1.

Ius a ueritate sepe nimis laborare aiunt, extingui nunq. Liu. in persona Q. Fabij Max. Dec. 3 li. 2 p. 712. in fi. idest meritum et premium, uel etiam pena cuiusq sepe non solum differuntur sed etiam prepostere uertuntur. et qui premio dignus esset: uel pena uel ignominia. qui uero pena dignus; uel premio, uel laud. afficitur: dum rei ueritas est in occulto. nec cognoscitur: tn cum tandem dies ueritatem aperit, que semper tandem emergit; unusquisq, quod meritus est, refert. et hoc est, ius a ueritate laborare, sed non extingui. cum ius cuiusq

propter ignorantiã ueritatis, ei non prestatur, quod tñ postea ueritate prodeunte in lucem uel à Dijs, uel ab hominibus recipit: nec unq̃ non condigni affectu abit ut contigit eidem Fab. Max. ut est uidere apud eundẽ Liu. p. 300. post med. cum seq. per to. et 306. cum seqq. duabus. ita. n. laborat à ueritate. i. propter ueritatem non cognitam suspicionero: quia differtur, sed non extinguitur quia cum ueritas cognoscitur, ius tribuitur quandoq̃. uide prouer. Eras. in uer. Veritatem.

Ius alijs neminem recte dicere, Epictetus stoicus aiebat, nisi qui iudex prius ipse in semet fuerit. ut refert Ang. polit. Tomo tertio. pag. 147. in sermone pro pretore Florentino ad eq̃. idest nemo potest inspicere quid iuris in alium statuat: nisi considerit, remota omni affectioni, quid ipsimet in sua causa fiendum cuperet, si talis usus contingeret sibi, ab alijs iudicandus.

Iusiurandum, et sacramentum hoc differre uidentur, quod sacramentum est uoluntarium inter nos fedus iuramento firmatum: iusiurandum autem, quod legitime fit; idest ex quo obligatio solenniter et legitima iurisiurandi adactione contrahitur. ita ex Liu. colligitur dec. 3. li. 2. p. 311. in fi. licet fermè semper conuertantur

Iusiurandum homini libero tormenti genus quoddam est: nam ingenuus homo et probe torquetur animo propter timorem ne aliquo modo uel per errorem uel per obliuionem in periurium incidendo, uel iusiurandum aliqua ratione uiolando: deu͂ offendat et ideo apud Rom. Flamini diali iurare non licebat. nam Flaminis non corpus tantum sed et animum intactum, et inuiolatum esse oportebat. plu. in probl. car. 44; quare clinias pythagoricus, cum ei per iuramentum multam trium talentorũ uitare liceret iniuriam pati maluit quàm iurare. de hoc. et etiam alijs in hac materiã, uide Alc. parerg. li. viii cap. 2. car. 446. et seq. quod autem Flamen Dialis non iuraret, testatur Liu. dec. 4. li. 1. in fi. ubi tñ dicit, quod siquem arbitratu consulum dedisset, qui pro eo iuraret, perinde fuisse ac si ipse iurasset. To. m̃ Ro. L. quintium à Catone censore è senatu motum, cum ad po appellasset. et cum Cato ad iusiurandum reuocaret, tergiuer autem. sontem iudicauit et iustas dedisse pœnas [illegible]. Plu. in uita Cato. car. 149. p. 1. post med.

¶ Iusiurandum etiam à pueris praestitũ seruari debere duxit Hamilcar cũ Annibaum filiũ nouem annos natum iureiurando astrinxit, nunq̃ eum in amicitia cum Romanis futurum: aliàs .n. cur iussisset iurare? de hoc Aem. prob. in ui. Annib. car. 200. p. 2. in prin. et polyb. li. 3. p. 163. et Liu. Dec. 3. li. 1. in prin. et Dec. 4. li. v. p. 602. post prin. et plu. in ui. Annib. cir. prin. nam iusiurandum uiolans, Deum [illegible] plu. in uita Lysan. car. 187. p. 2. post med. Seuerus tñ imp. iusiurandũ fallere non dubitabat, si ita usus posceret. Herodia. li. 2. in fi.

¶ Iuramenta quidam flocci faciunt, sicut M. Antonius apud Dio. li. 46. p. 230. uer. Antonij perfidia in pompeiũ. et Otho Vicecomes archiepũs Mediolan. apud Ioui. in eius ui. p. 31. erga Turrianos, quos sub pacis et foederis cum eis icti et iuramento facti cõditione deceptos et inductos ad captiuos Mediolanenses dimittendos quos magno numero et magna quidem auctoritate pollentes habebant uti praelio capti in pag. 30. mox omnibus promissis fraudauit securitatem imperij fide et iureiurando potiorem habens. Cosroes persarũ Rex commodi gratia omnia [illegible] ac eadem iureiurando firmare pauloq̃ post irritare et aliò uertere paratus erat. procop. de bel. pers. li. 2. p. 281. Seuerus imp. iurauit, se non in urum interfici aliquem senatorem. et tñ paulo post interfecit. Vide ĩ uer. Senatorem. et iureiurando firmatam fidem à potestatibus contemni uideo inquit ad plebẽ L. Iunius Brutus apud Dionys. Halic. antiq. Ro. li. 6. p. 398. ĩ uer Sacramentum.

¶ Iurare solent homines facinorosi se non patrasse scelera, quae tñ patrarunt. Macrinus imp. cum ad senatũ scriberet de morte Antonini caracallae excusauit se iurans de illius morte nescisse [illegible], [illegible] sue morte hominũ [illegible] iunxit periurium. Capit. in eius uita, car. 91. q.

¶ Iurare pro alio quis potest, ueluti siquis iuret me seruaturum leges me iubente; quia sez non possim aliqua de causa: ut legitur factum ap. Liu. Dec. 4. li. 1. in p.

¶ Iuramentum prius, est seruandum potius q̃ secundum ei contrariũ sm Carolum VIII. apud Guicc. li. 2. car. 98.

¶ Iusiurandũ [illegible] homini, qui ex iusta causa superueniente uult contrauenire. Sueto. quidem inter bene gesta Tiberij numerat et hoc: [illegible] Equiti Romano iuris iurandi gratiam [illegible] in stupro [illegible] repertã dimitteret, quam se nunq̃ repudiaturũ antè iurauerat. cap. xxxv

Iusiurandū interpositū super pacto iniusto non est servandum ut C. Claudius ait apud Dionys. Halic. lib. xi. p. 391. pactiones iniquas, [illegible] arcanas, fidemq; dedisti, sponsores faciens deos, servatas eas putato impias, ut adversus cives et patriam, at solutas pias fore. Dei n. se ad pulchros iustosq; consensus adhiberi gaudent, non ad turpes et iniustos

Iureiurando praestito de arcano sibi commisso non divulgando: non constringimur quo ad ea celanda, quae magnum aliquod scelus secum trahunt, nisi arcani proditor [illegible] Curt. in persona Nicomachi, car. 92. cir. prin.

Iureiurando promissa, et constituta transgrediens Lysandri apoph. se tueri poterit, qui quum de hoc accusaretur, dixit, pueros quidē talis decipere oportere, sed viros iureiurando plu. in apophthег. Lacon. Lysan. et idem plu. in vita Lysan. car. 187. p. 2. post med. Lysandri autē dictum (quamvis dictu improbum, et re vera tyrannicum sit) comprobatū fuit per Theodatum Gothum contra Amalassunthā Reginam, ut apud Procop. de bello Goth. li. i. p. x. Unde et apud Gelliū lib. xvi. Laberius faceti quid est iusiurandum inquit [illegible] emplastrum aeris alieni. quia [illegible] cum ulterius non quaeratur, quàm an iuratum sit, qui pravus est, licet iurare debeat, tū iurando e non debere, dum creditor iusiurandum defert [illegible] [illegible] [illegible] nem. Alex. parerg. lib. viii. cap. 2. car. 446.

Iusiurandum violanti, ultores deos experitur. sicut Cleomeni iusiurandū [illegible] cavillanti contigisse tradit plu. in apoph. Lacon. in ver. Cleomenes Anax. qui [illegible] in furorem [illegible] seipsum crudelissime discerpsit. Non decet [illegible] cavillando, et interpretando sibi quisq iusiurandum, et leges aptas facere [illegible] ad commodū nostrum, et usum trahere per [illegible] et [illegible] interpretati[illegible], sed nostros potius mores ad ea accomodare; ut fecit plebs Romana apud Liv. li. 3. Dec. i. p. 69 [illegible] et de [illegible] Romanis Dec. 3 lib. 2. in fi. et li. 4. pag. 355. post prin. [illegible] li. [illegible] p. 572 in fi. contra [illegible] fecit [illegible] qui cum iurasset non [illegible] [illegible] [illegible] Mithridatem Regem Armeniae nec ferro nec veneno ipsum in terram proiectum, [illegible] super iniecta necavit. Tac. li. 12 car. 8. [illegible]

Justitia quomodo figuretur à Junioribus, et quo item modo à [illegible] [illegible]tur vide pier. Valer. Hierogl. li. 42. p. 315.

Justitia uirtutes omnes complecti[tur]. Vide pulchram orationem de iustitia factam ab Aegidio Romano Theologo ad Philippum pulchrum Franciæ Regem ap. pau. Aem. lib. viii. in prin. Vbi concludit nullam uirtutem absque iustitia perfectam esse. et quærit, vnde sit quòd

Justi cognomen nullus dum Regum, nullus illorum imperatorum, qui rerum po[titi] sūt, ad hanc diem promeruerit: Et quosdam credere ait, illud esse, quia iustus nomen maiori alijs, quàm sibi, usui sit.

Justitia se habet ad hominem iustum, sicut oleum ad corpus, cui adhibetur. nam sicuti nihil oleo, si corporibus exterius admoueatur, salutarius: si interius, nihil perniciosius est. sic iusti cæteris omnibus emolumento sunt; sibi ac suis facultatibus per incuriam detrimento. ideo Aristides, eam domorum perniciem, et mendicitatis parentem appellauit, cæterisque potius, quàm ijs, in quibus esset commodari putauit. plu. in compar. Aristid. ad cato. car. i. p. 2

Justi[tiæ], [quoque] titulus inuidiosus in Aristide fuit. Aem. prob. [auctor] est in eius uita, car. 156. quia se cupide elaborauit, ut præter cæteros iustus appellaretur. vide plu. in eius uita. car. 139. p. i. circa prin. usque ad med. et abinde: vbi etiam ponuntur [illegible] [illegible], et quod iustitia illa [e]st, qua [illegible] uirtutem [illegible] [illegible] ampliorem, et singulariorem uide ib. car. pro[ce]. ad fi. Inuident iustis [illegible] et uicentes uiri: populi autem [illegible] [illegible]. ut apud plu. ibi. imo nulla uirtus est, quæ magis inuidiam contrahat quàm iustitia: quam tamen populi et fide, et amore maxime prose[q]uuntur: et [illegible] ad potentiam [illegible]. neque enim in honore dumtaxat habent iustos. quem ad modum fortes. neque admirantur, quemadmodum sapientes: uerumetiam amant, atque eis confidunt.

Justus autem esse quiuis potest: prudens, et fortis non potest: et ideo improbum [illegible], et iniuriosum, inexcusabile maxime uitium est. plu. in ui. cato. iun. car. 340 p. i. in fi. cum p. seq. et qui iustior est, melior quoque dicitur esse et superior. plu. in uita dion. car. 353. p. i. ad med. ubi dion[illegible]. et quò quis iustius se gerit in quaque re, tantò maiorem utilitatem consequitur. Thucyd. li. i car. 22. [illegible] in Corin. orat

Justum id omne censebat, iniustus, quod armis potentior contra infirmiorē decreuisset. Dion lib. 49. p. 254.

Iuste potest aliquid esse factum, et tñ non legitime. uide exemplū apud plu. in uita Galbę, car. 420. p. 2. cir. prin

Iuuenes fideliores multo, quàm senes esse, probioresq;, perollę Campani pacuuijq; eius patris exempla monent: de quibus uide Liu. Dec. 3 li. 3. in prin. cum duabus car. seqq. et maxime 2. par. 2.

Iuuenes facilius credunt, quàm senes et aegri facilius, quàm sani. Huiusce rei causā uide apud plu. in Cato. iun. in prin.

Iuuenum nemo apud Romanos existimabat se sapientiorem senibus: et ideo cū in senatu dicendę erant sententię, primi seniores et honoratiores citati ordine à coss assurgebant deinde his ętate, dignitateq; proximi, postremo iuniores, non ut dicerent aliquid (indicorum .n. hoc habebatur) sed ut dissiderent in consulariū sniās Dionys. Halic. lib. 7. p. 16.

Iuuentutis erga senes irreuerentiā antiqui Romani grauibus decretis notarunt. et apud Tac. li. 3. car. 35. ṗ. legitur, Domitium corbulonem pretura functum de L. Sulla nobili iuuene questum esse apud senatum, principe Tyberio quòd sibi inter spectacula gladiatorum loco non decessisset.

Iuuenum prętracti animi educati in secura uoluptate et maxima licentia non modo expleri non possunt, sed ex ijs multo magis corrumpuntur: ut fuit uidere in Nerone contra quàm Seneca, et Burrus eius educatores existimarunt. Vide xiphil. in Nerone car. 507.

Iuuentus, et pueritia non ui[illegible]entur à delictis excusare: ideo Hieronymus
Syracusarũ Rex, cùm non nisi xv. annorũ esset; tñ propter inhumanitatẽ
suam, breui fuit trucidatus à ciuibus suis: nec quicq̃ ei profuit ætatis
excusatio. Liu. Dec. 3. li. 4. p. 2. cir. cum duabus seqq.
[illegible] tñ apud Lucanũ ait, sed parcimus annis donamusq̃ nefas.
refer Beroal. hoc et alia exempla in Tranq. in uita Aug. cap. v
Iuueni tñ et rerum imperito arroganter loquenti ignoscendum est: philipp.
Macedonũ Rex ad Marcum Aemiliũ iuniorem apud polyb. li. xvi. p. 821.
Iuuenilis ætas ad uindictam propensa est, litiũq̃ et rixarum cupida, Vñ Horatius
Non ego hoc ferrem calidus iuuenta etc. uide Sueto in Aug. cap. 51.
ubi Augustus scribit Tiberio iuueni, ne in ulciscendis maledictis, ætati suę
indulgeat. et ibi Beroal.
Iuuenilis ætas, est obnoxia libidini, et magis appetitui obtemperat, quàm rationi
uide in uer. Aetatis uitia. 5. co.

Labor uoluptasq; dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt iuncta uide in uer. opera.

Labores aliqn̄ remittendos, uberrim probat plu. in lib. de lib. ed. cap. de ed. lib. car. 7 cir. prin. facit illud Amasis. Arcus, si semper intenti sint, ruptum iri, nec posse cum opus sit, no' illis uti: ita et homines, si assiduo laborare studio, nec ullam partem ad lusum sibi indulgere uelint fore ut pedetentim aut mente captus sit aut membris. Herod. li. 2. p. 178.

Lachrymę sunt mulieribus semper in promptu, ut est uidere in Cleopatra apud plu. in uita Anto. car. 444. in prin. Agrippina quoq; Claudio Impre marito suo ui ueneni è uita sublato, dolorem simulabat. vide Tac. lib. xii. in fi.

Lachrymari non possumus in maximis nostris infortunijs, exemplum in Psammenito Regi Aegyptiorum captiuo Cambysis, de quo Herod. lib. 3. p. 189.

Lachrymis non semper est credendum: nam sępe uis eis subest dolus: adeo humanis ingenijs parata simulatio est. ut Nabarzanis, cęterorumq; parricid. sceleri jute factum est. de quibus Curt. car. 59. p. 2. in prin. et perseÿ in fratrē Demetriū insidijs, quas lachrymis condere, et tegere conatus est. de quibus uide. F. in uer. Fratris in fratrem insidias. et apud Liu. Dec. 4. lib. x. p. 716. in fi.

Caracalla mortem Getę flebat, quoties nominis eius mentio fieret, aut eius imago uideretur; et tn̄ ipse eum occiderat, et matrem ipsam et mulieres alias flentes eum uoluit occidere. Spart. in Geta, car. 266.

Lamentationem inter et accusationem hoc interest, quod lamentamur de amicis, quando non funguntur officio suo erga nos, sed desunt nobis. Accusamus autem inimicos, qui nobis iniuriam fecerunt. Orat. Corinth. ad Lacedem apud Thucid. li i. car. 34.

Largitiones civibus [illegible] re domi utentibus siquis lege lata convincitur ut [illegible], puniendus est deportatione in insulas. Bemb. hist. car. 14.

Largitionibus corrumpi se patientes ad aliquid moliendum dicendumve in detrimentum suae reip. qua poena afficiantur apud Athen. vide Demosth. orat. 3. contra Philip.

Largitionibus Carthagini acquirebantur honores, idque aperte. quod tamen apud Rom. capitale erat. Polyb. lib. vi. p. 569. vide Tit. ver. Accusare lib. 2.

Latrocinia et praedationes antiquitus tam continentes orae maritimae, quam Insulani cultores sibi gloriae ducebant, si excellenter exercuissent. Vide Thucyd. in proem. [illegible] Apud Germanos quoque latrocinia, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt nullam habent infamiam. atque ea iuventutis exercendae, ac desidiae minuendae causa fieri praedicant Caes. bel. gal. lib. vi. car. 68. p. 2.

Latrocinia Actisanes Rex Aethiopum et Aegypti novo more compescuit, sontes neque morte plectens, neque linquens impunitos: eorum .n. iudicio constituto, reos omnes in unum cogens miti sententia damnavit: amputatis .n. naribus, in ultima deserti ire compulit: ibique civitatem condidit, ab excisis nasis Rhinocoruram [illegible]. quae in Aegypti, Arabiaeque finibus haud procul a mari sita omnibus vitae commodis caret. Diod. Sic. lib. 2 cap. i. p. 80. ubi est [illegible]

Latrones qui occuparunt aliena loca si [illegible] eiiciat, expellatque, dominis, quorum ea loca fuerunt haud iniuste denegat reddere. Philippus tamen Macedonum Rex cum eiectis praedonibus Insulam Halonesum, quae fuerat Atheniensium, eam suam factam asserebat. Vide Demosth. in orat. de Haloneso, pag. 30. et seq

Laudare seipsum, teste Catone non minus turpe est, quàm uituperare seipsum. plu. in compar. Aristid. ad Cato. car. 2. post prin.

Laudare supra modum, cùm semper, et ubiq; sit inutile, tum in ambitione ciuili perniciosissimũ esse constat: sic. n. et c. Vide plu. in uita Agid. in prin. ubi cõdicit, quòd modicę laudes excitant iuuenes ad uirtutes.

Laudare non licebat Reos in iudicio, iure Rom. legibus à pompeio ea de re latis uide. s. in uer. Reos.

Laudare uiuentes irrisio est, maxime imperatores. s. uer. Imp. lib. 2.

Laudari ab optimatibus Romę antiquissimo more consueuerant illi, qui strenue pugnando obijssent. plu. in uita public. car. 40. cir. prin.

Laudabantur in Rostris defuncti à propinquis, s. uer. Mortuos.

Laudantium mores, sicut et uituperantium, non minus spectandi quàm eorum qui laudantur, aut uituperantur. uide in uer. Accusatorum.

Laudando etiam quidam famę ac commodis hominum insidiantur. quod uitium in aulis principum eatenus usq; adeò inoleuit, ut ea loca tanquam proprias sedes sibi uideatur elegisse. polyb. li. 4. p. 406.

Laudes, quę in nos ab hominibus congeruntur, dijs acceptas ferre debemus. Timoleontis more. qui cùm suas laudes audiret prędicari, nunquam aliud dixit quam se in ea re maximas Dijs gratias agere atq; habere, quod cùm Siciliam recreare uoluissent, tum se potissimum ducem constituissent. nihil. n. rerum humanarum sine deorũ numine agi putabat. Aem. prob. in uita Timol. car. 19. in fi. p. 1

Laudis, et glorię stimulis ad uirtutem accendi, et illis delectari decorum apud Lacedem. habebatur, sicut contra infamię notis perturbari et animo percelli. Quem uero hęc ipsa non permouerent, ut ab honore alienum, et ad uirtutem omnino socordem et ignauum aspernabantur. plu in uita Lycur. car. 1. p. 2 in prin.

Legari potest in testamentis etiam Regnū paternum, ab eo qui legitime successit in Regnum. nec audiuntur alij ex eius stirpe, et affinitate licet fratres germani sint. sicut euenit in Aristonico Eumenis Regis filio: nam cùm Attalus eius affinis proximus, i. frater testamento Regnum pergami legasset po. Rom. et Andronicus regnum per uim occupasset, à M. Perpenna uictus in deditionem acceptus est: cùm Regnum pertineret iam ad po. Ro. propter testamentum Attali: inquit L. Florus in Epit. lib. 58. 59. dec. vi. ptolemęus quoque Cyrenarū Rex populum Romanū regni heredem instituit: qui sine alia quęstione ciuitates, quę sub illo regno fuerunt, liberas esse iussit. L. Flo. in Epit. lib. 70. post prin. et Nicomedes Bithynię regnū eidem po. Ro. reliquit, ut L. Flo. in Epit. lib. 93.

Legati non sunt uiolandi, quamuis proditionem in urbe, ad quam missi sunt, uel aliquid aliud hostile machinentur. et gentium ius, quo tuti sunt, pręualere omni alij iuri debet. sic statuerunt patres Romani in legatis Tarquinij superbi, proditionem Romanę libertatis molientibus. Liu. lib. 2. dec. i. car. 32 post med. quia scilicet iussu principis, uel ciuitatis, quę eos legauit; huiusmodi scelera moliri uidentur. et hac ratione motus Federicus imp. legatis Lombardię pepercisse dicitur: qui in Germaniam missi fuerant ad discordiam inter eum et Henricum filiū concitandam. Gandi. in lib. de malef. titu. de homic. et ca. pe. car. 159. Quamuis etiā Legati ipsi contra ius gentium facere uideantur, si illos ad quos legati missi sunt, aliquo modo lędant, ut commune Romanorū etiam ipsorū iudicium fuit in tribus Fabijs Ambusti filijs, qui ad Gallos senones legati à pop. Ro. missi, cùm [illegible] animis, contra eosdem Gallos arma post posito legationis officio sumpsissent, ius gentium propterea uiolasse iudicati sunt (quod non est mirum) ut dicit plu. in uita Camilli, car. 73. p. i. post med. Liu. lib. v. dec. i. car. 139. prope fi. et in fi. et car. 109. cir. prin. et paulo post. et car. 146. post me. et in prin. li. vi. car. 149. post prin. Romani quidem cùm legatos Apolloniatium ad senatum missos quidam iuuenes pulsassent, illos iuuenes Apolloniatibus dediderunt, ut ait L. Florus in secundam Liu. dec. Epit. lib. v. et M. quidē Claudij pr. urb. iussu

L. Minutius Myrtilus, et L. Manlius, quod legatos Carthaginienses pulsassent, dicitur [illegible] per feciales traditi sunt Legatis, et Carthaginem [illegible]. Liu. Dec. 4. lib. 8. pag. 680. ante fi. Lacedæmonij quod Legatos Darij Regis Terram et aquam petentes in puteum demersissent, et super eis terram coniecissent ut inde aquam et terram ad Regem suum afferrent, Talthybij ira persecuta est donec Sperthias et Bulis se obtulerunt ad satisfaciendum sua pœna Xerxi Darij filio. Herod. lib. [illegible] pag. 493. 494. Vbi cum Sperthias, et Bulis dixissent se missos à Lacedæmonijs ad luendam pœnam pro ijs Legatis, qui Spartæ interiere, Xerxes præ magnanimitate negauit se fore Lacedæmonijs similem: illos in interimendis legatis, ius omnium hominum confudisse: se vero, quod illis exprobraret id non esse facturum, neque eos occidendo Lacedæmonios culpa soluturum.

Legati [illegible] Regis, vel ciuitatis tanti faciendi sunt quanti [illegible] Rex, [illegible] ipsa. ut colligitur ex Liu. Dec. 5. lib. 2. p. 765. cir. prin.

Legatis earum gentium quæ uirtute et amicitia Romana praecellebant id honoris dabatur Romæ, ut in sedibus senatorum considerent. Vide Verritus, et Maurix [illegible]. Vide omnino Tac. li. XIII. cap. pen. [illegible]

Legati non sunt mittendi ad Ciues. ui. Dio. li. 45. p. 180. uer. Legatos.

Legati [illegible] eligendi [illegible], an more sorte, et [illegible] pulcherrimam disceptationem inter Heluidium Priscum et Eprium Marcellum apud Tac. [illegible] et 3. Vbi decretum fuit eos debere sortiri.

Leo trucidatus obiauiens principi proficiscenti ad bellum portendit mortem [illegible] [illegible] [illegible] sicuti contigit in Iuliano imperatore tendente in Persicam Regionem. uide Marcell. lib. 23. p. 285. 286

Lex Valeria, cùm eum qui prouocasset, uirgis cædi, securiq. necari uetuisset, siquis aduersus ea fecisset, nihil ultrà, quàm improbe factum, adiecit. id (qui tum pudor hominum erat) uisum, credo, uinculũ satis ualidum legis. nunc uix seruo, qui uel nutus obseruare domini tenetur, siquis ita minetur: fere id contemperamentum curam eius acuisse uideatur. quod tñ tunc etiam ad liberos homines compescendos satis erat. Liu. Dec. i. li. x. p. 246. post prin.

Leges xii. tab sunt ex inclytis solonis legibus, et ex aliarũ ciuitatũ Græcarum institutis, et moribus descriptæ: quæ deinde omnis publici, priuatiq. iuris Romæ semper tanq̃ fons habitæ sunt. videas de ijs ap. Liu. li. 3. Dec. i. car. 74. post med. et seq.

Leges à plebe tributim latæ totum populum, et ideo patres etiam, tenebant. Liu. li. 3. car. 84. in fi. cum seq

Lex de connubio patrum, et plebis, hoc est ut patribus liceret ex plebe, et plebeijs ex patribus uxores ducere, quibus rationibus suasa, et dissuasa fuerit et quomodo tandẽ à C. Canuleio perlata fuerit, uide apud Liu. li. 4. Dec. i. in prin. cũ duabus seqq. car

Leges Lycurgi nonnullas. uide apud Iust li. 3. car 21. p. 2. et apud plu. in eius uita

Lex est domina Græcis populis, qui propterea non sunt usque quaq. liberi. Herod. lib. 7. p. 434.

Leges uetant, legem ferri de uno viro, nisi eadem ferantur de Vniversis Demosth. in steph. pr. car. 74.

Legibus recepta uiuendum esse. Demosth ibi

Leges hominum, non homines legum dominos esse oportet. ut Pausanias plist ad quendã interrogantẽ, cur ex priscis legibus nullã mouere, aut immutare apud spartiatas liceret: inquit. plu. in apoph Lacon Paus. plist quod ad multa prodesse potest. et Q. Fab. Max. apud Liu. Dec. i. lib. x. queri uidetur, quòd leges regantur, et non regant. est autẽ hoc, pag. 246. post prin.

Leges tamen aliqñ magna quapiam ex causa [illegible] oportet, prætereã tñ ratã habent esse. nec in posterum uiolari. [illegible] Agesilaus apud plu in apoph et in apoph. Lacon. in Agesil. car. pen. p. 2. Legibus autem aliqñ imperare, uincente utilitate pulchrũ est; sicut et aliàs pro legibus imperare. ut Philopœmenes dixit ut refert plu. in eius uita. et id comendat in compar. philopœ. et Titi ad fi

Leges in aliqua re prætermittantur, si magnum inde commodum patriæ pariant, absolutione digni sunt habendi: ut in Epaminondæ causa Thebani faciendum censuere. plu. in apoph. Epam. et Aemil. prob. in eius uita, car. 183. et plu. in uita pelop. car. 03. p. 2. post prin. usq ad fi.

Lex. siue principis imperium signum negligenti ab eo censeatur, qui aliàs uir fortis et probus, et bene meritus sit. gratia ei uirtutis ergò facienda est: sicut Fab Max. ut in eius apoph. plu. scribit. in quodam milite strenuo facinorium iudicauit: fortiter. ac recte factis errata condonare dicens. et in Horatij persona seruatum tradit Liu. li. i. dec. i.

Leges, et iustitiam sequi iudicem oportet, non autem parentum illegitima iussa. quare si parentes ipsi aliquid iniustum petant, rejiciendi sunt. et illud eis dicendum, quod Agis ultimus Rex Lacedæ. apud plu. in apoph. lacon. parentibus suis respondit idest, quæ uultis, et uerisimile est uos uelle à me filio uestro, quæ optima sunt fieri (optima uerò sunt, cum homini priuato tum multo magis principi, quæ iusta sunt) faciam quidem, quæ uultis, sed quæ dicitis recusabo. quod tum maxime poterit dici, quum parentes aliquid tanquam iustum petant, idque asserant: quum tamen contrà sit.

Lex ab eo imprimis est seruanda, qui eam tulit. Vnde cæsarem Aug. lege à se latam prætergressum, cum [illegible], adeo pœnituit, ut illo die quo prætergressus est, cœnam [illegible], licet in propria causa, et ira satis æqua impulsus eam præterier[illegible] Testis plu. in apophteg. cæsaris ipsius Aug. nec si alij legem suam soluant, ipse propterea cum alijs eam soluere debet: [illegible] uniuscuiusque propositum est, sua decreta et consulta tueri quàm aliorum. Liu. li. 3. car. 70. nec ulla lege quisque in alium sentiri debet, cuius non ipse legislator in se primus documentum det. ut Lycurgus dicitur fecisse Iust. li. 3. car. 21. Vide in uer. Lex. supra lib 2.

Legibus contraria principum mandata per literas facta, perinde ac illis inscientibus emanarint non sunt seruanda uide supra uer. Regum mandata.

Lex noua puniens aliquod delictum non debet referri ad præterita: sed tamen ad futura. non enim par est delicta puniri ex ea lege, quæ tunc non erat, quum patrata sunt Cato ita censuit in lege puniente occupationes à pompeio lata. ap. plu. in cato. iun. c. 341 in [illegible]

Lex ultimo loco lata præualet prioribus contrarium [illegible] et ideo in XII. tabulis lex erat, ut quodcunque postremum populus iussisset, id ius ratumque esset. Liui. Dec. i. lib. vi. car. 136. cir. fi. et lib. 9. p. 233. post med. et in fi. Et ubi duæ leges contrariæ sunt, semper antiquæ abrogat noua, ut ibidem Liu. Non tamen facile mutandæ sunt leges ueteres, nam super omnibus negotijs melius, atque rectius olim prouisum, et quæ conuertuntur, in deterius mutantur. C. Cassius apud Tac. lib. 14. car. 104. 9°

Leges ubi non sunt bonæ, sed stabiles, melius regitur ciuitas, quàm ea, ubi bonæ sunt, at instabiles, secundum Cleonem ap. Thucyd. lib. 3. car. 145.

Leges egregias, et honesta exempla apud bonos, ex delictis aliorum gigni, usu probatum est. S. uer. exempla.

Leges qui timent, ij fortes habendi sunt. uide. S. in uer. Fortitudinem

Leges contemnere, est hominum ignarorum, eis autem obedire, quàmuis duris, modestorum. Thucyd. lib. i. car. 42. 9°

Liberalitas quantopere deceat principem, et quid agat, uide Beroal. referentem multa dicta notabilia, in Sueto. Aug. cap. 41. in prin

Liberalitatis principum in uiros doctos exemplum dabit tibi epist. perotti in polyb. car. 6. et seq.

Liberalitas noua superat et obliuionem ueteris inducit, licet maior fuerit uetus, quàm noua, quando diuersæ personæ eis usæ sunt. uide S. in uer. Comitas

Liberalitas liberalitatem prouocat: semperque referens gratiam, ampliora beneficia referre debet, quàm accepit, ut Romani erga Carthaginenses. sicut refert polyb hist. lib. i. p. 112. et Romani etiam erga pyrrhum obseruarunt: qui cùm eis captiuos sine precio remisisset; hoc à Romanis ipse retulit, ut ad eum is, qui C. Fabritio consuli pollicebatur se regi uenenum daturum, cum indicio remitteretur: sicque à Romanis uitam pro merito accepisse dici potuit. ut ait L. Florus in secundam Liu. Decad. Epit. li. 3. uide plu. in uita pyrrhi car. 207. p. 2. ad med

Liberalitatem Neapolitanorum in Romanam Remp. Annibalis belli tempore, quis non magnopere miretur? qui cùm Annibalem ter iam, et sæpius uictorem per totam Italiam uagari uiderent, nec quenquam Romanorum cum eo conferre pedem audere,

tamen omni pene se auro uoluerunt expoliare, ut opem ferrent? quadraginta .n. pateras aureas magni ponderis ad eos ultro miserunt, orantes etiam, ut ipsas dignarentur dono accipere. quam fida Neapolitanorum erant tunc temporis? quam munifica? sed et Romani magna usi cum modestia, tum magnanimitate. qui gratijs eis conuenienter actis, pateram tantum, quę minimi ponderis esset acceperunt. Liu. Dec. 3. lib. 2. p. 309. post med. Et iddem dici potest de Pęstanis, et de Hierone Rege, et de munificentia eorum in Romanos, et de Romanorũ modestia in accipiendis muneribus, ut idem paulo post refert, pag. 311. ante med. et in med. et post. Liberalitatem autem, et fidelitatem mulieris paulę Busę Cenusinę, et Venusini populi, uide pag. 317. cum seq. Liberalitatem et continentiam Scipionis Afr. uide apud eundem, lib. VI. pag. pen. et fi.

Liberalitas inusitata fuit Philippi Vicecom. Mediolanensiũ ducis in captiuos Reges et proceres; uidelicet Alphonsum Tarraconensiũ Regem, et fratrem eius Nauarrę Regẽ, atque alios principes, quos non modo non multauit, sed etiam magnificentissime exceptos coluit ut socios, ut amicos, et cum muneribus amplissimis dimisit ꝛ uide pau. Aemil. in Car. VII. car. 224. p.ª

Libertas, desiderabilis et pretiosa res est, et digna, ob quam omne periculũ subeatur. si modo aliqua spes sit eius sustentandę, ꝛ guicciard. li. 1. car. 57. Vbi loquit uerba Cardinalis S.ti Petri in Vincula ad Pisanos rebellare meditantes a Florentinis

Libertatis ne infeliciter quidem defensę tędere nos debet; et uinci, quam non tentare uictoriam malle debemus, ut eam tueamur. ita per multos annos Samnites fecerunt, ut inquit Liu. Dec. 1. lib. X. p. 258. post med. Libertas .n. est res diuinissima, et præferenda cuiuis alij rei, et Hastis, securibusque pro ea dimicandũ Sperthius, et Bulis apud Herod. lib. 7. p. 494.

Libertatis species, et fructus est, si omnibus, quod quisque uelit, legibus experiri liceat; et unicuique liceat, de quo uelit, impune dicere: ut censuit Timoleon, cum quidam eum in uis trahere uellet, et alius ei detraheret maledictis: cęterique indignarentur, hęc in eum fieri. Aem. prob. in uita Timol. car. 197. p. 2. et Plu. in eiusd. uita, car. 166. p. 2. post prin.

Libertini, temporibus Appij Cęci, et deinceps aliquandiu, dicebantur, non ipsi qui manumitterentur: sed ingenui ex his procreati. postea uero inoleuit, ut libertini uocarentur ipsi qui manumitterentur. Sueto. in Claud. cap. 24.

Licentia (ut comicus inquit) deteriores sumus. Ang. polit. in pręf. in sueto pag. pen. ad fi. et uide Sueto. in Aug. cap. 47. et ibi Beroal

Licentię militaris, et particularium comprimendę, mirum exemplũ dedit Galba Imp.^r qui cùm Otho imperium per insidias inuasisset, ac Galba pararet eum deijcere; obuius in palatio Julius Atticus speculator, cruentũ gladiũ ostentans, occisum à se Othonem clamauit. Et Galba. commilito, inquit, quis iussit. insigni animo ad comprimendam militarẽ licentiã etc. Tac. hi. 17. car. 133. p.^a

Licet aliquid facere. quod tñ non facere, honestius est. Hęc. n. uirtutis ui est, non solum illicitis, sed licitis etiam in rebus, liberam, et inuictam sese prestare. plu. in compar. Timol. et Aem. car. 167.

Licet quędam fieri, quę tñ fieri non oportet. Themistocles cùm post deleta persarum agmina licenter obambulans armillas aureas uidisset humi proiectas, et torquẽ, Tolle inquit ad comitem quendam propè adstantem hęc tu enim Themistocles non es. Cùm proscriptorum locupletes domus diripiendas Romanę plebi Marius adiisset, et Cinna, vulgi rudes animi, et humana soliti respectare, alienis laboribus pepercerunt. ut nullus egens reperiretur, aut infimus, qui de ciuili luctu fructum contrectare pateretur sibi concessũ. Ammian. lib. xxx. p 469 470

Linguæ incontinentia, et arcanorum proditio grauius apud persas puniebatur quàm ullum probrum. uide in uer. Secretum.

Linguæ temeritas, et uiolentia nihil aliud est, quàm scelesti animi indicium, ac testis Curt. car. 82. p. 2

Linguæ nimis liberæ qualis sit exitus docuit Sugerius, de quo pau. Aemil car. 10. A B.

Litteræ de proditione, uel de alio scelere apud aliquem inuentæ, non debent statim fidem facere; quasi is, apud quem inuentæ sunt, conscius illius sceleris sit. potest n. fieri, ut aliquis eius inimicus per fraudem illas supposuerit, uel supponendas curarit per seruos eius auro corruptos, sicuti fecit Sextus Tarquinius contra Antistium petronem Gabinorum illustrissimum, in cuius ædibus deponi literas curauit tanquam à Tarquinio patre de proditione filij missas, et Tarquinij manu scriptas et sigillatas; per quas pernicies Antistio innoxio et fraudis insuo parata fuit vide apud Dionys. Halic. lib. 4. p. 387. Simile est quod de armis repositis in domo Turni Herdonij fraude Tarquinij, tradit idem Dionys. lib. 4. pag. 377. 378. quod et in Epigenem uirum optimum comentus fuit Alexis quidam, autore polyb. li. v. pag. 457. imo nec interceptæ litteræ tanquam à quopiam scriptæ, omnimodo eius esse credendæ sunt, cuius nomen subscriptum est: potest .n. fieri, ut aliquis eius inimicus composuerit sub eius nomine, et intercipiendas curauerit, in illius perniciem, aut dedecus, sicuti Hippocrates fecit, ad conflandam inuidiam, et odium militum mercenariorum in prætores syracusanos Liu. Dec. 3. lib. 4. p. 361 post me. potest etiam fieri, ut quamuis litteræ alicuius de proditione deprehensæ sint, non is sit puniendus: quia sæpe simulet proditionem, ut eum insidijs excipiat, cui simulatur proditio; ad eius utilitatem, qui prodi fingitur. sicuti polyxenidas Rhodius exul fecit qui cum simulasset proditurum classem Antiochi, cui prætor pausistrato Rhodiorum præfecto, si reditus in patriam sibi permitteretur. et ad eum litteras sua manu scriptas, et suo sigillo impressas commisisset; callidissime pausistratum in insidijs oppressit. ut late refert Liu. Dec. 4. lib 7. p. 638. post med. cum pag. seq. Sunt etiam nonnulli, qui falsas literas confingunt et adulterino signo alicuius in eius perniciem signent, sicuti philocles, et Apelles legati philippi fecerunt qui subornati à perseo falsas literas signo adulterino T. Quintij signatas reddi=

derunt Philippo, in quibus quædam continebantur, quæ Demetrium innoxium suspectum Regi proditionis redderent. vide Liu. dec. 4. lib. x. pag. 722. post prin. cum pag. seq. usque ad fi. et uide s. in uer. Fratris insidiæ. et Themistoclis in Architelem commentum; de quo plu. in uita Themistoclis, car. 65. post prin. et uide s. lib. 2. in hoc eodem uerbo. et in uer. subscribere. et

Litteræ alicuius deprehensæ super aliquo crimine, de quo accusetur; quamuis etiam alijs prematur suspicionibus: non tamen sufficere debent ad uim ei adhibendam, si graue crimen fuerit, de quo insimulatur. uide in uer. Capit. s. eo.

Literas arcanas Pompei Cæsar non legit, nec describi iussit, sed extemplo cremauit. Dio. li. 41. in fi. uide s. uer. Secreta.

Litteræ de publicis rebus non sunt à personis priuatis ad Magistratus mittendæ, quia hoc personarum publicarum munus est. propterea uictis Othonianis, et mortuo ipso imperatore Othone, cum Fabius Valens unus ex ducibus Vitellij, litteras Romam ad Consules scripsisset haud immoderatas quidem, tamen gratior (inquit Tac. li. xviii. car. 154) Cæcinnæ modestia fuit alterius ducis, quod non scripsit. postea quoque uictis Vitellianis per Flauios, et Vitellio ipso confosso cum Mutianus Vespasiani dux præcipuus, ac et socius imperij misisset epistolas ad Senatum Rom. materiam (inquit idem Tac. li. xx. car. i. quæ est 179) sermonibus præbuit: si priuatus esset, cur publice loqueretur? potuisse eadem er

Locare agrum frumento. idest pro frumento singulis annis pendendo, utitur Liu. dec. 3. lib. vii. pag. 2. in prin

Locus honorificus cedendus est potentioribus, opportunus autem et commodus iis, qui adversa tenentur valetudine. ita dixit, et servavit Cesar, erga Oppium. vide plu. in eius vita car. 314. p. i. ante med. et Sueto. cap. 72. ubi et Bero

Loci dignioris in deambulando simul non est multum habenda ratio; licet cum inferioribus quàm nos simus, nobis deambulandum sit. uti Scipio Aphr. fecit. qui cum esset congressus Ephesi cum Annibale, quem ipse iam vicerat: et Annibal digniorem in ambulando locum primus arripuisset, equo tulit animo, ut facile et nulla cum contentione ea fuerit ambulatio. plu. in vita Titi Quin. in fi. vide .s. prox. in ver. Locus

Locus nec virtutem praestat, nec adimit, et ideo de eo non est curandum: sicuti dixit Aristi... apud plu. in eius vita, car. 140. p. 2. ante fi. Agesilaus quoque quum puer adhuc esset, ac in gymnicorum ludorum celebratione in loco minus honesto à chori magistro collocaretur, obtemperavit quidem, licet iam rex foret declaratus, ac dixit: Eugae demonstrabo etenim, non locis viros, sed viros loca effici honorata. plu. in apoph. lacon. c. 2.

Loco mutato non mutatur genus, mores, et natura. vide .s. in ver. Terra.

Loca solitaria sunt apta meditationibus, et compositionibus Unde Euripides in spelunca quadam tetra, et horrida cuiusdam insulae dicitur suas tragoedias confecisse. Beroal. in Sueto. li. i. cap. 30. in fi

Lucani, sunt rapacissimi. Ioui. hist. lib. xxvi. car. 53.

Lucrum facere quomodocumque modo, fas esse ducebant Carthaginienses. et Cretenses ut d[icitur] sic in ver. Cretenses, de illis polyb. lib. vi. p. 569. apud hos, inquit, nihil turpe est, quod ad lucrum facere potest

Lucri gratia plurimos mortalium damnum accipere, et periclitari, manifestum est [illegible] polyb. lib. x. pag. 667.

Lucrum qui quaerit, sumptum necesse est facere .s. ver. sumptum

Lucra, et rapinas suas nemo eadem contentione defendit, quàm qua proprias opes et ne damnum in eis patiatur. Demosth. in orat. [illegible] lib. [illegible] car 42 Nemo [illegible] est inquit [illegible] pari contentione et rapinas et opes suas proprias defendat, sed pro eis [illegible]

Ludens, uel dormiens non presumitur quid serij agitare animo, uel aliquid sceleris magni proxime fecisse, aut facturum esse. uide. s in uer. Homicidij.
Ludas aliq[illegible] [illegible], et pili quando et a quibus inuentus fuerit ui. ap. [illegible]

Luna non lucet noctu in fine Mensis. Thucyd. li. 2. car. 75. q. sed luna quum impleuit orbem fit æmula solis. Iouius in tractatu suo delle impreso dum refert insigne Henrici Galloru[m] Regis. pag. 19. 20

Lusus quoq[ue] fortium virorum. dignu[m] studio quiddam seruant plu. in [illegible] car. 275. p. 2. in prin.

Magicam artem ne an uanissimi cuiusque ludibrium appeteret, monitat Curt. cap. 88. p. i. ad med. Sed Magicę superstitiones Romę, tanquam summa crimina obiectabantur. ut exemplo Statilij Tauri apud Tac. est uidere li. 12. cap. 84. 9º

Magos necauit Tiberius imp. Dion li. 57. p. 375. Sub Constantio imp siquis super occentu soricis, uel occursu Mustelę, uel similis signi gratia consuluisset quenquam peritum, aut anile incantamentum ad leniendum adhibuisset dolorem, raptus in iudicium pęnaliter interibat. Marcell. lib. xvi. p. 80. et li. xx. p. 179. siqui remedia quartanę (inquit) uel doloris alterius collo gestaret, siue per monumentum transisse uespere, argueretur, ut ueneficus, sepulcrorumque horrores, et errantium indidem animarum ludibria colligens pronunciatus reus capitis interibat.

Festinus Tridentinus Asię procos. sub Valente imp. Anum quandam simplicem, interuallatis febribus mederi leni carmine consuetam, occidit ut noxiam, postquam filiam suam ipso conscio curauit accita. Visus adolescens in Balneo admouere marmori manus utrasque digitos alternatim et pectori, septemque uocales literas numerasse, ad stomachi remedium prodesse id arbitratus, in iudicium tractus, percussus est gladio post tormenta. Marcell. li. 29. p. 442. 443.

Magię deditus Hadrianus. uide Dio in Hadr. et quod Magicis artibus morbum aquę intercutis curauit, licet iterum nec ita multo post eodem morbo laborarit Xiphil. e Dio. in Hadr. p. 500. 503. namque et prestigiatoribus ualde delectabatur Antoninus Caracallus, et plurium animas ac inferis euocauit. Dion in Anto Caracal. pag. 607. 608.

Magistratus referre uidetur principem, siue Remp. cuius est magistratus; et ideo precedere debet cuicunque, cui ipse princeps, aut ipsa Resp. uniuersa simul precederet. licet magistratus ille idest (ut nunc accipio) uir situs in magistratu consideratus ex se et sua ipsa dignitate temporali longe sit inferior. idcirco Syracusanorum Rex Hiero T. Sempronio cos. fretum Messanę intranti, non solum classem ornatam obuiam duxit; sed etiam ex Regia transgressus in pretoriam nauem, gratulatus est sospitem cum exercitu, et nauibus aduenisse, etc. ut inquit Liu. li. i. dec. 3. p. 288. post med. quamuis et Rex esset, et senex, et non subditus, sed socius Po. Ro. Et Rex perseus, cum ambigeret cum Martio legato Rom. uter ad utrum transiret flumen interiectum, tandem ipse transiuit ad Martium. uide Liu. Dec. v. li. 2. p. 761. in prin. et 5 in uer. Legati.

Magistratus suos timeri volebant Lacedæmonij, Remp. tali timore contineri maxime arbitrantes: ideoq; Timori sacellum iuxta Ephororũ tricliniũ dicauerunt. plu. in Cleom. car. 173. p. i. post med

Magistratus dignis demandandi sunt. vide in ver: Honores. [illegible] nec ex generis nobilitate, sed ex virtute huiusmodi dignitas est perpendenda: nam quemadmodũ venator non canis prolem, sed canem, et equitandi studiosus, etc. vide plu. in compar. Lysan. et Syll. cir. prin. Et non eos qui magistratus ambiant, sed idoneos convenit rebus gerendis præficere. Dion li. 36. p. 4. ver Gabinij [illegible].

Magistratus et honores ijdem non sunt eidem sæpius conferendi: ne aut illos magistratus, et honores non multi faciere (quasi non satis per eos decoratus semel, et præmio affecta fuerit accipiens persona) aut non multos magistratu dignos existimare videamur. plu. in vita Cato. sen. car. 146. ad fi. et in apoph. Cato. Qua sententia uti poterimus, siquem impugnare voluerimus ad eundem honorẽ sæpius aspirantem. facit ad hoc plebiscitum, quod Romæ latũ fuit, ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet, neu duos magistratus uno anno gereret. ut apud Liu. Dec. i. li. 7. in fi. a qua tñ lege Q. Fabius Max. semel consensu populi solutus fuit. Liu. Dec. i. lib. x. p. 248.

Facit quod Annibal quum Carthagini perpetuus iudicum magistratus esset ideoq; eorum superbiam libertati iam grauis esset; prætor factus legẽ promulgauit, et pertulit, ut in singulos annos iudices legerentur, neu quis bienium continuum iudex esset. Liu. Dec. 4. li. 3. p. 569. quæ est pen. eius libri. ante med. et vide in ver. Magistratum. [illegible] lib. 2.

Magistratũ seipsum creare licet exemplo turpissimum sit, tñ aliqñ factitatũ legimus, ut Tribuni pl. et App. Clau. apud Liu. li. 3. car. 35. cir fi. [illegible] prin [illegible] et L. Furius Camillus, Liu. Dec. i. li. 7. car. 183. cir. prin. et Q. Fab. Max tempore secundi punici belli cum ipse comitia haberet, et consul diceretur, rationem sui habitã sibi consuit: idq; laudi tunc ei fuit, magnitudiniq; animi tributum est, quod cum summo imperatore esse opus Reip. sciret: seq; eum haud dubie esse. maioris inuidiam suam, siqua ex re oriretur, quam utilitatem reipub. fecisset Liu. Dec. 3. li. 4. p. 351. vide. [illegible] in ver. Mag. li. 2

m Magistratu constitutus non tenetur ea attendere, quæ priuatus promiserat, si non videantur utilia suæ Reip. Julius 2. pont. Max. ita respondit Venetis retinere volentibus Fauentiam et Ariminum eo quod eius consilio dum cardinalis esset, ea ab Cæsare Borgia cepissent. Vide Bemb. hist. li. vi. car. 98.

Magistratui aliquid iniquum iniungenti, non est obtemperandum: aliàs et minister punietur, licet non tam graui pœna quàm autor. ut de M. Claudio scriptum est apud Liu. li. 3. car. 87. in prin. uide .s. in uer. pater. et uer. Magistratus iussa. li. 2. et neminem debent iniuria afficere, sed meminisse, in liberos homines gerere imperium, ut Callibio dixit Lysander quem Autolycus Athleta in sublime cruribus pronum euertit, cùm ei Callibius sublato fuste plagam incutere uellet. plu. in uita Lysan. car. 189. p. i. in fi. Vide .s. in uer. Maleficium.

Magistratui siquod obijciatur crimen, magistratu se abdicare debet, ut priuatus obuiam eat crimini, et ostendat, innocentia sua se, non maiestate honoris tutum a criminibus esse, exemplo C. Mænij dictatoris, et M. Folij magistri equitum, qui propterea magnam laudem meruerunt; ut apud Liu. Dec. i. li. 9. p. 230. et 234. simile ferè exemplum edidit M. Marcellus, cùm Siculi de eo queri uellent. nam cùm ei prouincia Sicilia obuenisset quò liberius de se queri possent, cum collega permutauit. uide .s. in uer. Inimicis. imo coguntur abdicare se magistratu, sicuti coactus fuit Lentulus prętor unus ex coniuratis Catilinę. plu. in uita Cicer. car. 374. p. i.

Magistri morum, ijque qui uitę mortalium pręsunt, sanctitate imbutis, sanctis uiuere moribus, non autem aliàs, uel si maria cęlo misceamus. paulus Aemil. in D. Lud. pag. 1 1 1. 2ª.

Magna negocia magnis cum periculis suscipi uolunt Herod. lib. 7. p. 468

in Magnis rebus administrandis difficilimum est omnibus posse placere plu. in uita Solo. car. 36. p. 2. in prin

Magnis in rebus nihil aberrare, maius est quàm ab homine effici possit Viri uero erratum se rectè admonentibus obtemperare, bonum uiri, et sapientis est. plu. in ui. Fab. Max. car. 90. post prin.

Magnitudo Ciuitatis aut Castrorum non consideratur ex circuitu: fieri .n. p̄t, ut Ciuitas, quæ circuitu minori sit, maior tñ sit illa, quæ maiorē habet circuitum; et ut Vallum Castrorū 40. stadiorum circuitum habens, duplo excedat illud, quod .100. stadijs comprehenditur. polyb. li. 9. p. 634.

Maior pars plerunq meliorem uincere solet. Liu. De. 3. li. 1. p. 2. cir. prin. plu. in uita Alcib. car. 49. p. 1. in fi. cū prin. seq.

Maiorum, quàm nos simus, premendorum arte, quæ pessima ars nimis prosperis multorum successibus creuit, sese extollere multi conati sunt, et extulerunt, ait Liu. De. 3. li. 2. p. 300. ante fi. et p. 307. in prin. et p. 310.

Maioribus res minorum tribui iubet Lex antiqua ab usq Deo incipiens, et ad bestias usq finiens. Brennus Rex Gall. apud plu. in ui. Camil. car. 73. ad med. p. 1. et plu. in ui. pelop. car. 98. p. 2. in med. inquit et .n. prima, ut arbitror, summaq lex, ut qui ipsius sese tueri oppressus non possit, eius ad illum natura redeat imperiū, qui possit.

Mala omnia semper uendibilia fuerunt, idest omnia scelera semper ob pretiū facta fuere, uel, ut clarius, nullum unq̃ scelus fuit, quod non oblato præmio suum autorem inuenerit. polyb. li. 4. p.

Malo alieno quod quisq excogitauit, iustissima patiendi uice sepe excipit ;... Et recte sapientissimi homines prouidere, Deum maxima exempla in caput inuenientium regerere. Arn. Ferr. in Fr.co Vales. car. 150. D.

Mala domestica si omnes homines in medium conferant, et cum uicinis mutare uolentes, mala uicinorum intueantur, libenter reportarent rursum singuli ... quæ ipsi attulissent. Herod. li. 7. p. 502.

Malefactores in regionem nostrã appulsos, ... diximus de maleficijs alibi commissis, sed eis tñ indicere, ut infra triduum è regione nrã excedant, aliter eos pro hostibus usuri, more Prortei Aegyptioru Regis in Alexandrũ paridẽ Herod. li. 2. p. 148.

Manifesti et tacenti et puniendi multis modis inuenti et professi fuer. legibus Solonis ut unusquisq pro conditione sua possit in eos ulcisci, et mulctare. Vide Demosth in orat. in Androtionẽ p. 160. in fi. cum seq. per totũ.

Maleficia patrare, nec pontificis quidem iussu quis debet, aliàs puniendus est. sicuti à Julio pont. Max.o punitus fuit qui Alexandri pont. Max.i prędecessoris eius iussu, Joannem Michaelem ciuem Venetũ Cardinalem cum pręfectus eius epularum esset, ueneno interfecit. Bemb. hist. li. vi. car. 94. 17.o Et puniendi sunt rerum atrocium ministri, qui ubi precia scelerũ adepti sunt, scelera ipsa alijs delegant. sicuti punitus fuit P. Suillius, qui multos accusauerat, et postea se uolebat excusare quasi accusationes suscepisset iussu Claudij Imp. aut Messalinę Tac. li. 13. car. 94. fere per totũ. Vide. S. in uer. Magistratus. In contrarium excusari põt, quia merces ab eo qui iubere potest, uim necessitatis affert. Tac. li. 14. car. 100.

Maleficij damnatos superis immolare, Mexicę genti mos est, placari numina eo sanguine credunt, ex Druydarum disciplina. Joui. hist. li. 34. car. 212.

Maleficijs mutuis sępenumero apud exteros impunitas data ac sceleribus scelera condonata, ut memoria iniuriarum tolleretur. Sed inter comitem Flandrię et Gandauenses exilium aduersariorum exilio charissimorum quęsitum. apud Pau. Aem. in Car. vi. car. 208.

Mali, beneficijs non placantur, sed magis ad scelera accenduntur, exemplũ in Maximino contra Traianũ Cappadocem Ducem suum apud Procop. li. 4. bel. Vandil. c. 360. 37.

Malis quandiu relinquatur potestas malefaciendi, adfore et uoluntatem procul dubio, dixit ad plebem Brutus apud Dionys. Halic. antiq. li. vi. p. 609

Malorum etiã hominũ societas (uti natura comparatũ est) nisi ęquitas atq iustitia fuerit seruata, facilimẽ infringitur. Polyb. li. 4 p. 349.

Mali ex malis oriuntur, boni ex bonis. licet ex aliena uxore sint suscepti. uu. c. 5. in uer. spur. lib. 2

Malos modulatores expertis, bonos iucundiores futuros censebat Antigenides. Vnde Ismenias Thebanus discipulis suis, tam eos qui male, quàm eos qui bene modulabantur ostendens; dicere solebat, Hoc pacto, non autem illo modulari oportet. plu. in uita Demetrij, in prin

Malitia est res audax, omniq; modo ad explendum propositum suum, suam inuenit uiam. Leo imp. in Nou. Const. 15. p. 503.

Mammas feminę non parientis lacte impleri, est imaginabile. quod adductũ fuit inter cętera ad depulsionem Virginię, quòd non fuerit supposititia ut mentieba tur Claudius, qui eam in seruitutem uindicabat: quia dicebant eius defensores, quòd lacte matris fuerat nutrita. Dionys. Halic. li. xi. p. 425.

Manus osculari, genus erat honoris apud Romanos, quod nonnisi imperatoribus, idq; perpaucis tribuebatur. plu. in uita Caes. iun. p. car 334. p. 2. in me Ideò de Maximino iuniore dictum est, quòd superbissimus erat, quia manu porrigebat, et genua sibi osculari patiebatur, nonnunq; etiam pedes, quod nunq; passus fuit senior Maximinus. qui dicebat, etc. In Maximino iun Iul. Cap. car. 154. in fi.

Manum alienã quidam bene imitantur. exemplũ in Carino apud Vop. c. 239.

Manus, est organum organorũ. sicuti philosophi docent adeo ut Anaxagoras hominem prudentissimũ omnium animalium ideo esse crediderit [illegible] omniũ. manus obtineret. ipsi uero pollices in manibus dominantur. Vide Beroal [illegible] Sueto. in uita Aug [illegible] 24

Mares ne castrarentur, lege cauit Nerua Imp. ut in eius uita scribit Dion [illegible]

Margaritę, vbi, et quomodo gignantur, uide Marcell. li. 23. in fi.
Margaritę [illegible], non debentur gemmę. cum gemmę proprie ad lapides [illegible] referantur. margaritę autem quid diuersum sint. vide .ſ. in uer. Gemm

Maritum exulem uxor non debet [illegible] comitari. uide .ſ. in uer. Exulum, ubi allegaui Liu. dec. 4. li. 4. p. 585. [illegible] multę tamen amore in uirum fragrantes, parentibus [illegible], uiros in exilium etiam longinquum, et calamitosum secutę sunt. Vide .ſ. in uer. Vxorum quęnam, lib. 2.
Mari[illegible] uas vxores [illegible] curt car 114. quinimo Maritis, priso Romanorum instituto, coràm propinquis de capite, famaque coniugis cognoscere permittebantur, et aut damnare aut insontem pronunciare. idque Neronis sui tempore usurpatum fuit in pomponia Grecina. vide .ſ. uer. Vxorę
Maritorum in vxorem crudelitatem demonstrare poterimus Vlderici Vitembergensis exemplo. qui uxorem suam iumentorum more humi prostratam calcaribus agitabat, quum ipse insideret. Iovi. car. 188. li. 32. in prin. et plautij Siluani pretoris, qui Aproniam uxorem suam [illegible] causis in preceps [illegible] Vide .ſ. in uer. Locus delicti
Maritorum in vxores amorem inflamare poterimus, adducendo exemplo Tiberij Gracci, qui usque adeo Corneliam uxorem dilexit ut duobus in lecto anguibus comprehensis cum aruspices nec ambos quidem interfici, nec dimitti ambos permitterent, sed si masculus mortuus Tiberio si femina, Cornelię mortem portendi, affirmarent ob amorem uxoris, masculo angue necato, feminam emisit atque ut aruspices predixerant. paulo post interijt. plu. in ui. Tib. [illegible] Gracci. in prin.

Mater ignobilis (originem meam) pluris facienda est, quam pater nobilis; nam pater ignobilem mulierē ducendo in uxorem, quantum in se fuit, ignobilem filium fecit; mater autem quantum in se fuit, nobili uiro nubendo, nobilem filium genuit. argum̄to coru, quę in simili casu dixit Iphicratis filius Menestheus, ut in Iphicratis uita tradit Aem. pro. car. 173. p 2

A. Matribus nomina sibiipsis induebant Lycij: et siquis obuium percunctabatur, quisnam esset, quaue familia ortus, a matribus auijsq protinus genus suum repetebat. Herod. li. 1. pag. 81.

Matris arbitriū in iungenda nuptijs filia magis intuendum est quàm uoluntas Tutorū. Sic fuit iudicatum et [illegible] magistratuum Ardeatium, cum Tutores uni iungi uellent, mater alij. licet illud [illegible] possit non esse trahendū ad regulam; quia ibi mater non, quia mater, sed quia potiori causa niteretur; arbitriū in iungendę filiā obtinuit: nobilior n. erat quem ipsa uolebat, quàm quem Tutores esse puellę maritum. ut ait Liu. li. 4. car. 98. cir. med.

Matrem in filiorum puberum esse potestate, eosq uictum ei demetiri et pecunias paternas tenere iubebat lex A[illegible], post mortem [illegible] patris et simul pubuissent ad bienniū, hoc est biennio post quàm pubescere cępissent. Demosth. orat. in steph. priori, p. 71. Tomo 3.

Matri quę ad [illegible] transiuit uota, nequaq̄ filij tutela est committenda: quia cum uitrico facile inuenitur ad conspirationem contra filium prioris Mariti sicut clarum nobis documentū dedit Duronia P. Ebutij mater: quę consensit cum [illegible] mario [illegible] perdendum filiū, ne ex male administrata tutela reus ab Ebutio ageretur: uide pulchrā historiam apud Liu. Dec. 4. lib. 9. pag. 692 ante med. per totū cum duabus car. seqq. Contrarium tn̄ argm̄ nobis dedit Hostilia, quę secundum maritum ueneno dicitur sustulisse, ut filius ex primo matrimonio, qui in consulatus petitione propter illum fertulisse tulerat repulsā, in eius consulis locum subrogaretur. ut et factum est. Liu Dec. 4. lib. x p. 729. ad med. Et Matres etiam sęuę in filios reperiuntur, ut et. [illegible] in [illegible] uer. [illegible] et patet [illegible] L Flo. in Epit. in 6. 60. in fi. ubi Cleopatra Demetrium uirum suum Syrię Regē, et Seleucum filium multū indignata quòd occiso patre eius à se, iniussu suo diadema sumpsisset, interemit. et Charilai mater Lycurgū, ad eum, cùm adhuc in utero esset, perdendū hortabatur, quò postea ipsa cum Lycurgo regnaret. plu. in uita Lycur. pag. 1. in fi.

Mater timidi flere non solet. Aem. pro. in uita Thrasyb. car. 166. p. 2.

Materna lętitia finis erat glorię, uirtutisq suę Marcio Coriolano: idem Epaminond. id nanq ingenti tum honori tum felicitati ducebant si matrem eorum audire laudes, et se coronis spectare prędites contigisset. plu. in ui. Mar. Coriol. car. 2. p. 1. ante med. quanta autẽ in matrẽ pietate fuerit Coriolanus uide ibi. car. 61 p. 2 cum seq.

Matribus trium filiorum idem qui uestalibus iu. os habebatur, ut et uiuo patre testamenta condere, et cętera sine curatore gerere possent. plu. in uita Numę. car. 26. p. 2. in prin. Nonnihil de hoc iure uide. s. uer. Filiorum.

Matris precibus aliquid condonasse nec indignum turpe ducendum, si mater honesta persona sit, et spectatę uirtutis: sicuti fecit Caius Gracchus, de quo plu. in ui. Tiber. car. 183. in fi. cum seq.

Mater quis credat oblaturam cubiculum, et sinum suum proprio filio? et tñ hoc Agrippina fecit mater Neronis imp. quę ut sibi filium deuinciret concubitum ultro ei obtulit. Tac. lib. 13. car. 88. n.º et lib. 14. in prin. Hoc idẽ fecit Semiramis Assyr. Regina erga Ninum filiũ. Hoc idem parisatis erga Regem Artaxersem Darij filiũ. ut reponit Agath. lib. 2. p. 428. ubi dicit apud persas sui tpis [illegible] cum matribus misceri solitos, et genitores cum filiabus. Et quod [illegible] quidam è persia reuertentes cum cadauer quoddam persę inhumatũ sepelissent, nocte quędam imago eorum comiti in somnis apparuit, inter cętera dicens, Terram matrem omnium, corruptorem matris non recipere: et quod cadauer sponte sua terra in apertum remisit. Agath. lib. 2. in fi

Matrem mihi non licet offendere, licet eius scelere meam uxorem amiserim. nam pietas iustum dolorem uincere debet. ideoq Memnon iustitię fama floruit, ut ait Aem. pro. in uita Timol. car. 198. Matri .n. summã pietatẽ debet filius, adeo ut Sertorius, audita morte matris, parum absfuit, quin mœrore interiret. uide plu. in eius uita, car. 229. p. 2. post med. Alexander quoq magnus summo honore, et cultu matrem suam usq ad extremũ est prosecutus. plu. in eius uita, car. 303. p. 1. in p. cum seq. et Martius Coriolanus. uide. s. in uer. Materna lętitia. Nec ulla (inquit Iust. lib. 16. in prin.) in parricidio satis iusta causa ad sceleris patrocinia prętendi potest.

de Antipatro loquens, qui matrẽ occiderat, quia in diuisione regni propensior fuisset Alexãdro fratri suo

Matre perempta p. Malleolus, primus omniũ insutus culleo in mare precipitatus est. L. Flo. in Epit. lib. 68. in fi. Alcmeon Amphiarai filius occisa matre sua, multis horribilibus speciebus nocturnis territus, et diu uagatus tandem ab oraculo Apollinis iussus est si libertatem uellet. incolere regionem, quę tẽpore

quo matrem occidit, à sole non cerneretur, nec esset terra, ac si universa Tellus ab eo fuisset offensa. Thucyd. lib. 2. in fi.
Sed si mater virum suum adultero necandum obicit, filius eam interficere impune ferre debet, Orestis exemplo. qui Aegistum patruelem patrem suum, eundemque matris eius adulterum, et patris interfectorem, simul cum matre, et socia consiliorum omnium sorore Electra obtruncauit. Quod factum à Dijs comprobatum spatio uitę, et felicitate imperij apparuit; quippe uixit annis XC. Regnauit. 70. Vell. patere. lib. i. in prin.

Matrem creditur Vitellius necasse. vide Sueto in Vitell. cap. 14.

Matrē ad filiorum amorē natura compellit. Diod. lib. V. p. 300.

Matrum in filios charitatis, et amoris; si non aliunde nobis constare posset; duarum eodem tempore matrum euentus nobis abundè clarū documentum prestare potest. quarum una post nobilem illam ad Thrasymenū pugnam, sospite filio repente oblato in conspectu eius expirasse fertur. altera cui mors filij falsò nunciata erat, mesta sedens domi. ad primum conspectum redeuntis filij gaudio nimio exanimata. Liu. Dec. 3. lib. 2. p. 298. in med. plu. in uita Annib. car. iii. p. i. ad med. Quod et in patre dicitur cōtigisse. uide .ſ. in uer. patrum. et in Xiphil. Neroñ. in prin. Vbi dicit, Astrologi predixisse Agrippinę filium eius Neronem regnaturū, sed eam necaturum. et quòd illa exclamauit, me uero occidat, dum regnet.

Matris in filios crudelitatem quis unquam crederet eò processisse, ut, libidinis causa, eos omneis neci tradendos curaret? et tñ Eurydices Regina hoc fecisse traditur, ut adultero regnum astrueret. vide Just. lib. 7. car. 38. per totum. Non minor tñ Cleopatrę in filios, filiasque suas impietas fuisse traditur, de qua Just. lib. 39. car. 134. p. fi. quę tñ ab Alexandro filio parricidio quo eum impetebat. preuenta fuit, ut ibidē traditur. et alterius etiā Cleopatrę, quę unū ex filijs Seleucū interfecit; alteri uero, idest Grypo ueneni poculū obtulit. Sed Grypus prędictus ante iam insidijs, ueluti pietate cū matre certaret, bibere ipsam iussit abnuenti institit, postremū prolato indice eam arguit, solā defensionē sceleris superesse affirmans, si biberet quod filio obtulerat. Sic uicta Regina scelere in se uerso ueneno, quod alij parauerat, extincta est. Just. lib. 39. car. 133. p. i. in prin. seq. Sed nonne omnibus his multo sęuior haberi debet Laodice Regina Cappadocię Ariarathis relicta? quippe quę cum sex filijs quos uirilis sexus ex Ariarathe susceperat, regnandi libidine quinque parricidiali ueneno necauit. uno paruulo sceleri matris, cognatorum custodia erepto. quam tñ populus iure merito.

propter crudelitatem post paulo extinxit. Just. lib. 37. in prin. Vide aliud exemplum huiusmodi crudelitatis apud Curt. car. 128. et uide aliud in titi. 5. ¶ in uer. Matri. de Duronia, quę cum uitrico conspirarat in perniciē filij Ebutij.

Materiam in dicendo perpulchram nacto, non immensum est opus, bene ornateq dicere. ut ex Euripide dixit Alexander magnus. uide plu. in ei. ui. car. 300 p. i. post med

Matrimonium est solatium probis mulieribus. Tac. lib. 4. car. 53. subuenirit inquit de Agrippina loquens alloquente Tiberiū? solitudini, daret maritum habilem adhuc iuuentam sibi, neq aliud probis, quàm ex matrimonio solatium.

Matrimonio imparis iungi, mulieres dedignantur: maxime si earum sorores, uel propinquę nobilibus iunctę sint: nam à proximis quisq minime anteiri uult, ut in M. Fabij filia uidere Liu. lib. vi. car. 105 cir. fi. Facit, quod ad Seianum respondit Tiberius imp.r lib. 4. car. 50 q.a apud Tacitū.

Matrimonij iungendi ritus apud Macedones fuit panis sectio, et eiusdem ab utroq coniuge facta libatio. Curt. car. 107. p. 2. in prin. ubi sic Roxan. desponsauit Alexander magnus.

Matrimoniū consistere non potest inter patrem spiritualem, et filiam spiritualē. pau. Aem. p. 174. q.a

Matrimonium metum minis et metu dissoluendum est, etsi per multos annos matrimonium durarit, dūmodo iuret uir, eam nunq habuisse uxoris loco uide exemplū in Lud. xii. apud Arn. Ferr. lib. 3. car. 29.

Matrimonium dirimendum est quod uidua statim post mortem uiri contraxit, statim autem intelligo idest duobus, uel tribus diebus. sicut fecit Cęsar Sueto. in Jul. Cęs. cap. 43.

Matronę infames relegandę sunt, et eis omnis usus uini, omnisq; delicatus cultus adimendus, nec à quoquam seruo, seu libero temerè adiri permittendę. ita puniuit Augustus Juliam suas filiam, et neptem uide Sueto in Aug. cap. vi

Matronas quę lenocinium profiteri incipiunt, ut iure et dignitate matronali exoluantur, et sic euitent pęnas, quę à legibus irrogantur matronis infamibus exilio afficere debent iudices: ne refugium in tali fraude cuiq; sit Hoc inter bene gesta Tiberij numerat Sueto cap. 35 vide & in uer Adulterij damnatio

Matronas ad aliquod turpe ministerium adhibens, acriter puniendus est: Augustus quidē Stephanionē histrionem, cui in puerilem habitum circumtonsam matronā ministrasse compererat, per trina theatra uirgis cęsum relegauit. Sueto. in Aug. cap. 45. ad fi.

Matronas grandiores natu defunctas laudare, mos Romanis patrius erat: qui in iunioribus haud obseruari solebat. licet in sua uxore id fecerit Cęsar, licet iunior fuisset. idq; primus omnium. Plu. in uita C. Cęsar. car. i. p. 2. in prin.

Media similia ueri sunt. Liu. dec. 3. lib. vi. p. pen. post prim.

Medijs est copulanda concordia, de summa iuris unaquaq; parte remittente. more L. Papyrij Mug. apud Liu. lib. 4. car. iij. post med.

Mediocritas omnibus in rebus plurimum potest, prestatq; nihil contra uideri agitasse, quod cuiquam intolerabile futurū sit. Polyb. lib. i. in fi.

Medios ciues, idest in dissensione ciuili neutram partem sequentes, separatosq; à communi malo ciuitatis, lex Solonis domo, patria, fortunisq; omnibus carere exules extorresq; esse iubebat. Beroal. in Juli Cęs. uita. apud Sueto. cap. 75

Media sententia contra inimicos, quos fortuna in nostram potestatem adegit nulla est: sed aut eis penitus ignoscendum, et quàmprimum inuiolatis dimittendi, quod optimum est: aut ad unum omnes interficiendi. ut Samnitibus suasit Herennius Pontius Cai pater imperatoris. licet ipse Caius contrariū seruauerit in Romanos. Vnde magnum postea Samnitibus illatum detrimentum. Liu. Dec. i lib. 9. in prin. et per totum

Medici nihil prodesse ęgrotantibus possunt, si morborum causas ignorent. polyb. lib. 3. p. 179. in fi.

Medici sicut interdum plus [illegible], quàm mouendo atq; agendo proficiunt. sic nos interdũ plus cunctando, quàm agendo remp. adiuuamus. Fabius Max. apud Liu. Dec. 3. lib. 2. p. 303. in med.

Medicis [illegible] imp.r annonas, idest uictum annũ, binas, et ternas dabat. Sueto. Aug. Beroal. cap. 42

Medicis omnibus etiam in [illegible] tempus immunitatem concessit Augustus ob ualetudinem Musę medici opera recuperatam. Dio lib. 53. prope fi.

Medici quandoq; corrupti pecunia ęgrotos occidunt: sicut contigit in Alexandro Rege Syrię: qui decem annos admodum habens à Diodoro qui Tryphon cognominabatur, tutore, suo corruptis medicis qui eum calculi dolore consumi ad populum mentiti, dum secant illum, occiderunt: per fraudẽ sublatus est. L. Florus in Epit. lib. lv. Dec. vi. Sic Eudemus medicus conscius, et particeps fuit Drusi filij Tiberij imp. ueneno necandi. Cor. Tac. lib. 4. [illegible] prin. [illegible] 74. A. M. Antoninus imp. peremptus fuit à Medicis, ut Commodo eius filio gratificarentur. Dio in M. Antonino p. 571.

Medici honorandi propter necessitatem: eos tñ odit Cato. et extat luculenta plinij in medicos peroratio. Hoc, et alia [illegible] multa de medicis, et pro, et contra [illegible] Beroal. in Sueto. Aug. cap. 59. et insectationem à [illegible] in medicos factam uide apud Sueto in Tiberio, cap. 68. in fi. ubi Beroa [illegible]

Medicorũ artes Tiberius imp.r solitus fuit eludere, atq; eos, qui post .30. ętatis annũ ad internoscenda corpori suo utilia, uel noxia, alieni consilij indigerẽt. Tac. lib. [illegible] car. 67. n.o Medicum ad se, cùm ęgrotabat, Aurelianus imp.r nunq̃ uocauit, sed ipse se inedia pręcipue curabat. Vopiscus in eius uita in [illegible]

Medicis non utebantur Babylonij, sed ęgrotantes deferebant in forum, ut [illegible] quicunq; adiret, si et ipse passus esset eundem morbum, aut alium uidissent patientem nec fas erat cuiq̃ languentes pręterire silentio. Herod. lib. i. p. 92 93

Ad Medicos summos, languentes, nisi in summa desperatione, non mittunt, proinde quasi peritioribus uiris maior facienda sit cura, cum omnibus morbis occurri sit melius Vop. in Aurel. car. 201

Medicina apud Aegyptios hunc in modū erat distributa ut singulorum morborū essent medici non plurium. itaq omnia referta erant medicis. alij n. curarūt oculis, alij capiti, alij dentibus etc. Herod. lib. 2 p. 135. Aegros autē curarunt iuxta dicti secundum legē ab antiquis medicis compro[b]atis scriptoribus traditam. Si quis normam sacri libri secutus infirmum sanare nequisset, omni carebat crimine: si preter ea que libris continebantur, illum curasset, morte puniebatur. Diod. Sic. lib. 2. cap. 3. in fi.

Medicinis uti fortioribus quàm ferat natura morbi, et uires seu complexio infirmi perniciosum est. Guicc. hist. lib. 1. car. 21

Mediocritas. vide. s. in uer. Media

Mediolanenses postica libidine infames habiti à Lud. xii. Gallorū Rege, qui cùm audisset à senatu Mediolanensi pediconem quendam exustum: pol, inquit, uereor, ne Mediolanenses omnes exurantur. Arn. Ferr. in eius ui. car. 44. in fi. ubi dicit, quòd temperari penam deinceps, nec nisi indubitatis probationibus conuictos damnari iussit. de quo tñ non est mirandū: quia et ipse pedicator erat, ut ex Trisaci proprii in eum dicterio colligitur ibid.

Sa. Mediolanensis ducatus successionis pretensiones Aloysij xii Franc. Regis, et [illegible] imper. et Alph. i Regis Tarrac. et Neapolis, et Francisci Sfortie eodem tempore uide apud Guicc. hist. lib. 4. cir. prin. car. 189.

Mendaces omniū et delictorum, et iniuriarū autores esse, dictitabat Epenetus apud plu. apoph. lacon. et propter mendaciū Sabaon Marij familiaris [illegible] senatorū deiectu. est plu. in uita Marij car. 1. p. 2 ante med. et [illegible] uir alioquin clarissimus, propter mendaciū, ab Alexandro eiectus est ab Aula et prefectura priuatus, ut refert plu. in uita Alex. ma. car. 309. p. 1. cir. fi. Atticus autē mendaciū neq dicere neq pati poterat, ut ait plu. imo Cor. Nep. in eius ui. car. 441. in fi. et Aloysius Acciaiolus [illegible] mendacium [illegible], perurum et seditiosorum seuerus hostis fuit, quem in reliquis criminibus exorabilem se, mitemq preberet. Joui. in ei. uita, pag. 58. v. lib. 2. uer. Mendaces

Mendacē, omnē homi[nem] esse, diuine dicunt litere. pier valer. hierogl. lib. 44. [illegible]

Mendaciũ cum expedit dicere, dicatur. nam idem affectamus quũ mentimur, [illegible] dicimus quiq̃ ueritatem. Darius apud Herod. lib. 3. p. 218.

Mendacium sacerdotis uel cuiuscunq̃ alterius [illegible] singillatim [illegible]: per quod nos quodpiam agendũ, quod ne [illegible] aut contra uoluntatem princi[illegible], im[illegible]ur uel con[illegible]mamur; in ipsũ mendacem uertere debe[illegible]: etiã si nos id mendaciũ postea deprehenderimus; agamus. Quare Papyrius cos. quũ pullarius tripudium solistimũ ei nunciasset, quamuis pulli non essent [illegible]: idq̃ [illegible] comperisset; tũ pugnare uoluit: dicens qui auspicio adsit, siquid falsi nunciet in semetipsum religionem recipere. et feliciter pugna successit. quum tũ pullarius ante certamina pilo temere ictus occiderit. Liu. dec. i. lib. x. p. 263 post med.

Mentiri ne ioco quidẽ decorum uidetur. ideoq̃ Epam. nunq̃ mentitus nec ioco dicitur ut ait Aem. pro. in eius ui. car. 181. p. i. post med. item Aristides nec mendacium nec intemperantius dictum, nec fraudem, uel ioco probare potuit, ut ait plu in uita Aristid. car. i. p. 2. ante fi. Lysander tũ uera mendacijs non natura prestantiora existimans, utriusq̃ pretium, atq̃ honorem necessitate definiebat. plu. in eius ui. car. 187. p. 2. ante med.

Vt Mentiretur quędam Zeno Stoicus laceratus diutius, auulsam dentibus linguam [illegible] cum cruento sputamine in os Cyprini Regis impegit. Marc. li. lib. 14. p. 29.

Mentiri siquem dicamus, qui nobilis sit, eum grauiter offendimus. Nam id uerorum nobilitati grauius est omni uulnere. p. Aemil. in Hutino, p. 175. D

et hoc genus contumelię apud Gallicos proceres multo maximum est. Arn. Ferr in Car. VIII. lib. 2. car. 18. D

Mens loquentis non uerba sunt intuenda. probari potest hoc: nam cum Annibal dimisisset quendã captiuos Romã, accepto iureiurando eos redituros unus ex eis domi remansit, quid [illegible] in castra, se iureiurando exoluisse putaret quod ubi relatum ad senatum est: omnes comprehendendum, et custodibus datis, ad Annibalẽ deducendum censuerunt. ut ait Liu. dec. 3. lib. 2. cir. fi. polyb. lib. vi. in p.

Mentibus ui discordia, uel qua alia ui alienatis Romani dictatorẽ claui figendi causa uocabant: qui fixo clauo magistratu se abdicabat. hoc autẽ piaculo mentes hominũ compotes sui fieri existimabant. Liu. dec. i. lib. VIII p. 203. in fi

Mens peccat, non corpus: et unde consilium abfuerit, culpa abest. Liu. li. i. Dec. i. car. 29. in med

Mensa res sacra est. quod nobis prodesse, siquem voluerimus impugnare. qui aliquod scelus in mensa commiserit. plu. in probl. car. 457. in fi. ut pote ... ubi dapes, ubi deos precari mos est. Liu. Dec. 4. lib. 9. p. 708 post prin ubi de L. Quintij Flaminij facinore inter epulas comisso narrat.
Cum placuisset coniuratis maturare cedem Neronis imp. apud Baias in Villa C. pisonis, quem in principe destinaverant, abnuit piso. inuidiam praetendens si sacra mensa, dijque hospitales cede qualiscunque principis perlucrentur. Tac. lib. xv. car. 117. n°.
Mense uel hostilis genialitas quante apud priscos Romanos reuerentie foret. uide s. uer. proditores Romanis. lib. 2.
Mensam ambitiosam Fortuna, parcam uirtus apponit inquit Democritus, ut refert Marcell. lib. xv. p. 74.
Mensa Cato sen. amicorum parentem, et procreatricem existimauit. plu. in eius ui. car. fi. p. 2. in prin. Unde pau. Aem. eiusdem esse animi dixit, et aciem, et conuiuium bene struere, illam ut formidolosus hostibus hoc ut amicis iucundum esset. plu. in eius ui. car. 158. p. i. ante med. et Cleomenes Spart. Rex amicorum cuiusdam aliquando subiratus est, quod hospites conuiuio suscipiens, parum laute, seu liberaliter eos habuisset: non. n. oportere, inquit, erga hospites tam exacte Laconicum morem seruare. plu. in ui. Cleom. car. 174. p. i. an. me.

Mensarij unde dicti, et quare, et quando primum constituti sint, uide apud Liu. Dec. i. lib. 7. car. 181. in med. et quod eorum esset officium: de quo dubitatur inter legistas: et uide etiam eundem Liu. Dec. 3. lib. 3. p. 333. in prin. et li. 4 pag. 355. circ. med. et lib. vi. p. 412. post med. per totum, iuncta pag. seq. ex quibus totis multa colliges utilia ad declarandas leges tit. de edendo. C. et ff in quibus de mensarijs, aut numularijs fit mentio

Menses apud Indię sapientes in quatuor denuo descripti sunt diis. Curt cap. iii in prin.

~~Menses [illegible]~~

Milites, qui commilitones suos pugnantes deseruerunt, qua pęna Romani affecerint et quomodo eis Remp. amplius non esse committendam censuerit [illegible] vide Liu. dec. 3 lib. v. pag. 3. in fi. cũ seq. et lib. vi. in prim. et lib. vii. p. 421. in fi.

Militibus qui in bello locum, in quo constituti sunt reliquerint aut aliquo metu e castris fugerint, apud Romanos mors pęna est, inquit polyb. lib. i pag. 25 cir fi. Carthaginienses autem si quid ex suis pręfectis aut ducibus formidine uel ignauia uel imperitia quid amittebant uel relinquebant; eos cruci affigebant, ut patet in polyb. lib. i. pag. 38. qua autem pęna afficerentur apud Lacedem. milites deserentes, uide plu. in uita Agesil. cap. 277. p. 2. post mid.

Militum ductores ex acie fugientes persę excoriabant: cutem .n. à ceruicibus ad pedes detrahebant, et utris in morem conflatam suspendebant, ut Chosroes in Nachoragane obseruauit Agath. lib. 4. p. 481.

Miles, qui signa relinquit, aut pręsidio decedit, fustuarium meretur. App. claudius apud Liu. lib. v. cap. 125. cir. med. et uide .§. in uer. pręsidio.

Militum, qui ordines deseruissent signaue amisissent, pęna solennis apud Romanos erat decimatio, cum centurionis, quorum cohortes fugissent, et Antesignani quorum signa amissa fuerunt, partim securi percuterentur, partim occiderentur fustibus. Dionys. Halic. lib. 9. p. 270.

Militari sacramento iubebantur militantes sequi ducem quocunque duceret, atque ducibus potestatem dedit occidendi non parentes, relinquentesue signa indemnatos, et in dicta causa more Romano, apud Dionys. Halic. lib. xi p. 437 [illegible]

Milites qui clypeos amiserant Gręcorum legibus multabantur: non autem qui ensem, aut lanceam. plu. in uita pelop. in prim.

Milites qui segnius pugnauerant, nec in hostium castra cum alijs irruperant, T. Semp. Gracchus citatos singulos iureiurando adegit, nisi quibus morbus causa futura esset, non aliter, quàm stantes cibum potumque quoad stipendia facerent capturos esse. Liu. Dec. 3. lib. 4. p. 354. post prim.

Miles custodiæ alicuius loci præpositus, si dormiens inuentus fuerit, debet e muro præcipitari. argũ eius quod Liu. tradit lib. v. car. 144. in p. cum seq. pem

Milites, qui de uia in alicuius possessionem diuertissent qualiter puniuerit Alex. imp. uide s. uer. prædium.

Milites [illegible] iniuriam inferentes, qua pœna affecerit Alex imp. [illegible] car. 177. et n.

Militum præfectus iurans salua omnia futura dedenti [illegible] uide s. uer. Dux

Militi generoso telam honoris crassiorem texendam aiebat Consaluus. s. uer. honoris lic. 2

Milites dum recensentur [illegible] arrunt, non sunt accusandi, uel comprehendendi priuatorum [illegible] aut delictorum causa. argũ eius quod constituit Augustus ut seq. equites dum recognoscerentur et transuehe[illegible], non possent ab accusatoribus ex equo detrahi, et in ius duci. Sueto. in Aug. cap. 38.

Militum Cæsaris quantus in ipsum amor fuerit quamque ipsũ uitæ suæ præposuerint, uide in Sueto. in uita Jul. Cæs. cap. 68.

Militibus nihil sanctum, aut uenerabile est. Joui. in Alf. Atest. pag. 47. ubi exemplum maximũ eorum auaritiæ, et impietatis.

Militum magnum numerum haud [illegible] ciuitatibus tutum intra urbem suam præsidij causa recipere, licet a socijs mittantur. quia sæpe milites locorum uel amœnitate, uel diuitijs, uel alia qualibet opportunitate capti, indigenis eiectis, et cæsis urbes occupant: sicut Campani milites circa Messanam in Sicilia, milites Romani non multo post circa Rhegiũ Calabriæ fecerũt. licet Resp. Romana grauiter in eos ulta fuerit, partim prælio interficiendo, partim captos (fuerunt autem trecenti capti) uirgis cæsos securi percutiendo. vide polyb. lib. i. pag. 15. et 16. quod et multo ante Romani item milites facere destinauerant in occupanda Capua, et reliquis Campaniæ Vrbibus: nisi Rutilius eorum consilia callide frustratus esset, ut per Liu. dec. i. lib. 3. car. pen. et uide L. Flor. in 2ª dec. Liu. Epit. lib. vii. 2

Militiam formidantes, soliti erant pollices sibi precidere, tanquam idonei amplius non forent ad arma portanda. Heu ignauiam summo supplicio dignissimam. Augustus quidem Equitem Romanum, quod duobus filiis adolescentibus causa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum, bonaque eius subiecit hastę. Sueto. in Aug. cap. 24. et ibi Beroal.

Militię Dux si ad hostes transire meditatur, qua pęna plectendus, uide Iust. lib. 22 cap. 93. ubi propterea Bomilcar pęnorum dux in medio foro patibulo suffixus fuit

Ministri mores illorum imitari debent, quorum sunt Ministri. Demosth. in An... pag. 160. qui n. aliquid agit, inquit, pro Repub. Reip. mores imitari debet

Ministri iustitię quandoque scelera maxima committunt ad quę coercenda ipsi prępositi et delecti sunt. exemplum in Guyssotto prępsito Vigilum apud Tholosanos anno circiter 1520. qui coercendis nocturnis rapinis prępositus, prędabatur ipse in obuios cum satellitio improbissimorum Nebulonum; constatque multos ab eis necatos multos spoliatos in Cisternas, in puteos, fędioraque alia loca coniectos. Arn. Ferr. in Fr.co Vales. cap. 70. n.o

Ministros pacis iniurię, in ipsos qui usserunt recidunt S. uer. ...

Misereri simul, et sapere quam difficile est: nam sapientia, preferendam, idest illud potius faciendum ad quod sapientię et iustitię ratio te inuitat. Agesilaus in suo ... et in apoph. Lacon. cap. 3. p. i.

Miserias eis ... ferunt, qui abscondunt. Eutemon apud Curt. cap. 53. circa fi. quod ad uulgatum reg. iuris facit, quod secreta rei familiaris alicuius non sunt pandenda, ne sit inopi porri inuento erubescendum.

Miseris hominibus, qui sese in peregrinatione multas in calamitates et miserias inciderunt, inopię, mutilationis membrorum, deformitatis, an sit patria repetenda; si possint alibi quiescere uide pulchram disputationem Eutemonis, et Theeti apud Curt. cap. 53. et seq.

Misericordia non parum confert miserijs mortalium. quam et ipsi uelimus in nostra
necessitate impetratam ab alijs, inquit Romulus apud Dionys. Halic. Anti. Rom.
lib. 2. pag. 170.

Moderatio in recusandis honoribus adhibita, solet studia hominū ad eos deferendos multō
magis acuere. sicut in Q. Fab. Max. apud Liu. lib. x. Dec. i. pag. 248. et seq. in me.
et in T. Manlio Torquato, Dec. 3. lib. vi. p. 406. in prin. cum si. prec. et in M
Liuio. lib. 7. pag. 441. in prin. et per totū.
Moderationem animi singularem prese tulit M. Furius Camillus, quum L. Furiū,
qui eius in administrando bello sententiā spreuerat, ideoq in discrimen remp
coniecerat; tn̄ ad aliud bellum proficiscens, collegam sibi optare uoluit.
Liu. lib. vi. car. 160. et seq.

Modestia, pudor et uerecundia quantopere placere soleat etiā in summis hominibus,
quantoq magis prodesse, quàm impudentia, et arrogantia soleat. documento
seculis omnibus esse potest illud quod de Philippi Macedonū Regis filio Demetrio
[illegible] prodidit Just. lib. 32. car. 116 ubi propter modestiam filij, magnarū
offensarum patri uenia data fuit à Romanis. uide ibi.
Mod[illegible] duorum Regum in sortiendo maximo Regno, ad quod quilibet duorum
[illegible], cùm inter se pares essent, aspirabant. uide apud Just. lib 2 [illegible]
Modestiam uniuersi populi Romani in creandis magistratibus [illegible] quam
summa ope [illegible] fuerat, dum de dignitate contenderetur; quoq in certamine
uicerat; miratur Liu. lib. 4. car. 97. et uide. 5. in uer. In Generalibus.
et modestiam uerecundiamq iuniorum in consulendis senioribus, quorum [illegible]
riū suffragio mandarent, uide apud eundē Dec. 3. lib. 6 p. 405 in fi. cum seq.
Modestiam Mamerci Aemylij in serenda iniuria Censoria cùm ea [illegible] per
populū eius causa indignantē, et contra Censores insurgentē posset; quis non mi-
retur? et multo magis cum non solum tulerit ingenti animo, et non concitauerit
populum sibi fauentē: sed etiā authoritate sua, cùm alterius non posset à uindi-
canda iniuria deterruerit? Testis Liu. lib. 4. car. 104. in fi. cum seq.
prodesse autem, siquando uoluerimus impugnare, qui iudicem uel magistratū aliquē
ob ignominiā aliquam, licet iniuria iniustam, aliquo modo laeserit.

Modestiam Romanorum in muneribus accipiendis, uide. S. in uer. Liberalitatem.

E. Modestia oritur rubor, seu uerecundia. Ex uerecundia audacia. apud Thucyd. lib. 1 car. 42. η° ex or. Regis Archidami

Modum non curamus, dummodo effectum habeamus. ista regula legistarum commode iuuari poterit dicto Alexandri Magni, de quo Curt. car. 2 p. 1. in prim. qui Gordianum nodum gladio discidens, nihil interest, inquit, quomodo soluatur.

Modum excedentia suspecta sunt. Dion in Juliano, pag. [illegible]. Sed nemo nostrum, inquit ei fidebat, eratque suspecta omnibus immoderata eius assentatio. Nam quod extra modum fit, licet putetur quibusdam esse gratum, tamen prudentioribus fraude carere non uidetur.

Morbi quidam in filios transeunt. uide Beroal. repet. in Sueto. Galba, cap. xxi

Morbos Aegyptii uel ieiunio curabant, uel uomitu: idque aut quotidie aut tribus diebus, aut quatuor interiectis: asserebant n. ex ciborum superfluitate omnes oriri morbos. eam ergo ad ualetudinem curam esse optimam, quae morborum principia auferat. Diod. Sic. lib. 2. pag. 106.

Mors in aliquibus secuta ob errorem et imprudentiam alicuius non meretur uindicari. S. uer. Homicidium [illegible]

Moritur recte qui turpiter uiuere mauult. polyb. lib. 17. p. 856.

Mortis poena [illegible] permittebant Romani post factum iudicium, ut palam fugam arriperent. polyb. lib. vi. [illegible] Cyll. car. 12 Sabaccus autem Aegyptiorum Rex, genere Aethiops, deorum cultu, liberalitateque et aliis [illegible] prae ceteris regibus excellens [illegible] [illegible] neque [illegible] afficiebat poena, sed opus facere uinctos compedibusque per ciuitates cogebat: quae res non paruo extitit [illegible] plures n. ex eo seruitio pecunias contraxit, ita et poenae acerbitatem leniuit, et [illegible] [illegible] asserente in magnum commodum uertit. Diod. Sic. lib. 2. p. 85. 86

Mori prestat, dum integri, dum intentati sumus quàm diutius uitā trahendo inhonestę mortis aleam subire. sic nos docuit exemplo suo Cocceius Nerua continuus Tiberij imp. omnis diuini humani[que] iuris sciens. vide Tac. lib. v. c. 63. n.°

Mortē sibi ipsis consciscentiū ante damnationem, humabantur corpora, manebant testamenta: sed damnati, publicatis bonis sepultura prohibebantur apud Rom tempore Tiberij imp. eapropter promptas eiusmodi mortes metus carnificis faciebat. Tac. lib. v. cap. 64.

Mortem sibi consciuit Hispulla quædā matrona Romę, ob intentatū sibi crimen in domo Apparitoris, fulcro plumeo uultu contracto incumbens, et animam occluso narium spiramento effundens. Marcell. lib. 28. pag. 407.

Mortis mirum contemptū in Abydenis omnibus seipsos et uxores et liberos occidentibus et incendentibus, ne Philippo Macedonū Regi seruirent a quo Vrbs eorum capta erat, uide apud polyb. lib. xvi. pag. 822.

Mori mauult uir probus et contra principū, et Regum imperia niti, quàm inglorius uiuere. aut aliquid agere, ex quo eius nomen aliquo modo lędatur. cui tn̄ ignoscere debent principes, si ea de causa, id est honoris gratia imperijs eorum non obtemperent. sicut fecit Alexander Magnus, de quo plu. in eius apophtheg. et certe mori debemus malle, quàm aliquid aut nomini nostro ignominiosum, aut anteacta uita indignum perpeti. sicut et [illegible] Carthaginienses censuerunt faciendum, iniquas conditiones pacis proponente Attilio, ut apud polyb. lib. i. pag. 48. et seq

Mortem tn̄ sponte consciscam, non fugam negotiorum, sed actionem quandā oportet esse. ut scz per mortem nostram emolumentum aliquod. aut gloria consequamur Turpe est enim sibi soli uiuere ac mori. et ideo cùm nulla spes nobis relicta est in uita, tunc demum mori decorum est. ita Cleomenes, ut refert plu in eius uita. cap. 177. in pri cum seq

Mors multis nos ęrumnis et calamitatibus eximit. uide omino ap. Tiraq. de Nobilit. cap. 31. n.° 405. cū multis seqq. Et ideo sapientes multi mortē sibi consciuerunt quod se huius uitę miserijs eximerent. ut[?] ibid. n.° 512. 513. Hinc et qui Gades incolunt, et Caspiani, et Thraces natos lacrymis prosequuntur, mortuos cantibus. Sed et quidam Doctor patauinus suo testamento cauit ut cadauer eius ad sepulturam deferretur sine planctibus sed cū cantibus et sonis. ob idq[ue] fuit iudicatus sapiens, et [illegible] malo. ut ibid. refert idē Tiraq. n.° 504. 505.

Vit. nob. in morte [illegible] nunq[uam] dicenti mortuū [illegible] ni[illegible] lucta et [illegible] in [illegible] et [illegible] ne uideamur [illegible] alterius uitę: si tn̄ causa humanitatis [illegible] [illegible] [illegible] amicorum [illegible] cu.

Mortui quandoque seruant viuos: sicut Atheniensibus, sese dedentibus dixit Cesar, omnes iniurias eis remittens propter maiorum gloriam uirtutemque. Dio lib 42 pag 110 [illegible] Cesaris in Ath. dictum.

Mortuis an aliquis sit sensus dubitat polyb. lib. VIII. pag. 190.

Mortui ne intra duo millia passuum ab vrbe cremarentur, edicto cautum fuit Rome tempore triumuir. anno v.c. 716. Dio. lib. 48. p. 236.

Mortuorum cadauera solebant antiquitus septem diebus seruari, et aqua calida ablui, et per interualla conclamari, et post ultimam demum conclamationem comburebantur: quod ideo fiebat: quia solet plerumque uitalis spiritus exclusus putari, qui tamen adhuc inest, et sic homines falluntur sepeliendo uiuos pro demortuis. Beroal. in Apul. Asino. lib. i. car. 10. 7º.

Mortuorum cadauera quomodo ab Aegyptijs condirentur, Herod. lib. 2. p. 135 136 137 Vbi dicit, Vxores insignium uirorum, atque item feminas pulchras defunctas consuesse seruari triduum, uel quatriduum, ne cum eis salinarij concumberent. Deprehensus n. quidam fuerat in coeundo cum recenti cadauere muliebri. Quomodo autem apud Aethiopes in Cippis Vitreis locarentur uide eundem, lib. 3 pag. 194. Vide item Diod. sic. lib. 2. cap. v. in prin. de Aegyptijs.

Mortuos, persae tempore Justiniani imp. ex lege sua sepulturae non mandabant sed demortua corpora, extra Vrbem efferebant, et destinato in loco deponebant, sola, nudaque relinquentes, canibus simul et auibus uel eiusmodi ceteris obscenis sarcouoris animantibus lanianda et absumenda; ita ut nudata carnibus ossa per campos dispersa iacerent. Cadauer autem ad quod non statim dilacerandum aduolassent aues, aut canes accessissent, hominis fuisse affirmabant qui inquinatis moribus foret, iniquusque animi, et dignus qui in barathrum desiceretur etc. Vide omnino multa miranda de hoc apud Agath lib. 2. p. 427. ubi de Mermeroir sepultura.

Mortuos, antequam sepulchro conderentur, licebat ex Aegyptiorum lege accusare et si quis comprobatus esset male uixisse, iudices sententiam ferebant qua corpus eius sepulchro priuabant etc. Diod. sic. lib. 2. cap. v. p. 119.

Mortuos illustres viros efferunt ad Rostra Romani una cum imaginibus antiquorum eius, ubi gesta et laudes eius commemorabantur a propinquis Vide polyb lib. vi p 100 [illegible]

Mortuos in bello pro patria, quanto honoribus persequerentur Athenienses in funere et quomodo laudarent uide Thucid lib i. car. 40 41

Cum Mortua uxor n. Melissa comburit periander corinthi Tyrannus, ut ipsius imago preparatur, dicens cum in frigidum furnum panes misisse. Herod lib v pag 27[illegible]. ~~et Caterum~~

Mortuum inimicum nostrum, quamuis acerrimi odio ulter[illegible] prosequi, perq; impium est: docere nos idipsum plebs tota Romana potest: quę quum autoribus Tribunis impedire laudationem Appij Claudij, omnium hominum plebi infensissimi, facile posset: tamen non solum fraudari solenni honore supremum diem illius uiri noluit: sed et laudationem eius ęquis [illegible] auribus audiuit, non minus quàm uiui accusationem libenter audierat: et exequias quoq; celebrandis frequens interfuit. Liu. lib. 2. Dec. i. car. 58. Et Annibal, qui T. Gracchi, à quo plurima detrimenta passus erat, à suis per insidias interfecti exequias omni rerum uerborumq; honore celebrauit. ut ait Liu. Dec. 3. lib. v. p. 380 post prin. quod et in Mar. Marcello facere studuit. ut idē Liu. ea. Dec. Quare laudatur Solon, qui lege prohibuit, in defunctos maledicta conijcere. nam et pium esse eos sacros ducere, qui à uita discesserint; et iustum, his, qui esse desierunt, abstinere, et ciuilium inimicitiarum aliquando modum statuere, nec in infinitum progredi, iniure. plu. in uita Solo. car 35. post mei.

Mulieres quandoq; plus precibus. et lachrymis suis effecerunt ad patrię salutem, quàm uiri armis, aut religione, aut quacunq; ope. ut in Veturia, et Volumnia apud Liu. lib. 2. Dec i car. 48. et in Sabinis mulieribus, apud eundem lib. i. car. 7. in pi. et in Sophonisba, quę uictorem Masanissam ipsa captiua uinxit, ut refert Liu. Dec. 3. lib. x. fol. 503.

Mulierum sagacitatem, et acumen in Leonidę Spartanorum Regis sorore, si spectare uelimus, omnium hominum consilium superat; cum ipsa id deprehenderit in Demarati literis, quod hominum nemo potuit. uide Iust. lib. 2. car. 16. p. 2. Herod. lib. 7. in pi. et quod refert plu. in ui. Camilli car. 70. [illegible] et in uita Rom. in fi. de serua, Tutola nomine, siue Philotide, quę consilio suo docuit, ut Romani uincerent Latinos. et Valeria una potest dici seruasse Romā ab ira Coriolani, quū ipsa cogitarit de adhibenda [illegible] et uxore in deprecanda eiusdem ira. plu. in ui. Coriol. car. 61. p. i. in pi. Dionys. Halic. Antiq. Ro. lib. viii. pag. 138.

Mulierum [illegible] apud Arn. ferr. in Fr. Vales. car. 192. C. E ubi Feminę Peronenses et Fani Requirij militū munere functę sunt [illegible] defenden[illegible] [illegible] quędam uirili habitu dimicantes [illegible] Cęsarianis [illegible]

Mulieres quandoque pre multitudine earum suprani extinctę. Herod. lib. vii. p. 549.

Mulierum prostitutarum ad frugem redeuntium resipiscentium, Cenobium Lutetię institutum fuit sub Carolo viii. indeque ad alias Gallię Vrbes manauit. Simile apud Viennenses dicatum, quarum siquis ad lauem pristini sceleris redierit, pęna est in Danubium precipitatio. Arn. Ferr. in Car. viii. car. 25.

Mulierum animus paruis rebus mobilis est. Liu. lib. vi. car. 165. in fi. tamen aliquando maxima constantia, fidesque in mulieribus est reperta, ut in Paula Busa Cannusina erga Romanos. uide Liu. Dec. 3. lib. 2. p. 317. i fi.

Mulieri amissa pudicitia nihil salui est. Lucretia apud Liu. in p. i. et ultionem uiolatę per uim pudicitię à Centurione, in cuius custodia erat; Orgiagontis reguli Gallogręcorum uxor captiua mira uirtute sumpsit, iugulato Centurioni per suos necessarios, qui ad eam redimendam venerant. Liu. Dec. 4. lib. viii. pag. 672. in med.

Mulieres preferunt concubinarios suos ipsis cognatis et propinquis. apud Iust. hoc licet uidere, lib. 43. car. 144. post med. Vide exemplum in Demosth. orat. in Steph. Et preferunt sponsos fratribus et patrię, sicut est uidere in sorore Horatiorum trigeminorum, apud Dionys. Halic. Antiq. Ro. lib. 3. pag. 246. 247.

Mulieres quasdam Germani, ueluti Deas sunt uenerati, sicut Auriniam, et Veledam. uide Beroal. refer. in Sueto. Vitell. cap. 14. Tacitum in lib. de Germ. morib. car. 204.

Mulierum uera ornamenta, pudicitia, non uestes pretiosę sunt. Mulieres Crotonienses apud Iust. lib. xx. car. 86. p. 2. Et pudicitiam uiolatam acriter ulta fuit Timoclea Thebana, interfecto miris insidijs uiolatore. uide ipso Plu. in uita Alex. Mag. car. 297. p. i. ad med.

Mulieres Sabinę tantam prudentiam simul et fortitudinem cum prelium inter Tatium et Romulum propter earum raptum consertum erat, osten derunt, ut omnibus seculis ornamentum fęminis afferre possint. Plu. in uita Romuli, car. 12.

Mulierum uirtutem si extollere uolueris, Artemisiam Reginam Halicarnassi afferre poteris, de qua Iust. lib. 2. car. 18. p. 2. Herod. lib. 7. p. 4.8. Amazones, de quibus idem Iust. lib. 2. c. i. per to. Tamyrim, de qua idem lib. i. car. 8. et Semiramidem, de qua idem in prin. lib. i. et Spartanas quę mira uirtute aduersus Pyrrhum urbem defenderunt. Iu. lib. 25. car. 102. Et Catherina Comitissa Foriliuij. interfecto à populo, Hieronymo marito, captis suis paruis: nihilominus deceptis Foroliuiensibus in arcem euasit, et ulta est interfectores mariti: licet illi minarentur liberos eius interficere: quod ipsa mira fortitudine neglexit et ostensis genitalibus dixit se habere unde alios gigneret. Machia. dis. ur. l. ... cap. 6 circa

Mulierum in maritos perfidiam si arguere volueris, adducere poteris Euridices Reginę exemplū insigne, de quo Just. lib. 7. car. 37. ferè per to. et Spitaminis uxoris, de qua Curt. car. 107. per to. et Gangaridarū Reginę, de qua Curt. car. 128. p. 1. per to. et Hostilię, quę maritū suū C. Calpurniū pisonem Cos. ueneno indicata fuit sustulisse, ut filiū ex primo matrimonio ad consulatū, eius in locum eueheret. uide .s. in uer. Matri. et in uer. Mulieris. lib. 2.

Mulierū improbitatē in ueneficijs conficiendis, uide apud Liu. dec. 1 lib. viii. p. 203 post med. ubi tot primores vrbis eo scelere sunt à matronis extincti, ut prius prodderetur, pestis esse crederetur. et tandem eiusce criminis ad clxxxx matronę condemnatę sunt. et quę de Locusta apud Tac. pluribus in locis.

Mulieribus incantamentis Cleopatrę Antonius peruersus, ac in insaniā deductus fuisse creditus fuit ut se credere dixit Octauius in sua ad milites oratione ante prelium nauale Actiacū. apud Dio. lib. 50. car. 267.

Mulierū leuitatē, impudicitiā, et imprudentiam satis repręsentauit Bona mater Galeatij Sfortię Ducis Mediolan. ap. Arn. Ferr. in Car. viii car. 6 p. 2

Mulieribus uiduis nubere legibus Romanis non licebat ante decimū mensem à morte uiri. plu. in uita Anton. car. 400. p. 1. ad med.

Mulierū uirtutem, et prudentiam ex ijs asserere poteris, quę de Aspasia dicit plu. in ui. periclis car. 83. cir. fi cū seq. quę à multis philosophis propter laudata fuit, et à magnis Regibus adamata et culta. [illegible] quòd Lacedęmonij mulieribus suis ualdè obsequentes erant, non minus publica quàm priuata consilia cum illis soliti communicare, atq̃ ad agendū etiam socias adsibere, et rerū suarum dominas constituere. plu. in ui. Agid. car 169. in prin. propter inatam seu mulieribus uirtutem. Sed et carū uirtus et amor in patriā maior, quàm uirorum probari potest ex ijs, quę de Archidamia, et alijs Spartanis tradit plu. in uita pyrr. car. 209 p. 1. in p. nam cùm Lacedęmonij decreuissent urgente bello, fęminas omnes in Cretā mittere. ipsę contradixerunt quarum Archidamia cum gladio in senatum uenit, uiros iurgans, si uiuendum fęminis putent, Sparta euersa. et fortitudinem Teutonicarū mulierum, uide apud plu. in uita Marij, car. 214. p. 1. et 216. p. 1. in fi. Mulier mascula Fredegundis, et periculis. prelijsq̃ se intermiscens, fuit. pau. Aemil. car. 17. p.º 1

Mulieres Alatarę uirili animo, quę in expugnatione Albę Regalis duos Turcas uno ictu fęnaris falcis peremit, uide apud Joui hist lib. 43 car. 448.

Mulier nobilis nubens ignobili, fit et ipsa ignobilis, et omnino sequitur conditionem ... quare Virginiam patriciam, cum e patribus enupsisset matronę patricię sacris arcuerunt, quę pudicitię patricię conficiebantur. Vide Liu. Dec. i. lib. x pag. 253. in med. et ibidem uidebis =

Mulierum certamen de pudicitia, inter plebeias et patricias matronas ... etiam ... mosces -

Mulieres illas tantum Deę pudicitię ius sacrificandi habuisse, quę essent matronę spectatę pudicitię, et quę uni uiro nuptę fuissent, et nec ad ... ipsum uirgines deductę fuissent.

Mulieres omnes, ut essent communes, Cabades Persarum Rex lata lege sanxit Vide procop. bel. pers. lib. i. p. 230.

Muliebris impudicitię exemplum uide in Ducissa Bona Sfortia, et Joanna i. et 2. Reginis Neapolis, apud Guic. hist. lib. i. cap. 2. et 12.

Mulieres stupri damnatę pecunia mulctabantur. Liu. Dec. i. lib. x. p. 258. in med.

Mulieribus numos distribuere, et donare consueuerant Reges cum ad aliquam Vrbem Persarum adirent: quare nonnulli Reges numquam in persas proficiscebantur, ut fecit Ochus sed Alexander magnus morem eorum liberalissime seruauit. plu. in uita Alex. mag. car. 309. p. i. post prin.

Mulieribus blanditijs dies noctesque circumseptum non est facile sui liberare animum. ita de Hierone Liu. lib. 4. p. 2. post med. Dec. 3. multo minus iuueni, ut in Syphace est uidere, et paulo post in Masanissa: quos Sophonisba pro arbitrio suo aliquandiu circumegit. ut apud Liu. Dec. 3 lib. 9. et x. unde Solon statuit, ut suasionibus, et blanditijs muliebribus institutus heres non posset consequi hereditatem. uide in uer. Hereditates. 5

Multitudo hominum facit, ut discrimen recte ac perperam facti confundatur. ... facinora clandestina multa fiant. et ideo ubi multitudo est, et in frequentibus Vrbibus maiori prouidentia opus est ad pericula curanda: et ad facinora ... puniendo maior industria et cura erit adhibenda, quam in paruis oppidis, ubi nihil celatum ... potest, nihil clandestine fieri. Liu. ad hoc argumentum proeget in lib. i. Dec. i car. 18 in fi. prin

Multitudinis animi tam incerti atque inęstimabiles sunt, ut nihil eque incertum et inęstimabile sit. Liu. Dec. 4. lib. i. pag. 133. in pri

Multitudo delinquentiũ non debet facere quominus pęna cond[...] delinquentibus [...]ratur. uide .s. in ver. Militũ. et .s. in uer. Leges et ostendit Liu. Dec. 3. lib. 4. p. 361. in prin. et uide in uer. perfugę et lib. VIII. p. 465. cũ seq. et Dec. 4. lib. 2. p. 552. ante med. et Dec. 4. lib. 9. pag. 701. post med. et lib. X. p. 731. circ. fi. Laudatur illud Tyber Nã, quum pollentina plebs funus cuiusdam pri[...]pilaris non prius ex foro mi[...] quàm [...] orta [...] per urbem [...] ad gla[...]torium munus occulté militibus in oppidum immissis partem maiorem [...] ac decurionũ in perpetua uincula conieciit. Sueto. in Tyb. cap. 37.

Mul[...]tudinis hęc est natura: aut seruit humiliter, aut superbé dominatur: libertatem, quę media est, nec spernere modicé, nec habere sciunt. Liu. Dec. 3. lib. 4. p. 358. in fi. ubi sęuitia singularis narratur. et ibidem etiam uidebis.

Multitudinis animos facile mutabiles esse. et breui ex ira flecti ad misericordiam. populari multitudine nihil est nec in[...]entius neque insolentius. Megabysus apud Herod. lib. 3. p. 222.

Multitudo, pretio uenalis est. Liu. Dec. 4. lib. V. pag. fi.

Multitudo omnis, sicut natura maris, per se immobilis, est: ut uenti et auręciant: aut tranquilli, aut procellosi: et causa in ea atque origo furoris omnis penes [...] est [...] contagione insanis [...] apud Liu. Dec. 3. lib. VIII. p. 465. post prin. et unde culpa est orta, ibi pęna debet consistere: [...] castigatio satis est [...] p. 464. an[...] et 466. per to. et Leon Atheniensis legatus multitudinem item ait similem esse mari tran[...] [...] quod uentis concitatur, Aetolorum leuitatem excusare Romanis uolens. Liu. Dec. 4. lib. VIII. p. 665. in fi. et cum de cius[...] [...] suos proceres Scipio Aphr. Maior pari in eos à quibus [...] tumultus [...] erat animaduertendũ. et reliquis ignoscendum censuit: sic .n. fieri posse ostendit, ut pęna ad paucos, [...] exemplum ad multos perueniret. Hanc sententiam sequutus Scipio, [...] uide plu. in ui. Scipio. Aphr. cap. 121. p. 2. in prin. et med. per to.

Multitudo egena rerum nouarum est cupida [...] .s. in uer. plebs

Multitudini pr[...] [...] quia non ad [...] consilia sua eorũ perraro placere consueuerunt plu in comp. Lucul. et Cim. pag. 2 an. me.

Muros vrbis transcendens, capite mulctandus est, ut in Remum fratrem Romulus fecisse traditur. Liu. in .i. lib. i. dec. cap. 4

Musicam unicuique hominibus utilem esse, ijsque in primis, qui duriorem et ferociorem naturam habent; testis est Polyb. qui quantopere apud Græcos, et Arcadas maxime, fuerit in pretio, et de eius laudibus multa notatu digna tradit. lib. 4. cap. 339. cum seq. Philippus tamen Rex macedonum, eam parum conuenire principi duxit; qui quum accepisset filium suauiter quodam in loco cecinisse; non te pudet, inquit quod ita pulchre canere scias? satis est .n. regi, canentibus alijs, audiendi otium suppetere. ipsum autem per se opus explere humilium atque abiectorum rerum, ex labore illis impenso desidiam suam ad præclara opera et inertiam facile arguit. plu. in ui. peric. in prin. uide Beroal. refer. de hoc apud Sueto. Nero. cap. xx. et ui ibi Sabell.

Musicæ operam dantes immunitate semper potiti sunt quod à Dionysio inductum, posteri quoque seruarunt. Diod. lib. v. p. 294.

Musicæ certamen inter Apollinem et Marsyam. uide in uer Apollini. lib 2

Mutuis maleficijs ignis impunitas datur ; uer. Scelerious.

Mutuo pecuniæ absque scriptura creditæ, si negetur standum est debitoris iuramento secundum leges antiquas Bocchoridis Aegyptiorum Regis tempore quæ iusiurandum ueluti religiosam rem magni æstimabant, et iniquum esse putabant eos, à quibus absque iureiurando credita pecunia esset, de re sua iurantibus non præstare fidem. Diod. sic. lib. 2 p. 103. Vbi etiam additur, Fænus, quod ex scripto contrahebatur, prohibitum ijsdem legibus fuisse ultra contracti mutui duplum exigi: et quod solutio ex bonis debitoris solum peteret: corpus non teneretur addici creditori.

Nani, siue pumiliones, nonnulli ex ciuibus Romanis fuere. sicuti Manius Maximus et M. Tullius equites Romani, qui binum cubitorū fuere. quos Plinius uidisse se refert in loculis asseruatos. et Lucius quidam honesti natus, qui erat bipedali minor, librarum septendecim, uocis immensæ. Sueto. in Aug. cap. 43 uid et Beroal.

Nanū habuit M. Antonius triumuir Sisyphum nomine, infra bipedalem staturam, ingenio tn̄ uiuacem. Beroal. in Sueto. Aug. cap. 43.

Natura perpetua est, ideoq̧ causæ uel odij, uel amoris naturales, idest ex diuersitate naturæ, uel similitudine procedentia odia, et amores, perpetua et ipsa, uel ipsi sunt. Liu. in persona Macedonū legatorū. Dec. 4. lib. i. pag. 530. in fi.

Natura aliquid est tale, qn̄ perpetuo tale est. Thebani ap. Thucyd. lib. 3. c. 160. n.

Naturæ uis nullo antiquatur tempore, sed firmiter inhæret omnibus sensum habentibus. Marcius apud Dionys. Halic. lib. VIII. p. 132. 133.

Natura ubiq̧ una mater est. in Alex. sen. car. 142.

Naturæ leges abrogari, aut cogi non possunt. Dionysius ap. plu. in ui. Pelo. car. 35. p. i. ante med.

Natura per honores non immutatur, si mala sit. ut indicat rusticanū illud prouerbiū. Vulpes pilum mutat, non mores in Vespasianū propter auaritiam iactatum. Sueto. in Vespas. cap. XV.

Naturæ, siue ingenij uitia et defectus, sedulitate, cura, labore et studio non solum magnopere, sed etiam prorsus remittuntur, et corriguntur: ut pulchre disputat plu. in lib. de lib. educ. cap. de vita instit.

Naturalibus uitijs in aliquo existentibus nulla lex, nullus metus plus ualet. Liuia apud Dion. lib. 55. p. 742.

Naturam etiam mitem et tractabilem fortuna corrumpit ut in Dario uidere est apud Cur. car 3 p. i. et in Alexandro apud eundē, lib. x. car. 147. p. 2.

Naturā hominis potentia ipsa præcipue profert, præ gerendarū rerum licentia mores suos emittentes in publicū mores. Longobardorū oratio ad Justinianū apud Procop. de bel. Goth. lib. 3. p. 185.

Naturas audaces hominum, et bonas uoluntates nihil prohibet magnis adues[?] contra merita contingentibus, immutari. ut in uita Sertorij ait plu. car. 227. p. i. ad fi.

Naturam suæ uitæ ducem, non multorum opinionem sequi, iussus est Cicero Apollinis oraculo, si uellet clarissimus euadere. plu. in ui. Cicer. car. 2. p. 1 in fi.

Naturali uirtus omni arti, atque exercitationi antecellit. ut s. in uer. Virtus

Naturali ratione uerior reperiri haud facile potest. polyb. lib. 4. pag. 317.

Naturales, et Spurij. quod aliquando boni sint uiri, contra comunem opin. probatur ex uita Borsij Atestini principis, qui quum principatum pacifice teneret expulso Hercule legitimo successore, tamen contentus ipse regnare, semper in cœlibatu uiuere uoluit, et accersitum Herculem Mutinæ principatu donauit; ac deinde successorem reliquit. Iovi. in ui. Alf. Atest. pag. 6. Homerus ex furtiuo concubitu natus est et sic fuit spurius. Herod. in eius uita. Teodoricus Rex Ostrogothorum nobilissimus qui à Zenone imp. Italiæ Rex creatus fuit, ex Teodorico 2. Rege gothorum ex Arileua concubina eius natus dicitur Coment. li. 1. car. 13. Ferdinandus primus Rex Neapolitanus Alfonsi filius naturalis fuit apprimè strenuus. Guicc. hist. li. 1. car. 13. Vide s. uer. Spurij. lib. 2. et Tiraq. de Nobilit. cap. xv. à nu. 30.

Naturales, uiri fortes, et strenui à Columnensibus, Malatestis, Balconibus, Vitellijs et Vrsinis ex antiquo familiarum suarum instituto, sæpe recepti et comprehensi fuerunt in corpus earum, et honorati et sæpe præpositi legitimis ignauis et inquam; cùm nunquam crediderint, ordinem legis posse præiudicare ordini naturæ, quæ producit homines fortes, et uirtute præditos non secundum regulas humanas, sed secundum dispositionem suimet, et non habet rationem nisi substantiæ rerum stabilis et firmæ, et non apparentiæ debilis. et parui momenti. Franc. Sanson. Virorum illustr. Dom. Vrsinæ. lib. 2. in prin. carta. 8.

Naturales filij adeo plus diliguntur à patribus, quàm fratres legitimi et naturales, ut fratribus mortem procurent ad hoc ut filij naturales succedant in principatum, ut est uidere apud Saram. hist. Veron. lib. 2. exemplo Canis magni secundi, qui properent Tribaldum et Gulielmum filios suos ex amita genitos Cani Signorio et paulo Alboino fratribus, qui de iure succedere debebant,

fuit propterea à Cane signorio interfectus. et rursus exemplo Canis Signorij, qui institutis heredibus suis Bartolomeo, et Antonio filijs naturalibus, ut pararet eis plenam securitatem, paulum Albuinū fratrem suum primo calumniandum, et in perpetuam carcerem truden[illegible], deinde enecandum curauit, cap. 36. usq. ad cap. 40.

Naturales filij, appellantur à Suetonio, in Tyb. cap. 52. in prin. qui sunt legitimi: et à iurisconsultis frequenter patres naturales dicuntur, qui uulgo legitimi. uide ibidē Beroal.

Neapolitani, et ceteri eius Regni incolę, sunt preter ceteros instabiles, et rerum nouarum cupidi. Guicciard. lib. 2. cap. 90.

Neapolitanorū fidelitatem, et munificentiam in Romanos, uide. S. in uer. Liberalitas

Neapolitanum Regnū est antiquum Feudum Ecclesię Romanę. Guicc. lib. i. hist. cap. 6. n° et cap. 30. n° et 3i.

Neapolitanum Regnum quo iure pertineat ad Andegauenses, siue quas pretensiones illi habeant super eo, uide Guicc. hist. lib. i. cap. ii. cum seqq. Ubi etiā uide de pretensionibus Regum Gallorū, et cap. 15. et 30. 3i.

Necessitas ante rationem est. Curt. cap. 94. in fi. Vide. S. in uer. obediendi

Cùm Helu. pertinax imp. ob ęrarij inopiam coactus fuisset exigere ea, quę Commodus indixerat, contra q̄ professus fuerat, Lollianus Getianus aggressus est eum uerbis quòd contra promissum faceret. ille necessitatis rationem adduxit. Capit. in ei[illegible]

Necessitatem ne dij quidem superant. Liu. Dec. i. lib. 9. p. 4. in prin. postremo cogitantes necessitatis uim, cui soli cognuntur uel dij cedere, inquit Agrippa Men. apud Dionys. Halic. lib. vi. pag. 570.

Necessitati temporibusq. permissa, loco immortalis legis haberi non oportet S. [illegible] pascalis pontifex.

Necessitate extorta tantisper durant, donec cogat ea necessitas. apud Dionys Halic. l. viii pag. 136.

Necessitas in aduersis efficacior, quàm ratio. Curt. cap. 108. p. 2. in prim.

Necessitatem maximam liberis hominibus esse censeo infamiam ac dedecus, inquit Demosth. phil. i. car. 3. idem repetit philip. 4. dicens. quid tergiversamur? aut quid immoramur? aut quando tandem Athenienses preclare, et laudabiliter agere animum inducemus? an cum necessitas coget? pro Dij immortales, que necessitas! quam. n. liberorum hominum necessitatem aliquis dixerit, ea non solum iam adest, sed etiã multo ante preterijt: quam vero servoru execrari istam, non, ut adsit, expectare debemus. Differt autem hoc inter utranque, quod homini libero maxima necessitas est dedecus et infamia; atque haud scio, an ulla maior esse possit: servo autem plage, corporisque percussio, que ne unquam vocatur ignominia, ne munere quidem hominum est? vide etiã. s. in uer. Depensionis. Demosth. in philip. 4. pa. 58. et in orat. de Cheronisso, p. 42. et. s. uer. Honoris. Demosth. in olynth. i. car. fi. Accedit (inquit) proterviras. atque insuper ipsius rei dedecus, nullo minus detrimento, sani quidẽ hominib.,

Negligenter scribe puniendi. uide in uer. scribe, lib. 2.

Nobiles sunt interdum studiosis parum aequi, Arn. Ferr in Lud. xii. lib 7. c 26 7°

Nobiles se omnes pariter esse, existimabant Aegyptij: et propterea cum ad laudes defunctorum uertebantur, nil de genere eius dicebant, sed ordiebãtur à pueritia, in qua etc Diod. Sic. lib. 2. cap. v. pag. iiq.

Nobilissimis uiris non sunt condonanda peccata. vide. s. uer. pene

Nobilissimis Ducibus uenia dari solet, gratiaque delicti fieri, sicut in Ioanne Duce Burgundie seruatũ fuit à Carolo. V. Francorũ Rege, licet ille ducem Aurelianorũ Ludouicum occidisset. pau. Aem. in Car. vi. p. 217 et 7°

Nobiles ab humilibus dissidere, non est nouum. s. uer. pauperes. lib. 2.

Nobiliter nati magnam honoris curam habere solent, Guicc. l. i. car. 47.

Nobiles. seu recte, seu perperam facere coeperunt, ita in utroque excellunt, ut nemo nostro ... loco natus assequi possit. Cic. in Orationũ uol. i. orat. i car. 6. n.° in princ.

Nobilitas familiæ fauorem affert Reo. Vnde illud. Si mihi non uis parcere, parce meis. Hoc et alia, uide per Beroal. in Sueto. in Aug. cap. v.
Nobilitatis uera signa existimabat Theseus esse preclara facinora. plu. in ui. Thesei, car. 2. pag. i. in med.
Nobilissimum id esse, quod optimū esset, existimabant Romani, et in cuiusque animo uirtus inesset, ei plurimum esse tribuendum. Vide apud Velleium plura exempla de hominibus nouis, et etiam ignotæ originis, qui ad supremos honores Romæ ascenderunt, à car. 263. et seq.
Nobilitatem hominis nulla alia re, quàm uirtute constare ducimus, inquit Tullus Rex apud Dionys. Halic. antiq. Ro. lib. 3. pag. 234.
Nobilitatē generis splendore uirtutis allexit Pupien. Maximus, ut inquit Capitol. in eius, et Balb. uita. car. 171. $η^o$

Nomen inditum à parentibus pro opprobrio obijcere, stultū est, cùm in potestate nostra non sit impositio nostri nōis. Sueto. in Aug. cap. vii. ubi et Beroal.
Nomen filiorum, apud præfectum ærarij, publicis actis patres more Romani inserebant. Jul. Cap. in Gord. car. 158. $η^o$

Notarij, unde dicti, et qn̄ primum inuenti uide plu. in Cat. iun. car. 336. p 2. ante med.
Notarium, qui falsum causæ breuem in consilio imperatorio retulerat, incisis digitorum neruis, ita ut nunquā posset scribere, deportauit Alex. Seuerus imp. Lampr. car. 127. in fi.
Notarios, et descriptores, siue, ut uulgò Copistas multū odit Nicolaus. 3. Pont. Max. Vrsinus uti homines uiuentes solùm ex sanguine pauperum, et multas familias in precepс agentes. Franc. Sanson. in hist. Domus Vrsinæ, li. 2. car. 30.

Notissimum quodque malum maximè tolerabile. Liu. in ore Campanorū, Dec. 3. lib. 3. pag. 2! et uide in uer. Generalibus.

Noua pleraq̧ comenta mortalium in uerbis uim habent: explenda, cum agi, non quemadmodũ agantur edisseri oportet, sine ullo effectu euanescunt. Liu. Dec. v. lib. 4. pag. 806. in prin. quę est pen

Nouis socijs uix assuescere potest senilis animus; et cum moribus notis facilius communicantur consilia, inquit Fabius ap. Liu. Dec. i. l. x. p. 253. an. me.

Nouis rebus, nefarijsq̧ consilijs in pace locus non est. Aemil. Veron. de reb. Gall. li. i. pag. 2. q.ᵘ dum de Stilicone loquitur.

Nouitas omnis prębere sermones solet. Liu. Dec. 4. lib. 4. pag. 591. ante med. et uide. s. in uer. Veteribus. et. s. in uer. Legũ. lib. 2.

Nouitas, multarum rerum, quę nunq̃ sunt, falsum hominibus terrorem affert. plu. in uita Marij, car. 214. in prin.

Nox obscura non sinit cognosci uultum Malefactorũ. Vt in causa Alcibiadis, cum imputatus fuit statuã Mercurij deiecisse. apud plu. in ei. ui. car. 49. q.ᵘ Sed et sole orto, si lux turbida sit, quòd eam exorta densa forte caligo premat, uanę species suggeruntur, uide. s. uer. Aetus. lib. 2.

Nocturnis tenebris hebetari terrore solent mentes, ut inter innumera Aiax Homericus docet, optans perire potius luce, quàm pati formidinis augmenta nocturnę. Marcelli. lib. 28. pag. 408.

Nocturna maleficia probantur per unum testem, eo addito, quòd accusatus prolixus ea nocte mansisse ubi factũ fuit maleficiũ. Octauius Sagitta interfecit pontiã, nullo conscio nisi uno liberto suo, qui tñ profitebatur se facinus illud comisisse. et Ancilla pontię, quę et ipsa uulnerata ab ipso fuerat: et tñ antequã ea rem aperiret, dicitur, ex eo haud ambiguum fuisse percussorem. quia mãsitasse unà conuincebatur. Vide Tac. lib. 13. car. 94. q.ᵘ

Nocturna maleficia quandoq̧ comittuntur ab ijs ipsis, qui maleficijs nocte coercendis prępositi sunt, uide. s. uer. Ministri.

[illegible] Cęsaris [illegible] Gallorũ [illegible]

[illegible] apparuit [illegible]

Nubere impari mulieres ęgre ferunt, maxime si earum sorores paribus, uel digni-
tibus nuptę sint: sicut in Fabij Ambusti duabus filijs uidere licet apud Liu.
dec. i. lib. vi. pag. 105. in fi. Non tn̄ eas parentes grauioris fortunę conditioni
licet precibus fatigati, libenter, aut facile debent nuptijs illigare: sicut Chalci-
densis quidā Cleoptolemus fecit: qui non nisi post [illegible] preces Antiocho Regi
filiam suā matrimonio locauit. Liu. dec. 4. lib. vi. pag. 620. in fi.
solent .n. huiusmodi cōnubia inauspicata, et infelicia esse, uide .ī. uer. Vxores ex
priuatis, lib. 2.

Nuptę plus quàm semel, non habebant ius sacrificandi deę pudicitię. uide .ī.
in uer. Mulieres illas.

Nouę nuptę honor, et reuerentia illa tribuitur, ut officiales et inquisitores
publici domū illam non perscrutentur, in quam ipsa ducta ad maritum, it.
uide in uer. Vxor. lib. 2.

Nouę nuptę prius imbantur à conuiuis quàm à sponso. uide .ī. uer. Sponsę.

Nouas nuptas quandoq̃ patres plus diligunt, quàm filios ex priore uxore
pau. Aemil. car. 10. A. B.

Nuptię secundę an fieri possint, damnato priore coniugio, et utroq̃ adhuc [illegible],
uide apud Joui. hist. lib. 31. car. 179.

Nuptias secundas contrahens, si liberos ex primo matrimonio haberet, à consilio
senatuq̃ patrię penitus submouebatur per leges Charondę Thuriorū legislatoris
existimantis, patriam nunq̃ ab eo consilia recta ac salubria sperare posse,
qui liberis proprijs malè consuluisset [illegible] communi Diod. sic. Biblioth. li. 12
pag. 653. 658.

Nuptias Romanis prolixa oratione suasit Augustus, ap. Dion. li. 56. in prin.

Nuptias [illegible] siquis occupet, cum interficere sponso licere Orestis exemplo
indicare poterimus, de quo infra in uer. Sponsalibus.

Innuptis utriusq̃ sexus grauiorem mulctam imposuit Augustus, contra
Nuptiarum, et multitudinis liberûm pręmia constituit. Dion lib. 54.
pag. 326.

Nuptię primę felices ac faustę, [illegible] secundę uero tristes ac detestandę [illegible]
[illegible] mortui coniuges [illegible] Alexander [illegible] Glaphira [illegible]
uxori apparuit [illegible] matrimonio post mortē [illegible]
amplecti [illegible], indignati similis [illegible] [illegible] dicere [illegible] Glaphira, prom[illegible]
[illegible] ita amoris erga te [illegible], quorū memorē te ipse [illegible] sed [illegible]
[illegible] nuptias [illegible] etiā non tertias [illegible] sed mihi [illegible]
[illegible] mulier, atq̃ biduo [illegible] [illegible]
quē etiā uid. [illegible] 113 [illegible] uerbo signif.

Nurum aduersus socerum iurgari, maxime nefas ducebant Romani. ideoq; sicuti de magno scelere scripserunt, pinarij uxorem, Talcam nomine, primam aduersus Gitaniam eius socrum, Tarquinio superbo regnante, iurgium fecisse. plu. in Nu. et Lycur. comp. car. 30. p. 2. in prin.

Obedientia subditorũ, disciplinę principiũ est: nam qui recte ducit, ut recte se-
quatur efficit. atq sicuti equestris artis est mansuetum prestare et obs-
quentem equum, sic et regię disciplinę munus, obedientes efficere.
plu. in ui. Lycur. car. fi. p. i. cir. fi.
publicola, inter alias, tulit legem, qua eos, qui minus consulibus paruissent,
quinq Boum et duarũ ouium multa affecit. plu. in publi. c. 40. p. i. in fi.
Ephoris autẽ spartę mos erat, cumprimum magistratu inierant, dimisso
per Vrbẽ precone, ciuibus precipere, ut singuli barbã circa mentũ tonderent
ut scz iuuenis à rebus minimis assuescerent magistratibus obtemperare.
plu. in Cleom. c. 173. p. i. post med. Minimis .n. in rebus diligentiã abijcien[s],
magnarũ quoq rerũ custodiam tollit. nemo .n. ab initio magno excessu remp.
turbat. plu. in ui. pau. Aemil. car. i. ante fi.

Obediens alicui paruis in rebus eodem modo reddit se ei subiectum, ac magnis
in rebus obediret, sm periclem apud Thucyd. lib. i. car. 70. et 71.

Obediendi uirtus ęque atq imperandi, naturę est generosę, educationisq
philosophicę. plato, de quo plu. in ui. Galbę. in prim.

Obediendi necessitas excusare debet eum, qui cumprimũ facultatẽ habeat,
uindicet se in libertatem. Helu. pertinax in senatu gratias egit Lęto
prefecto pretorij, quo authore et Cõmodus interemptus, et ipse pertinax
imperator fuerat factus. Tunc Falco cos ad pertinacem conuersus
qualis, inquit, Imperator sis futurus, hinc intelligimus, quod Laetum,
et Martianũ ministros scelerum Commodi post te [illegible], Cui pertinax
respondit, juuenis es Cos. nec parendi scis necessitatem. paruerunt
inuiti Commodo sed ubi habuerunt facultatem, quid semper uoluerint
ostenderunt. Capit. in eius uita, c. 69. 71.

Obsides reddens etiam si eos ad se redituros [illegible] ua uel aliena [illegible].
noua [illegible], nudaq pactione, [illegible], nulla noua suborta
spondendi materia, obsides non tenentur redire, sicut arguebant Franci
Oratores apud Augustos, penes pau. Aemil. pa 201.

Obsides Tarentinos, [illegible] Romani; quum corruptis custodibus [illegible]
e fuga retraxissent, in comitio uirgis cęsos e saxo deiecerunt. [illegible]
lib. v. pag. 374. in prin.

Obsides ab aliquo populo dati non sunt necandi, tametsi populus non exequatur ea, quæ sub obsidum fide promisit. more Narsetis, quo usus est in obsides Lucensium promissa non seruantium: nec.n. eos necare uoluit, qui nulla ipsum iniuria affecissent, cum alij in noxia essent: sed arte hac usus obsides produxit in medium, manibus post terga reuinctis, aspice ad terram aerigo, suisq hos ciuibus tam calamitose affectos spectaculum prebuit, comminabaturq se iamiam hos necaturum, ni Lucenses ipsi quæ iurassent exequerentur: Obsidibus autem à tergo ad collum lignum summittebatur pannis opertum, ne hostes possent dolum prospicere &c vide Agath. lib. i. pag. 397.
Appius autem cos. domitis Volscis productos in forum 300. eorum obsides, neque post fidem datis obsidibus confirmatam uiolaret temere, virgis cæsos in conspectu omnium securi percussit Diony Halic. lib. vi. p. 543. 544.

Occasio preteruolat; in cuius momento si cunctatus paulum fueris, nequicquam mox omissam queraris. Liu. in persona L. Martij, Dec. 3. lib. v. p. 391. in fi.

Occidere semetipsum non licet: animam .n. nobis custodiæ creditam tandiu obseruare debemus, quoad à principe repetatur, ne si fractis ergastulis &c Vide pier. Valer. hierogl. li. 46. pag. 340

Occidens aliquem in conspectu principis, uel dum in eius comitatu est. perduelli: lesæ maiestatis reus iudicatur, et eo supplicio afficiendus est, quo Romani Horatium affecissent, ni recentis beneficij publici memoria eum uindicasset, de quo per Liu. Dec. i. lib. i c. 14.

Ociosi, desides, et inertes legi . . . Atheniensium puniebantur. ut patet apud plu in ui. solo. cap. 35. p. 2. ad med. et 37. p. i. in fi. et uide . . . in uer. Vitæ ratio Demosth. contra Eubulide, pag. 270 Est .n. (inquit) Eubulide, alia quoque lex de ignauia, cui cum ipse obnoxius sis, nos, qui opus facimus, exagitas?

Ocium serendis rumoribus natum. Curt. car. iii. p. 2. in prin.

Ocij uitia negocijs discutiuntur. Curt. c. xi. p. 2. Otij. n. uitia cum multa sint, tum seditiones imprimis timendæ sunt, quas Romani educendo iuuentutem ad bella subterfugiebant. plu. in ui. amilli. car. 71. p. 1. post prin. Otium autem parit etiam [illegible]. Vnde illud: Quæritur Ægistus quare sit factus adulter? in promptu causa est desidiosus erat. Beroal. in Sueto. lib. i. cap. 50. Vide omnino polyb. lib. xi. pag. 723. 724. Vbi uidebis, otium prope causam omnium discordiarum, et malorum præstare. Verùm (inquit) unum omnibus et exercitibus, et ciuitatibus, et corporibus conuenit consilium, ut circa prædicta nunquam permittatur multum desidiei et otij: maximè in prosperitate rerum, et copia necessariorum.

Oculi magni, nitentesque significant ingenium, docilem, prudentem. Sueto. in Tyb. cap. [illegible] ubi Beroal. Oculi autem caprini, morum improborum indicium sunt. Beroal. ref. in Sueto. Nero. cap. 51.

Oculos in bello qui amiserant, lege pisistrati, publicè alebantur. plu. in ui. solo[illegible]

Oculis capti sunt quidam subitò, et nulla euidenti causa. sicuti Gallus Terrinius senator, quem Augustus captum repentè oculis, et ob id inedia mori destinantem, præsens consolando reuocauit ad uitam. item Cor. Rufo idem accidit, ut somnians oculorum usum amittere, re ipsa eadem nocte amitteret. idem et alijs, de quibus uide Beroal. ref. in Sueto. Aug. cap. 53. ubi et Sueto.

Odium certaminibus ortum, ultra metum durat, et nec in uictis quidem deponitur, neque ante inuisum esse desinit quàm esse desijt. Vell. pater. lib. i. car. [illegible]

Odisse quem læseris, humani ingenij proprium est. Tac. in Agric. ui. c. 231. [illegible]

Officium suum semper exhibent boni uiri, nihilque pluris faciunt, quàm ut necubi prætermittant illud. polyb. lib. 4. pag. 3[illegible] Quamobrem Augustus T. Junium, quòd patronum suum proscriptum celasse olim diceretur equestri dignitate decorauit. Sueto. in Aug. cap. 27.

Ominari mortem principi nemo est, imo capitale. Clutorium priscum equitem R. post celebre carmen, quo Germanici suprema defleuerat, pecunia donatum à Cesare corripuit Delator, obiectans, egro Druso, composuisse, quod, si extinctus foret maiore premio uulgaretur: quo probato, sententia Hateri Agrippe consulis designati indictum Reo fuit ultimum supplicium: Et licet contra eam M. Lepidus acriter disseruerit, sentiens Reum cedere urbe liberi, et bonis amissis, aqua et igni arcendum solumodo, tamen uno excepto L. ...ido Rubellio Blando è consularibus, ceteri omnes sententiam Agrippe secuti sunt, ductusque in carcerem priscus, ac statim exanimatus fuit Tac. lib. 3 car. .. cum seq. Dio lib. 57. pag. 377.

Omnia eidem Dij non dedere. sed semper excellentissimis etiam uiris aliquid deest. Vnde illud uulgatum Mabarbalis Vincere scis Annibal, uictoria uti nescis. plu. pulchre de hoc, in uita Annib. car. iii. p. 2. ante med.

Omnino uerbum, adiunctum relatiuo, cui precedat negatio, puta sic, nec quisquam omnino Cesarianus defecit ad Pompeium; non excludit, quominus aliquis defecerit. et sic quotiescunque aliquid lex disponat per huiusmodi uerbum, poterit tamen aliquis casus non comprehendi sub ista dispositione. Vide Sueto. in Ju. Ce. cap. 68. ubi et Beroal.

Onus sub quo concidas, magis nullius interest, quam tua T. Octacili, non imponi ceruicibus tuis, inquit Q. Fabius Max. cum ille consul à prerogatiua iu niorum dictus esset aduersus Annibalem: nec Fabio uideretur idoneus ad tantum bellum. Usui erit hoc dictum, quoties quempiam ab eo munere deterrere uoluerimus, cui non satis aptus, aut instructus uideatur. Liu. Dec. 3. L. 4. pag. 350. in fi. cum seq.

Opem implorantibus non adesse, nefas esse putant germani, ueteri more gentis. Joui. hist. lib. 32. car. 193.

Opem non implorans à Collega (cui fortasse inuisus priuatim infestusq sit siquam ob suam pertinaciam cladem reip. inferat: et qui cùm opem afferre posset, non tulit; expectans per arrogantiam, ut eius auxiliu implorraretur; pari eadeq pena plectendi sunt. ut in Sergio, et Virginio seruatum scribit Liu. li. v. dec. i. car. 126. cir. med. inne. car. 128. post prin.

Opem ab ijs petere non debemus, à quibus consilium non petiuimus: nec aduersarum rerum quærere socios, cum quibus spem integram comunicati non simus Liu. ita scribit Hetruscorū populos Veientibus respondisse: qui bellum contra Romanos, cæteris inconsultis, susceperant: et postea uicti auxilium petebant Lib. 4. car. 104. post med. et li. v. car. 130. in fi.

Opera nusq sine emolumento, nec emolumentum ferme sine impensa opera est labor uoluptasq dissimillima natura, societate quadam inter se naturali sunt iuncta. App. Clau. apud Liu. lib. v. car. 123. cir. fi.

Opere laborioso maius damnum afferre quietem otiosam, pro comperto ducebant Athenienses, apud Thucyd. li. i. car. 35.

Opinionem suam priuati, et inferiores prius dicere debent. quàm personæ publicæ et superiores. ff. uer. sententias. li. 2.

Oratio, est necessarium instrumentum omnibus, qui magnis in rebus cum dignitate uersari uolunt. et ideo diligenter est componenda, et formanda. plu. in ui. Caton. Senio. in prin. ibi. et Euripides dixit, orationem omnia conficere quæ hostile ferrum conficere non possit. et pyrrhus dicere solebat, plures à Cynea urbes oratione, quàm à se armis partas fuisse. plu. in ui. pyrr. car. 206. cir. prin.

Orationi idem conuenit, quod numis, qui eò sunt præstantiores quò in minore materia plus ualoris ac precij complectuntur. sic optimum esse uidetur orationis genus illud quo paucis multa sunt grauiter, sapienter, acute significata. plu. in phocio. c. 324. p. 2. d. m.

Oratione longa utentem illis uerbis apte deludere poterimus, quibus Samiorũ legatos Cleomenes in apoph. lacon. plu. deludit. uidelicet sic. quę à principio dixisti, non memini; et idcirco ne media quidem intelligo, sed postrema non probo. Vel, ut Spartiatę apud eundem plu. in lib. var. ign. lac. apoph. in principio eidem Samiji responderant, sic scilicet priora quidem oblitus sum; sed nec posteriora percepi, quòd prima memoria exciderunt. et puto idem esse responsum, non diuersum. et in plu. in uita Lycur. multa contra uerbosos dicteria commemorantur. et ait inter cętera, car. 20. p. 2. ad med. quemadmodũ semen illorum, qui se ad coitum intemperantes pręstant, infęcundum ut plurimum, et sine fructu est, sic et loquendi intemperantia orationẽ inanem, et stolidã reddit

Oratorem bonum oportet parem rebus habere orationem. plu. de inst. Lac. car. po. pag. 2. in prin. et uide in uer. Liter. s. li. 2.

Orphani quoq, temporibus belli, pendere tributa cogendi sunt: idq laudi tribuendum tributum fuit Camillo, qui id egit. ut ait plu. in eius ui. car. 69. p. 2. post prin

pactio nuda, nulla subsistente spondendi materia, non tenet paciscentem. Pau. Aemil. pag. 201.

pactio de statu reip. à minore magistratu, populi iussu, et uoluntate facta. non tn̄ habenda rata, si summus magistratus absit. Furius Camillus ap. Liu. li. v. p. 145. post med.

pactiones testibus presentibus factas, ratas esse iubebat lex solonis Demosth. Orat. adu. phenip. ;ᵒ c. 100. in p. pactiones tn̄ aduersus ciues et patriam etiam iuramento firmatę non sunt seruandę. S. uer. Iusiurandum.

pactam Turno Lauiniam filiam, Latinus postea Aeneę in matrimonium contra omnia iura dedit. quare, Diis hanc iniquitatem ulciscentibus, factum esse credendum est, ut primo statim bello ab hosti. Rutulis duce Turno, cui fides fracta fuerat, interficeretur. Quod ad multa trahi poterit Liu. i. i. d. 1. in prin

palatium, Imperatoris aedes uocant Romani grecissantes. Augustus sic prim... habitauit, unde palatium omnem Regiam appellari ab eo postea contigit, inquit procop. bel. vandil. li. 3. pag. 335. Vide Dion. lib. 53. p. 511

pannones, omnium fortissimi sunt, ad iram et cędes propensissimi. Dion li. 49. pag. 254.

parricidis Aegyptię leges exquisitam imposuerunt pęnam: nam articul... preacutis calamis cęsos, iubebant uiuos supra spinarum aceruum com... maximum inter mortales iudicantes scelus, ei mortem per uim inferre, à quo uitam accepisses. Diod. Sic. lib. 2. cap. 3. pag. 101.

parta tueri, quàm quęrere, difficilius est: qm̄ in acquirendo [illegible] ...tis sępe plus confert, quàm propria uirtus: Tueri autem quęsita sine propria uirtute nemo pote..., inquit Totilas ap. Leon. Aret. de bel. Gotl. adu. Goth. li. 3 pa. 573

partes cum toto uersari uerisimilius est, quam totum uergit in prim... delicta partis ad totum multa ab ijs, qui recte ualent, intenta habent adiumenta. uide s. in uer. priuatim.

partum sibi medicamentis [illegible], apud Antiquos est habitum capitale. Beroal. ref. in Sueto. Domit. cap. 22. in p. quod uenenis quibusdam fiebat, ut experta fuit Eusebia Constantij imperat. uxor in Helena sorore Constantij prædicti mariti sui, et coniuge Juliani Cæsaris ex fratre Constante Nepotis dicti Constantij: quæ cum ipsa sterilis esset, insidiata Eusebia ad bibendum ueneni per præ[illegible] cam illexit, ut quotiescunque concepisset, immaturum abijceret partum: et cum pridem in Galijs marem genuisset infantem, hoc perdidit dolo, quod obstetrix corrupta mercede, mox natum præsecto plusquam conuenerat umbilico necauit. Marcell. lib. xvi. p. 86.

Partum suppositicium siue subditicium non esse, ijsdem rationibus defendere possemus, quibus Virginius et [illegible] defendebant Virginiam aduersus Claudium, apud Dionys. Halic. li. xi. pag. 423. 424. 425.

paruis ac minimis in rebus qui diligentiam abijcit, magnarum quoque rerum custodiam tollit. nemo. n. ab initio magno excessu remp. turbat, ut dicebat Pau. Aem. de quo plu. in eius uita. cap. i. ante fi. Ephoris autem Spartæ mos erat, cum primum inierunt magistratum, dimisso per urbem præcone, ciuibus præcipere, ut singuli barbam circa mentum tonderent, ut scilicet iuniores, quibus barbæ suæ plurimum placere solent, etiam in rebus minimis assuescerent magistratibus obtemperare. plu. in ui. Cleom. cap. 173. p. i. post me.

parua sæpe scintilla contempta magnum excitauit incendium, inquit Alex. Magnus apud Curt. lib. vi. cap. 66. p. i

Pater, plus diligit filios, quàm se ipsũ. Quintus quidẽ Fuluius Flaccus, cum alterum ex duobus filijs decessisse, alterum graui morbo implicitũ [illegible] audisset, prę dolore, et metu laqueo se ipsum suspendit. ut refert Liu. dec. [illegible] lib. 2. pag. 760. circ. fi. Horatius [illegible], nunciata morte filij, in consecratione templi dum esset intentus. nihil motus est. nihilq aliud respondit, quàm cadauer igitur eius, quò uultis proijcite: ego .n. minime luctũ admitto. plu. in uij. public. car. 91. post prin.

Parentũ quantus amor in filios sit, probè ostendit Agesilaus. qui deprehensus ab amico cum filiolis domi harundine equitando colludere, monuit eum ne cui id diceret, priusq ipse quoq liberorum parens euasisset. plu. in [illegible] ui. car. 274. in fi. Et Raisciacus Suecus, Germanorũ Dux, insig[illegible] qui prę dolore filij interempti mortuus est quum ad Budam con[illegible] pugnaretur. Ioui. hist. li. 39. car. 366. et Decius imperator erga Decium filiũ suum necatum à Gothis. uide Iorn. Get. re. pag. 608.

Pater in filio torquetur, imo magis quàm filius [illegible] pater in eo torquetur. exemplum in Q. Cicerone Marci fratre occultato à filio. et audi[illegible] [illegible] tormentis prodeunte è latebris, et in sicariorũ manus se dedente. Dio lib. 47. pag. 205. et ideo quotiens pater et filius sunt correi à filio incipienda est quęstio, et in conspectu patris l. isti quidem. § quod met. cau. [illegible] trans[illegible] sijt in [illegible] apud Oratores, Torque filium, fatebitur pater.

Pater non debet diuitias, quas sua causa contemnit filiorũ causa [illegible] sed id dicere quod Phocion. Si filij similes mihi erunt, idem agellus illos alet, qui me ad hanc dignitatem perduxit. sin dissimiles sunt futuri, nolo meis impensis illorum ali, augeriq luxuria. Aem. pr. [illegible] Phocion in prim. c. i. [illegible]

Patrum in liberos pietatem ne ad nostram quidem salutem [illegible] exemplo magni Alex. de cuius singulari continentia in [illegible] liberis [illegible] in maxima solitudine [illegible] uide [illegible] ap. Curt. car. 90 [illegible] lib. vii.

apud animũ parentum sanguis potior quàm memoria iniurię, quam pęnitentia [illegible] satisfactio [illegible] exemplum [illegible] in Alphonso Castulonensiũ Rege.

Pater est optimus censor filij ideo Claudius princeps recognitione [illegible] plenũ probri, sed quem pater probati [illegible] sibi affirmabat, sine [illegible] dimisit, habere dicens censorem suum. Sueto. in Claud. cap. xvi.

Patris in filium seueritas, et admiranda iustitiæ exemplum mirum in Bruto apud Dionys. Halic. Lib. v. pag. 427. 428. 429. Vide in- [illegible].

Pater, cum filius deliquerit, licet publicè non accusetur: domestico iudicio causam cognoscere, damnatumque si mereri uisus fuerit, supplicio afficere liber, exemplo Cassij: qui filium suum Sp. Cassium affectati regni suspectum, domi cognita causa uerberauit, ac necauit: peculiumque filij Cereri consecrauit. idque patrio iure facere potest ex Romulum legum dispositione, uide Dionys. Halic. Ant. Ro. li. 2. pag. 100. 101. 102. ubi multa de patrum potestate in filios; ~~[illegible] patribus licebat~~ ut patet apud Liu. lib. 2. Dec. i. cap. 49. et cap. 14. li. i. in Horatij patre: qui Curiatios interfecerat. et cum Macedonum legati conquesti in Romam uenissent ab Sylano pretore, quod acceptis pecunijs prouinciam spoliasset: et senatus de querelis eorum uellet cognoscere: T. Manlius Torquatus, Sylani pater, petijt impetrauitque, ut sibi huiusmodi cognitio mandaretur et domi causa cognita, filium condemnauit, abdicauitque: ne in funere quidem eius: cum suspendio uitam finisset: interfuit. L. Flor. in Epit. li. 54. Dec. vi.

Patri licet immunem filiam interficere, si aliter eam à pudicitiæ iactura propter uiolentiam et iniustitiam magistratuum uindicare non possit. licet ipsi magistratus qui dexteram patris nefandis decretis in filiam armarunt, quia cum possent, iniuriam non prohibuerunt; quique magistratuum ministri sceleris fuerunt morte plectendi sint. ut Lege patent Romæ quondam seruata in persona Virginij patris. qui filiam Virginiam interfecit, ut eam à libidine Appij decemuiri liberaret: nam et Virginio decori fuit filiam interfecisse. et Appio capitale, et etiam Oppio, quòd non prohibuisset iniuriam; et M. Claudio, qui se ministerium præbuit. Liu. Li. 3. cap. 54. circ. fi. cum tribus seqq. et Prin. quarti. Atheniensium quidem lege patri, fratri, filiam, sororemque uendere licebat si cum uiro coeuntem uirginem deprehendisset: quod et Soloni placuit. plu. in ui. Solo. cap. 35. p. 2. post med.

Patribus licebat apud primos Romanos, filios suos uendere indistinctè. Numa tamen eos filios excepit, qui patre approbante, iubenteque nuptias fecissent,

et uxores duxissent. plu. in uita Numę, car. 28. p. i. ante fi.
[illegible] fratris [illegible] filias, aut sorores, sicuti prius licebat
nisi in casu, de quo .s. in uer. patri licet

Pater si filium, qui deliquit, ipse [illegible] iudicibus offerat, uel offerendum curet; non uidetur [illegible] ad supplicium filium obtulisse: ad tm ut [illegible] ipsius innocentiam, et integritatem ostendat: et ideo filio uel ignosci uel mitior pęna debebit infligi. ut Imperator Diuus pius iudicauit. l. miles agrum. §. desertoré. ff. de re mil. et quidem etiam [illegible] imperator de filio comitis palatini quem [illegible] reum pater obtulerat, per [illegible] tex. iudicauit: nam cum capite lueré deberet: in exilium decennale tantum est missus. ut refert Aug. de Arim. in add. ad Ang. de malef. in uer. nec non et ad querelam, nu. 38. et Hippoly. de Mars. in l. i. §. i. nu. 16. ff. de quęst.

Patris in filio egregię indolis necando impietatem in Lysimacho referre poterimus, de quo Iust. li. 17. car. 77. et in Tyberio qui [illegible] Drusum ueneno sustulit: ut refert [illegible] in [illegible] cap. 52. et in Vitell. cap. vi. item in ptolemęo Rege Aegypti, qui pręterea [illegible] priuignum suum in complexu matris, eiusdemq sororis, et uxoris suę Cleopatrę peremit, et ipsam sororem, filia eius uirgine per uim [illegible] et in matrimonium ascita, rep. [illegible], filium etiam suum maximum natu ne eum Alexandrini contra se regem crearent, interfecit: corpusq in [illegible] diuisum, et in cista impositum, matri. die natalis eius inter epulas afferendum curauit [illegible]ust. li. 38. car. 130. et L. Flo. in Epit. li. 59. Dec. vi. Sed uide parem crudelitatem patris in filios apud [illegible] lib. 42. car. 141. Sed et ipse Hiero Syracusanorum Rex uir optimus Gelonem [illegible] stirpis maximum, quod ad [illegible] [illegible], et [illegible] Romanorum [illegible] sollicitaret, [illegible] fuit [illegible] illata filio morte. uide Liu. Dec. 3. lib. 3. pag. 357 post prin. et Antiochus Rex suspectus fuit filium [illegible] cognominem ueneno per quosdam spadones sustulisse: iuuenem mag[illegible] indolis, quod crederet eum nimis grauem successorem [illegible] Liu. Dec. 4. lib. v. pag. 600. ante fi. pharasmanes Rhadamistum filium quasi proditorem suum interfecit. [illegible] parentum sęuitia lib. 2.

Patri[illegible] qui [illegible] occiderent, non erat antiquis Aegyptiorum legibus [illegible] indicta, nisi tribus diebus noctibusque continuis edictum, ut circa defuncti corpus assisterent [illegible] : non [illegible] putabant eum priuari ui[illegible]

qui uitę filijs autor fuisset: sed potius continuo dolore, facti pęnitentia affligi, quò cęteri à simili facto auerterentur. Diod. Sic. lib. 2. cap. 3. pag. 101.

Patres ipsos ex filiorum honoribus, et gloria; quibus etiã ipsi præ[illegible] illustrentur et gaudere possint: quis credat inuidię stimulos [illegible] esse sensuros? et tñ hoc ipsum Philippo Macedonũ Regi contigisse [illegible], ex gloria filij Demetrij: qui propter [illegible] in [illegible] apud Romanos pro patre, uerecundiam, ipsi patri multar[illegible] offensarum impetrauit gratiam. Just. li. 32. car. 116. et Liu. Dec. 4. lib. 9. pag. 709. ad med. et pag. 711. [illegible] cũ prim. seq. [illegible]

Patris acerbitas, quamuis maxima, non tñ animum filij [illegible] à [illegible] in patrem auertere debet, exemplo. T. Manlij Lucij filij: de quo Liu. li. 7 Dec. 1. car. 172. in fi. cum seq.

Parentibus quanta debeatur à filijs [illegible], et quarundã nationum in patres impietas, et parricidij pęna quęnam apud Romanos esset. uide Cęlii Rhod. lib. vi. cap. 39. cum sequentibus quinq̃.

inter Patrem et filium breuissima est cognitio, et disceptatio litium: paucis transigi uerbis à iudice potest: nam iudex debet imperare filio ut patris uoluntati obsequatur. alias habiturũ eum infortunium esse. inq̃t Turnus Herdonius apud Liu. li. 1. Dec. 1. car. 25. cir. fi.

Pater, et patris [illegible] omnibus rebus, et proprię libertati pręferenda, quemadmodum admirando pietatis exemplo fuisse Antigonum secundum, scribit Plu. in eius apophtheg. car. 293. et Romani tenebant, C. Seruilium non iure aut tribunum plebis fuisse aut ædilem esse, quòd patrem suum à Boijs captum in hostium [illegible] per decennium reli[illegible]quisset, necdum redimeret: tanq̃ nullo honore sit dignus qui debitam patri pietatem non exhibet. Liu. Dec. 3. li. 7. pag. 434. cir. fi.

Parentibus, a quibus est enutritus siquis nullam gratiam rependit, nec uices reddit eis, sed per contrariũ malè illis uel dicere pręsumit, uel facerẽ, manifestum est graviter ferre hoc illos, atq̃ offendi, qui et pręsentes sunt et conscij curę, sollicitudinis, ac molestiarũ eorũ et quàm accuratè illi filios aluerint. Polyb. li. hist. vi. pag. 519.

Parentes renutricare tenebantur filij lege antiqua nuncupata pelargica. cęterum Athenienses eos tantum filios huic legi addictos uoluerunt, qui

uel dissipati, uel honestis artibus fuissent à parentibus instituti:
qui uerò negligenter educati essent, nihil [illegible] parentibus debere. pier. valer. Hieroglyph. li. 17. pag. 124. et li. 38. p. 279. n°.

~~Parentum necem filij ulcisci tenentur. [illegible] uer. Vlcisci.~~

Patris interfectorem alloqui scelus ingens aestimauit Brutus. plu. in eius uita car. 1. p. 2. post prin.

0. Patrem defunctum filij pro Rostris laudabant, apud Rom. sicut est uidere in Tyb. apud Sueto. cap. vi.

Parentibus illatas iniurias ulcisci decorum est. quare cum adolescens quidam patris iam uita functi inimicum ignominia affecisset, cum deinde per forũ deambulantem obuium sibi factum Cato senior amplexus, Aequum est, inquit non agnis non hedis, sed aemulorum lachrymis ac damnationibus exequias parentum celebremus. plu. in eius ui. car. 148. p. 2. ante med.

Pater solus possidere uidetur, quod cum filio possidet, quem in potestate habet. et ideo cum C. Licinius Stolo legem tulisset, ne cui plus quingenta iugera agri possidere liceret, ut ait Liu. lib. vi. Dec. i. car. 166. cir. prin. postea tamen lege à M. popilio Lenate damnatus est, quòd mille iugerum agri cum filio possideret: nec ei profuit, quòd emancipasset filiũ; quia per emancipationẽ legi fraudem facere uisus est. Liu. li. 7. Dec. i. car. 179. cir. prin.

Parentibus in quadam Regione confini Scythie (Naura uocatur) stupro coire cum liberis fas est. [illegible] car. 101. p. 2. cir. fi. Sed et patrum nostrorum fuit pater, qui filie concubinatu uteretur: sed propterea comprehensus [illegible] simul cum filia securi percussus per magistratũ Venetum fuit, [illegible] eius erat suppositio. Bem. hist. li. [illegible] prin. car. 102. Et postea quoque Fosse Clodie ciuis, qui tres suas filias uirgines uitiauerat, à pretore [illegible] matus fuit. id. car. 200. n°. parentes cum filiabus, filios cum matribus, fratres cum sororibus misceri carnaliter. apud Persas [illegible] temporis [illegible] testatur Agath. li. 2. pag. 428.

.. Parentũ necem filij ulcisci tenentur. [illegible] uer. Vlcisci. Quid fecerit [illegible] ut patrem suum Simonẽ ulcisceretur, uide ap. Pau. Aem. p. 153 n°. et 154. n°. Vbi Eduardi [illegible] Angli Regis filium per domesticum [illegible] duobus [illegible] in cubiculo proprio confodit ptolemaidi. et [illegible] in aede sacrarum maxima, ante aras Henricum Richardi [illegible] occidit.

paterna fortitudo non prodest filio, et eadem stipendia co[illegible] quæ pater consequebatur: nisi et ipse sit æque fortis. plu. in apoph. Anti[illegible]

parentis merita non efficiunt quo minus demerita filij puniantur. sicut est uidere apud Dionys. Halic. lib. 9. pa. 242 ubi de pena Menenij filij Agrippæ Menenij

parentum peccata impune liberis erant apud Romanos, etiamsi illi tyranni fuissent, siue proditores: apud quosdam Græcos moribus receptum erat, ut ex Tyrannis nati necarentur cum patribus aut mitterentur in perpetuum exilium. Dion. Halic. li. viii. pag. 188. 189

parentum pœnam minuebat Hadriano imp. pro numero liberorum. [illegible] [illegible] in Had. [illegible]

patrem mulctauerant Ephori, quod filios inter se dissidentes negligeret. plu. in var. ign. lac. apoph. car. 2. p. i.

pater [illegible] [illegible] fuit Herotimus Rex Arabum. Just. lib. 39 in fi.

patre bono nonnunquam nascitur malus filius, sicut ex Caro Carinus. Unde Carus audiens quæ ille faceret, clamabat, Non est meus. Vop. in Carino, car. 239. p.º et car. 240. in prin. ubi dicit, Carum statuisse Constantium uirum optimum in locum filij subrogare, et filium suum occidere.

Patrem suum sanctum senem interemit Cyriades primus; de quo Spart. in xxx. Tyran. car. 266. p.º

patris sororem, ex alia tamen matre natam, possum ego uxorem ducere ex dispensatione pontificis. ut factum est in Ferdinando Rege Aragonum [illegible] [illegible] hist. car. 39.

pa[illegible] quantus amor in filium sit, ostendit Seleucus Rex, qui uxorem propriam quam unice amabat, concessit amanti filio. uide pulcram historiam ap. plu. in ui. Demetr. car. 390. p. i. ur fi[illegible] per tot. et ap. Valer. Max. li. 5. cap. 7. Solon, quum audisset à quodam subornato à Thalete Milesio, quem Solon quòd liberorum procreationem contempsisset reprehenderat, filium suum decessisse amenti similis factus, [illegible] ui. plu. in ui. Solon car. i in fi. cum seq. et Sabell. lib. 5. pag. 155. in fi. cum seq.

patria est, in qua quis nascitur. pausanias Cleom. in apoph. Lac. plu.

patria, municipes sunt, non mœnia; ciuitasq non in ædificijs, sed in ciuibus posita est. ideoq cum Atheniensibus Delphis oraculum consulentibus responsum esset, salutem muris ligneis tuendam. Themistocles interpretatus est, nauium præsidium demonstrari, quasi ciues essent ipsa patria, qui pro [illegible] nauibus defendendi essent, et muniendi. Just. li. 2. car. 18.

patrij soli quanta sit dulcedo, docuit Gillus Tarentinus exul, qui pr. optauit omni muneri oblato à Rege Dario, in patriã suam reduci. Herod. li. 3 pag 240

patriæ gloria, non facit [illegible] clarum, si uirtute sua non excellat. Vnde celebratur illud Themistoclis in Seriphium quendam; nec si ego Seriphius, ignobilis nec tu si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses. plu. in ui. eius. car. 67. p. 1 post med. Herodotus clarius refert lib. VIII. p.a 585. ubi de Timodemo [illegible]

patriæ nunq induci debemus, ut noceamus, etiãsi magna nobis emolumenta inde profectura uideantur, exẽplo Sertorij; licet exularet; uide plu. in eius ui. car. 229. in fi. cũ prim. seq.

patriæ potius, quàm liberis consulendum, Phraatis pulcherrimo exemplo, de quo Just. li. 41. car. 138. et patriæ libertas fratris saluti, et proprio imperio anteferenda, Timoleonis more, de quo Aem. pr. in ui. Timol. in prin. car. 196. imo uita est contemnenda, ut ei consulamus, ut Horatius Cocles, Mutius Scæuola, et Curtius, et multi alij Romani fecerunt. de primis duobus uide Dionys. Halic. Antiq. Ro. li. v. car. 445. cũ duabus seqq. plu. in ui. public. car. 41. p. 2. et in uita Timol. car. 1. p. 2. ubi omnino uide

patria siquam nobis inferat iniuriam, non tñ eam ulcisci debemus. Vnde phocion cum ad mortem iniustẽ à ciuibus traheretur, rogatus siquid uellet filio nomine suo dici. uolo inquit; ne scilicet illatæ mihi ab Atheniensibus iniuriæ reminiscatur. plu. in ei. ui. in fi.

patria etiã post maleficia ab ea illata; est cuicunq extraneæ genti etiam post beneficia ab ea capta; præferenda. si uolumus fieri Demarati æmuli, de quo Just. li. 2. car. 16. p. 2 et Cononis. de quo Aem. pr. in ei. ui. car. 168 circ. fi. et ut parentum sæuitia. sic patriæ patiendo, et ferendo leniendā est. Liu. dec. 3. li. 7. pag. 441. in med. Aristides per iniuriam in exiliũ eiectus manus ad cælum tendens precatus est, ut patriæ quæcunq uellet, sic bene fauste, feliciterq euenirent, ut Aristides ei nunq ueniret in mentem plu. in uita Aristid. car. 179. p. 1. in fi.

patriæ saluti prospicere laudabile dicitur etiã per proditionem eorũ, qui fidei tuæ credant. ut in Miltiade tradit Aem. pr. in ei. ui. c.149. p.2 et seq. licet et ego, et quilibet prima facie contrarium diceret. Quod et Agesilaus fecit, Tachum Aegyptiũ deserens; quia patriæ interesse [illegible]. et [illegible] Lacedæmonij, honesti partem primam utilitati patriæ tribuentes, ius aliud nec accipiebant, nec norant, quàm unde Sparta capere posset incrementum. plu. in ui. Agesilai, car. fi. p. i. post med.

patriæ deesse, quoad uita suppetat, turpe, nefasq; est. Camillus ap. Liu. lib. v. car. 140. in med. et patriæ salus propriæ uitæ anteponenda, exẽplo M. Curtij, de quo Liu. li. vii. Dec. i. car. 173. et duorũ Deciorũ patris, et filij de quibus Liu. Dec. i. li. viii. pag. 198. cũ seq. et li. x. p. 256. in fi. cũ seq. et p. Scipionis post Cannensem pugnam, de quo Liu. Dec. 3. lib. 2. pag. 318. in prin.

patriæ superesse, aut eius extinctoribus amicitia iunctum esse, turpe ducendũ. sicut prænestinus quidam hospes Syllæ duxit, qui mori maluit cum cæteris ciuibus, quàm Syllæ beneficio uiuere. plu. in uita Syllæ car. 201. in prin.

patriæ charitas præferenda est uel totius orbis diuitijs, ut inquit Epam apud Aem. pr. in eiusdẽ uita, car. 181. cir. fi. et multo magis unius uel patris, uel Matris pietati anteponenda, ut ait plu. in comp. Alcib. et Coriol. car. 2. p. i. in fi. uel uitæ propriæ propriœq; decori. ut Aristid. fecisse refert plu. in ei. ui. car. 144. p. i. ante med. quod etiam in fœmina uidere licet apud plu. in uita Cleom. car. 176. in prin. ubi de Cratisiclia loquitur. et Sertorius dixit, malle se Romæ ignobilissimum ciuem esse, quàm exulem, omniũ aliarum ciuitatum imperatorem nuncupari. plu. in ui. Sertorij, car. 229. p. 2. post med.

patriæ sanctiora iura, quàm [illegible] ducenda sunt, ut Aem pro. in Timol. uita, car. 176. imo et filiorum iure. ut pausaniæ mater fecit, teste Aem. pro. in ui. pausaniæ, car. 158. p. 2. et multo magis cognationum, exemplo p. Scipionis Nasicæ. qui Tiberij gracchi consobrini sui interficiendi autor fuit, patriam cognationi præferens, et quicquid publice salutare non esset, priuatim alienum existimans. Vell. paterc. lib. 2. car. 115.

patriæ irasci nefas Epam. ducebat; ut Aem. pro. in ei. ui. car. 182. cir. fi.

patronum raro uidere, prodest oculis. s. uer. Forenses.

patronorum officium apud antiquos Romanos erat, hominibus oppressis et iudicio circumuentis, in obtinendo iure suo, et causae actores, et ministres, et moderatores consiliorum omnium se praebere. patronum quoque in Clientem testimonium dicere, lex nulla, nec magistratus cogebat. plu. in ui. Rom. car. 10. p. 2 post pri. et uide. s. in uer. Clientum.

patruorum amoris in uxores sponsasque filiorum fratrum exemplum. s. prox. uidelicet apud Guicc. car. 28. in Ludouico Sfortia.

patruorum in fratrum filios nequitiam, fraudemque, Rhescuporidis in Cotym Thraciae Regem exemplo docere poterimus, quem Regno spoliatum, cathenis per dolum onerauit sub praetextu concordiae et conuiuij et demum necauit. uide Tac. li. 2. car. 27. et Clotarij Regis Suessionum, qui duos filios Regis Clodouei fratris sui manu sua occidit. pau. Aem. car. 10. p. 2. et Ludouici Sfortiae uocati il Moro contra Jonn. Galeacium apud Guicciard. lib. i. car. 28. et seq.

Paupertas, licet extrema, non officit gloriae, et nobilitati alicuius: qui uirtute praeditus sit. cum P. Valerius public. omnium consensu princeps belli pacisque artibus, gloria ingenti, copijs familiaribus adeo exiguis decesserit, ut funeri sumptus defuerit: et ideo de publico fuerit elatus. Liu. car. 38 cir prin. Idem contigit et Menenio Agrippae: de quo apud Dionys. Halic Antiq. Ro. li. vi in fi. Liu. car. 45. in fi. Lucius uero Quintius Cincinnatus spes unica imperij populi Romani, cum accerseretur ad dictaturam, trans Tiberim inuentus est quattuor iugerum colens agrum: cum [illegible] [illegible] seu cum araret operi certe, id quod constat, intentus agresti, prae paupertate rei rusticae daret operam. uide Liu. li. 3. dec. i. car. 72. cir. med. item. car. 66. post me. et 68. cir fi. et 70. in prin. Epaminundas etiam Thebanorum imperator, usque adeo inops decessit, ut funeri sumptus defuerit. Just. li. vi. c. 35. p. 2. cir fi. ex paupertate [illegible] ad supremos honores aspirare [illegible], [illegible] et uirtute praediti simus. quemadmodum et Gordius, et Abdolonymus: de quibus [illegible] lib. xi. car. 50. et 51. p. 2. Arsaces latrocinijs, et raptu uiuere assuetus, postea

uirtute sua parthorum regnum obtinuit. Iust. li. 41. car. 137. et Agathocles patre figulo natus, Regnum Siciliæ tenuit. Iust. li. 22. car. 90. in prin. Phocion autem fuit perpetuo pauper. cum ditissimus esse posset. ut Aem. pr. in ei. uita in prin. car. 194. p. 2. ubi ide [illegible] Aggramen ex tonsore filio Rex Indorum factus fuit. uide [illegible] Curt. car. 128. C. Terentius Varro (quem Plut. in ui. Annio. ait ex infima plebe fuisse. car. 113. in prin.) loco non humili solum, sed etiam sordido natus (cuius pater lanius fuisset, ipsemet institor mercis: filioque hoc ipso in seruili eius artis ministerio usus fuisset) per omnes magistratus ad præturam postremo et inde ad consulatum sibi gradum fecit. Liu. Dec. 3. lib. 2. pag. 307. cir. prin. L. Aemilij pauli, qui perseum Regem uicit, tanta paupertas fuit, ut cum ex Hispania et Macedonia maximas opes retulisset, post mortem eius, uix ex auctione bonorum eius redactum sit, unde dos uxori eius redderetur. L. Florus in Epit. lib. xlvi. Liu. M. etiam porcius Cato pauperrimus erat. ut refert ide Flo. in Epit. li. 48. ante med. Viriatus Hispanus ex pastore uenator, ex Venatore latro, ex latrone iusti mox exercitus dux factus est et uniuersam Lusitaniam occupauit: et plures Romanos exercitus fudit. L. Flor. in Epit. lib. 52. Vide et [illegible] lib. 2. in hoc eo. uer.

Paupertate non debemus absterreri, quominus ad alta mentem nostram et opera excitemus. quia [illegible] contigit ex humillimo loco, et [illegible] maximos, et opulentos duces, et Reges fieri. Eunus quidem seruus natione Syrus, contracta agrestium seruorum in Sicilia manu, et solutis ergastulis iusti exercitus numerum impleuit, et eius Dux factus est. Cleon quoque alter seruus, ad lxx milia seruorum contraxit. et copijs iunctis cum Euno, contra populum Ro. exercitumque eius bellum sæpenumero gesserunt. ut ait L. Flo. in Epit. lib. 56 Chrysus quoque et Spartacus, et Granicus serui fugitiui, duces facti, magnas res aduersus po. Ro. gesserunt et multos exercitus fuderunt, ut ide L. Flo. in Epit. lib. 95. 96. 97. et uidetur quod plerique eorum, qui maximas res gesserunt, humilem, obscuram, atque inopem originem habuerunt: sicut de Castrucio Castracane, Regulo Lucensium est uidere apud Macchia in eius uita, Vbi etiam ipse hoc ponderat, in prin: et uide Erasm. in prouer. Alcibiadis Sileni. et plu. in ui. Solo. in prin

Paupertatem honestam profiteri, non pudebit imperatorem cuncta bona in animi cultu ponentem, inquit Iulianus imp. apud Marcellin. li. 24. pag. 313.

pauperes non sunt aspernandi: satis n. eis est in ipsa paupertate mali. Demosth. contra Eubul. pag. 279.

pauperes agnatos si nos locupletes simus, omnino subleuare debemus, et si nō faciamus, ignominia, et multa digni sumus. uide que de Aristide inueniuntur, et Callia eius patruele apud plu. in ui. Aristi. car. 194. in p.a p. post med.

pax si iusta, et honesta sit, res est certe omnium rerum pulcherrima, atq optima. nisi nō est aut faciendum iniuste, aut patiendum turpiter, ut pace plus ualeamus. uide multa notatu digna apud polyb. lib. 4. pag. 351. Nam, ut aiunt Samnites ad Hetruscos apud Liu. Dec. 1. li. x. p. 249. ir. fi. pax seruientibus grauior, quàm liberis bellum esse debet. quod uerbū diuic esse no. Machia in discurs. lib. 3. cap. 44. Et quia ex Romanis, tempore Tiberij, aiebant, miseram pacem uel bello bene mutari. Tac. li. 3. car. 37. Facit illud Corinthiorum legati ad Lacedem. apud Thucyd. li. 1. car. 18. molto si conuiene à gli huomini graui, il star in pace, non essendo dell'altrui ingiurie molestati: ma à gli huomini ualorosi (essendo offesi) si conuiene risentirsi, dalla pace ricorrendo alla guerra

pax industrios, et ignauos in æquo tenet. Tac. li. 12. car. 2.

Nec pax gentiū sine armis, neq arma sine stipendijs, neq stipendia sine tributis haberi queunt. Cerialis apud Tac. li. xx. car. 194.

pecuniam qui mature quæsiuit, nisi eam mature parcat, mature esurit Lud. XII. apud Arn. Ferr. car. 46.

pecuniæ nequis uel in argento uel in auro etiā possideret plus, quàm lx. sestertia, edixit Cęsar Dictator: quam legem non ipse tulit primum, sed iam ann latā renouauit, siue ut creditoribus [illegible] Dio li. 41. p. 105. uer. lex de pec. pos. mo.

pedere in conuiuio, an liceat, uide s. in uer. Ventris crep.

pellis, siue corium hominis maxime crassum est ꝛ ſ. Hominis coriū

perfidia nullis meritis mitigari potest. Curt. lib. 7. car. 91. p. 1.

perfugas Romam, si quos recipere poterant, uirgis in comitio cæsos de ax. deijciebant. Liu. dec. 3. li. 4. pag. 356. post prin. uel uerberabantur et postea securi percutiebantur, quantacunque multitudo foret, ut Liu. ostendit dec. 3 lib. 4. pag. 361. cir. prin. imo etiā si sponte redire noluissent in fidem, nullus eis honos habebatur. ut in Altinio Arpinate uidere est apud eundē, dec. 3. li. 4. p. 367. cir. fi. cum prin. seq. tanq eis, qui cum fortuna simul fidem suam mutarent, nulla fides esset habenda.

periculum subire omnium fortunarum suarum cum parte tantum uirium, siue, parti uirium omnia sua committere nemo unq sapientis esse duxit. ut multis et rationibus, et exemplis probat Macchiauel. in discurs. li. 1. cap. 23

periculorū licet quidam non nescij sint, quæ adeunda sunt in aliqua re consequenda, et fugienda, tū nonnulla fallendi spe, at premij opperiri futura, et præsentibus frui pro solatio habent, sicuti C. Silius, licet is ex Vide Tac. lib. xi. car. 71.

pericula ubi adsunt, pecunia non grauatè confertur ad ea repellenda sed ubi procul absunt pericula, nemo conferre uult. Demosth. pulchre de hoc in orat. de Classibus, pag. 78.

plebiscita omnes Quirites tenebant. Liu. dec. 1. lib. viii. pag. 200. in fi.

Plebs nouarum rerum solet esse auida. Liu. dec. 3. lib. 3. p. 329 ante med. dum de Nolanis loquitur. et pag. i. eiusdem libri, dum de Campanis. et lib. 4. in prin. dum de Crotoniatis, et alijs socijs po. Ro. nam unum ait ueluti morbum inuasisse omnes Italiae ciuitates, ut plebes ab optimatibus dissentirent: senatus Romanis faueret, plebs ad poenos rem traheret, nouandi scilicet cupidine. et paulo supra de Locrensibus. Plu. in uita Annib. car. 114. p. 2. post med. ubi dicit, Multitudo auida nouarum rerum, Annibali ... et in ui. Agid. car. 168. p. 2. post prin. dum de plebe spartana loquitur. et car. 169. p. i.

Plebs semper est in utramque partem immodica siue oderit, siue amarit. Arn. Ferr. in Car. viii. car. 7. p. 2. Ubi exemplum in pilanis.

Poenae sunt omnino, quoad eius fieri potest, molliendae; sicut lepide simul et clementissime fecit Artaxerxes; qui quidem ducibus, qui deliquissent, has poenas statuit, ut pro flagellandis corporibus detracta flagellarentur uestimenta; et pro uellendis capillis, depilandoque capite, deposita tiara depilaretur. Plu. in Apophthegm. car. 2. uide simile exemplum apud Iou. in uita Alfonsi Ar... car. 58. et s. prox. Erat mos iste M. Antonino philos. ut omnia crimina minore supplicio quam legibus plecti solent puniret. Capit. in ei. ui. car. si Iustinianus quoque idem seruauit, dicens in Nouellis const. 129. de Samarit. sed non eandem in factis, quam in scriptis seueritatem seruauimus. Iulianus quoque imp. a legibus clementiam suam incusari uoluit, uide s. uer. Raptus, lib. 2. Caesar autem poenas facinorum auxit, quia sicut acerbitas puniendi, est plerumque bene uiuendi disciplina: sic etiam lenitas poenae est peccandi inuitamentum: faciliusque peccatur, quo impunitius. Sueto lib. i. cap. 42

Poenarum uarietates quas Persarum natio ... exercuit cruda, Artaxerxes eorum ... Macrochira cognominatus lenitate genuina castigans, tiaras ad uicem capitum quibus a noxijs amputabat: Et ne secaret aures more regio pro delictis, ex ... fila pendentia praecidebat: quae temperantia morum ... Ammian. ... p. 405. Ubi ponit alterum exemplum Papirij Cursoris qui Praenestino ... Samnitico properare iussus ad praesidium uenerat segnius, ... securem per lictorem expediri, hominemque, abiecta purgandi fiducia, ... iuxtum prope fruticem iussit abscidi: ... genere castigatum ... non ... contemptum. etc. uide s. prox. In Mediolani ducatu est imposita poena amissionis ... et etiam poena furcarum, ... bonorum ... fruges extra territorium. ... uiro ... seruatur rigor ipsarum constitutionum ... ut plurimum admittuntur ... Clar. in ... prima ... q. 82 in 7. stat. ... Damna ... ut ... probat. ... [illegible]

Pęnas mitiores, quàm ad solent errantium crimina, exigere, reddere uerò gratiā meritis ampliorem, est laudabile. Diod. sic. lib. 2. pag. 93

Pęnę molliendę sunt in delictis Agnatorū nostrorū, uide ꝟ. uer. Sanguine.

Pęnę sunt affligendę pro qualitate, et conditione cuiusq. ꝟ. uer. prędiū.

Pęnę etiam in proditores, quandoq remittuntur respectu ciuium eius ne ibi proditores in posterum semper habeantur, sicuti seruarunt Potidęatę erga Timoxenū, Scionęq ciuitatis gratia, uide Herod. lib. VIII. p. 586.

Pęnas non esse infligendas in quenq, nisi prius causa diligenter peruestigata, doceri possunt principes exemplo Theoderici Gothorū Regis qui Symmachū et Boetium occidit. Cui Symachi caput in piscis apposito capite uisum usus postea sibi fuit Rex uidere minitans, Vnde et interijt. Vide procop. de bello goth. li. i. pag. 5 Et exemplo Lacedęmoniorū et alijs, et in causa maiestatis pausanię apud Thucyd. li. i. car. 65. ubi dicit, antiquum eorum institutū fuisse, non esse prępropere sine precipiter in deliberando aliquid in damnum ciuis, quod postea reuocari non posset, nisi haberent indicia quamcertissima. ui. ꝟ lib. 2. uer. sententiā

Pęnę non omnibus delinquentibus remittendę sunt, sed audaces, inquietos maliciosos ac sinistri consilij homines, immedicabilesq et continuę malicię adsuetos, excindere te iubeo, exemplo earum corporis partium, quę medicinam non patiuntur: reliquos, qui propter ętatem, imperitiam, imprudentiam, aut alio casu quodam uel uolentes uel inuiti peccant, uerbis castigare, minis corrigere, aliaue tolerabili ratione tractare: inquit Liuia ad Aug. apud Dio. lib. 55. pag. 343.

Pęnę contra scelestos sunt necessarij: nam ęque hominū omnino consistere atq saluus esse potest nullus, ubi non mali castigantur, quòd pars ęgrotat Dio li. 41. p. 102. in oratione Cęsaris uer. suppliciorū. Et huiusmodi quidē supplicia necessaria sunt ubi res postulat: sed de Nobilibus sontibus insigne pęnę propalam sumptę oculos animosq mortalium magis mouent, splendidiorēq exemplo afficiunt. Magnorum uirorum peccata uulgo proposita sunt ad imitandum, et et publico tędere communis causa idem cęteris quod illis fas uidetur. Necesse igitur et monumenta plectendorum scelerum, communisq in clarissimis ceruicibus statui: ut quod uindicatum in summis sit, id in se dissimulatum minime iri uulgus sentiat: et qui metus malis sit bonis, salutisq publicę sit fiducia. quibus duobus rebus communis uita constat. Carolus pulcher apud pau. Aemil. pag. 179. 7º

Pęnę singulę singulis criminibus licet maximis et in rempub. ex [illegible] legibus constitutę erant: expressè n. in legibus sancitum erat, non nisi simplicem pęnam irrogari posse, utramuis iudex in Reum statuisset, ut uel corpore uel pecunia delictum lueretur: utrámq simul ne inferret, iure cautū erat. Demosth. contra Lept. pag. 230. in conuersionibus diuersorum.

Pęnas in delinquentes interuenias intercipere, et delinquere, [illegible] censuit Totilas Rex Gothorū. procop. de bello Goth. [illegible] p. 128. 129

Pęnam uitare non debet quis ex eo, quod dicat se inuitum peccasse. sed apoph. illo Laconico repellendus est: inuitus peccasti; inuitus etiam castigaberis. plu. in lib. var. ig. Lac. apoph.

Pęna maiori dignus est, qui se conciliatum alicui prętereuns, et nihil ab se timendum dicens; deinde incautum adoritur et opprimit: quàm qui se hostem fatendo (qui si nihil aliud, propè denunciat inimicis ut sibi caueant) eum quouis modo lędit. L. Cincinnatus apud Liu. li. 3. dec. 1. c. 69. i prin.

Pęnę legibus statutę siquibus mitigantur, nec iudicum equitia, nec temporū [illegible] culpari, aut sequi potest. Tac. li. 14. car. 105. n°.

Pęna damnatorum in decimum semper diem differebatur, iure Rom. ut ait [illegible] in Tyb. cap. pen.

Pęnę modicę denunciandę sunt delinquentibus: nam licet immodica supplicia denunciando uideatur terror hominibus inijci, quòd tū ea extrema sint, neq accusatores reorum, neq qui eos condemnent, facilè inueniuntur. Ubi uero mediocres pęnę propositę sunt, ibi et frequentes accusationes fiunt nec à damnando Reo iudices deterrentur. Dion li. 36. pag. 12. in uer. Modus suppliciorū

Pęnarum, siue suppliciorū nouorum inuentores, ipsi prius inuentis pęnis [illegible] ut Phalaris in perillum, et Aemilius in paterculū fecisse traduntur, à plu. in lib. parall. cap. 74. et seq.

Pęna quàm culpa, tempore posterior [illegible] quàm peccari posterius [illegible]. Tac. li. xv. car. 112.

Pęnam in aliquem statutam per sententiā, non est turpe tolli. siquod postea utiliter et piè erga patriam ab eo factum appareat. multa senatus decreuerat in dedecus Cęsaris, et perniciem. sed cùm ad [illegible] multitudinem [illegible] et per uim asserere uolentem dignitatem suam, contra omniū opinionē compescuisset senatus ei gratias egit, et amplissimis uerbis collaudatum, in integrū restituerit sublato priore decreto. Sueto. in ui. Jul. Cęs. cap. xvi.

Pęnę magnę debent proponi, et c. uide. s. in uer. Supplicia magna.

Pęnę sunt quędam ueluti medicinę. Vide Beroal. in Sueto. Vesp. cap. xi.

Ad pęnam infortunij ducum satis est ipsa calamitas: et hoc ipsum laude frustrari grauis ac molesta iactura est ducibus, etiamsi nihil accedat pręterea apud Dionys. Halic. li. 9. p. 241. 246.

Pęnitere non debemus recte factorum, etiamsi ea de causa mors subeunda sit. quemadmodum fecit Agis Spartanorum Rex, qui mori maluit, quàm dicere, se pęnitentia ductum pro his, quę prudenter, et honestè consuluisset. uel potius non mori maluit, sed tamen dixit se non pęnitere, licet ea quę fecerat mortis sibi causam attulissent. Sed Deus scit, an reuera ita fuerit, ut non pęniteret. plu. in ui. Agid. car. 171. p. 1. post med. et Aristides Locrus cùm superior Dionysius unam natarum eius in uxorem petijsset, respondit, suauius sibi fore, illam mortuam, quàm Tyranno nuptam aspicere. paulò post cùm Dionysius eum morti damnaret, et contumelię causa interrogasset, an quemadmodum prius de collatione filię sentiret: respondit, rerum gestarum męstitia affici, dictorum autem nulla pęnitentia detineri. plu. in uita Timol. car. 160. in fi cum seq. Pęna grauis est post factum pęnitentia, inquit Publianus ille Mimus, in 1. 5. Vbi interpres, magnam, inquit, pęnam dedit, quem post factum pęnituit.

Pęnitentia, ipsa res etiam bene gesta deturpatur. electio autem, quę ex certa scientia, certaque ratione proficiscitur, nullam ab errore suscipit mutationem. oportet autem operationem ipsam non solum honestate, iustitiaque pręditam esse, sed etiam iudicio et opinione, ex qua id operari compellimur stabilissima, ut operatio nostra consensu omnium corroboretur. Vide quęso plu. qui pulchre id rationibus, et exemplis demonstrat, in uita Timol. car. 1. in fi.

Pęnitere possumus etiam tunc, cùm ad actum maleficij patrandi peruenimus. uide sup. uer. Voluntas.

Pęna ex alieno in armum legere, legionis proditionem tanto scilicet numero asportare, quantum humerorum onus sit. pier. Valer. Hierogl. li. 42. , 3 , 11

Pontes reficere debent Decuriones, et eorum præfectus, ne si ruinam faciant, et damnũ aliqui propterea patiantur, ipsi multentur sicuti à senatu parisiensi mulctati fuerunt tempore Ludouici xii. prout refert Arn. Ferr in eius uita, car. 30. pᵒ. 5.

Pontifex precandi causa constitui dicebat Ludouicus xii. Gall. Rex, non autẽ imprecandi causa, cùm Iul. pont. diras in eum euomeret, inquit Arn Ferr in eius ui. car. 44. D. repetens, inquit, laudatam eam Sacerdotis uocem quæ nunq̃ induci potuit, ut Alcibiadem execraretur. uide .s. uer. Sacerd. co. [illegible]

Pont. Julio sacrilegij Ludouicũ xii. insimulanti Ludouicus ipse dicebat, absurdissimum esse, ut qui donaria diuum ipse manibus gerat, alios sacrilegij arguat. Arn. Ferr. in Lud. xii. car. 44. C.

Pontificatu sponte abijt Cœlestinus pont. et nemo tam cupide accepit summũ locum quàm ille deposuit. pau. Aemil. pag. 167. pᵒ.

Paschalis pont. Max. in Stephani locum suffectus, e uestigio pontificatu [illegible] gereręq cœpit Augusto non consulto, contra superiorum annorum exempla qua dè re conquerentibus Francis oratoribus (Augustus autẽ tunc erat Ludouicus pius, Caroli magni filius) nouus pont quę antè necessitati temporibusq permissa fuerant, ea à pijs Regibus Augustisq loco immortalis leges haberi ostendit non oportere. quam satisfactionem excusationemq accepit Augustus: edictoq in posterum etiam uim fieri uetuit, quominus per interregnum pont. Maximũ crearent ij quorum id ius foret: qui continuò pontificatu inito, certiorem Augustum faceret. p. Aemil in Lud. p. [illegible] 53

Pontificem Romanũ à Francię Rege non sacro modo pontificioq iure ut animorũ parentem debere obseruari, sed ciuili iurisdictione profanaq re, ac causa, et dominatu principem autoremq agnosci dicebat Bonifacius pont [illegible] quod tũ omnibus permirum fuit p. Aemil in pulchro. p. 160. [illegible]

Principẽ uirũ aut pontificem adhibens ad impetrandũ aliquid à Magistratibus Venetis. punitur. uide .s. uer. Regem.

Pontifice [illegible] aliquatenus infamię suę gratia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] qu[illegible] [illegible] eorum filij. tũ Alexander pont. vi apertè uocabat filios. Guicc. hist. li. i. car. 10.

Pontificum fœderibus non esse fidendũ docemur sixti, et Innocentij exemplo erga dnos Venetos. Guicc. hist. lib. i. pag. 10. pᵒ.

Pontificis Max. scelestissimi exemplum Alexandri vi apud Arn. Ferr. in Lud. XII car. 41. et car. 43. 2º ubi refert Ludouicum XII. cum audisset Gaiero et causa pontificia ab eo donatum inductum quendam, Bedae [illegible] [illegible] unum, dixisse, pontificem, qui nobis in purpura simias, in pelle Leonis Asinos exhibeat.

Populus tantisper eum, qui aliquid ipsi parauit in memoria habet, dum nulla accessio recens superuenit, semperque ad id quod de nouo partum est etc. uide Liu. li. 39. p. 63. uer. populi fauor.

Populi furor magnam plerumque ducibus suis affert, cuius rei gnarus Ambrosius dux electus à populo parisiensi ad seditionem conjurantem, tametsi per ipsum populum è carceribus pontificiis coercionis liberatus omnia polliceretur. et noctu aufugit ex Vrbe, pau. Aemil. in Car. vi. car. 207.

Populares tumultus et exorti iam grauissime coercendi sunt et ne exoriantur sedulo cauendum. quod inter bene gesta Tyb. numerat Sueto. cap. 37. uide in uer. Sedition. lib. 2.

Populari presidio, in toto tuendi principatus negocio, nihil omnino est incertius aut inanius, ut facile iudicari potest ex eo quod contigit Cassoni Turriano post capturam Napi patris Mediolani principis. Iou. in Ott. pag. 28.

Populi iudicium rescindi ab senatu nullo iure potest. Liu. li. 4. car. 97. post me. nec senatusconsultum à plebe ut colligitur ab eodem Liu. 4. car. 110. post med.

Populi iniussu nihil sanciri potest, quod populum teneat. Liu. dec. i. li. 9. pag. 220. cum prec. in pi. et apud eundem dec. 3. li. i. p. 271. post med.

Posse multum ad salutem alterius, honori multis. parum potuisse ad exitium probro nemini unquam fuit. Marcelli. ex Cicer. li. 30. p. 469.

Possum per alium, quod per me non possum, etiam de iure. uide ibi. in uer. Iusiurandum, et uer. iurare

Posthumi iure antiquissimo apud Hetruscos, licet Avo uiuente concepti fuissent, tamen in nullam partem [illegible] uocabantur, si pater auo superstite decessisset et ipse auus immemor in testando nepotis decessisset: ut Egerio contigisse [illegible] Liu. l. i. dec. i. car. 18. in med.

potatione aquae nimia perijt [illegible] Smyrnaeus, dirruptis praecordijs in ipso potu. Joui. car. 245. lib. 34.

potentia demonstrat hominum mores, et naturam. Vide uer. Natura
potentia scelere quaesita numquam diuturna. Curt. car. 143. lib. x. in [illegible]
potentiori subiectum esse illum qui minus potest, semper consuetudo fuit. Thucyd. lib. i. car. 38. [illegible]
Potentiores se timentibus una omnibus est securitas, si certum sit etiam, [illegible] laedere illi, nocendi potestatem eis defore: quandiu enim malis relinquatur potestas malefaciendi, [illegible] et uoluntatem proculdubio. Dionys Halic. lib. vi. p. [illegible].
potens quisque principatum, eiusque bona appetit. Dion li. 55. p. 342.
Potentiorum ciuium opes et superbiam [illegible] Athenienses coercebant. nam [illegible] ciuium nomen [illegible] in testa scribebat qui per potentiam ad popularem statum euertendum proximus uideretur; in quem plures testae fuissent scriptae, eum patria [illegible] et annos xv [illegible] agere cogebant. Vide Diod. Bibliot. li. xi. p. [illegible]. et p. [illegible]. ubi dicit Syracusios aliquandiu per simile [illegible] licet [illegible] abrogarint, cum non prospere succederet res

potestas magistratus [illegible] est dissoluenda, aut improbanda propterea, quod [illegible] qui magistratum illum gerit eius potestate abutatur. sed is ipse corrigendus est qui delinquit. ita contra Cicer. disseruit Cato ap. plu. in ui. Cat. iun. car. 339. [illegible]
Potestate abutens in eos, a quibus, et pro quibus ipsam potestatem acceperat, eam meretur amittere. quod [illegible] argumentatur [illegible] Gracchus apud plu. in [illegible] car. 182 [illegible] cum [illegible] abrogationem [illegible], qui ei collega in tribunatu fuerat; quod uerit illum contra plebis utilitatem tetendisse [illegible] cuius commodo illa potestas sacrosancta constituta fuerat. uide omnino ibi

potestatum mercatores ego non patiar; quos si patiar damnare non possim. Erubesco .n. punire illum hominem, qui emit, et uendit. inquit Alexander imp. apud Lampr. car. 136.

potestati alieni subiectus non potest alteri se dedere sine uidelicet illius consensu, in cuius est potestate. Unde Feciales Romani populos dedentes inter cetera rogabant nunquid essent in sua potestate. uide Liuium. et ref. Beroal. in Sueto. in Aug. cap. XV.

praeda est communicanda cum collega, qui licet non certauerit, tamen comoditatem prestitit, ut preda posset acquiri. sicuti Fuluius cum Appio fecisse dicitur, direptis castris Hannonis. Liu. dec. 3. lib. v. p. 377. post med. et prin. seq. usque fere ad me. et idis qui prohibuerant auxilium afferri hostibus. sicuti censuit Lysimachus, cum Pyrrhus Demetrium profligauit. uide plu. in ui. pyrrhi car. 201. p. 2. in prin. et prox. preda de hostibus.

preda de hostibus capta nec semper est militi concedenda, nec semper in publicum redigenda; sed siquid prius hostes de nostro populati sunt; ipsis deinde adeptis, priusquam in suos fines, et urbes redierint; exponi debet omnis in publico preda ut suum quisque ciuium per certum tempus cognitum abducat; de reliqua uero cui dominus non existit, disponi debebit pro et ducibus, et imperatoribus uidebitur. exemplo Lucretij Consulis, qui propterea gloriam bello partam non mediocriter auxit. Liu. li. 3. dec. i. car. 64. cir. fi. et A. postumij. de quo Liu. li. 4. car. 107 post prin. et 109. cir. fi. et 115. post prin. et lib. v. car. 130. post me. imo etiam socijs, siquid eis ademptum fuit, est restituendum: acciri edicto dominis debent ad res suas noscendas recipiendasque prestituta die. quarum autem rerum non extiterit dominus hae militi concedi poterunt. sicut Volumnius fecisse dicitur, apud Liu. li. x. dec. i. p. 212. cir. me. et M. Atilius, eo. lib. pag. 261. prope me. nonnunquam omnis preda in erarium condebatur. nihilque militibus dabatur quamuis hoc inuidiae apud populum esset. ut in Papyrio legimus contigisse. apud Liu. dec. i. li. x. p. 266. post me. licet Caruilius mediam uiam tenuerit ut ibidem in fi. pag. et T. Semp. Gracchus predam omnem, preterquam hominum captorum, militi concessit. et pecus excepit, quod intra dies triginta domini cognouissent. Liu. dec. 3. li. 4. p. 354. in prin. et ui. dec. 4. li. v. in prin

sed polyb. lib. x. p. 666. et seq. dicit. Militarium cunctis militibus prædam ex Urbe capta dividere solitos: non modo illis qui in statione, et acie manebant, sed et illis, qui tentoria custodiebant, et ægrotis quoque, et ijs qui ad ministerium aliquod publicum exequendum amandati erant. et quod ij, qui ad direptionem deputati erant, singuli prædam ad sua castra deferebant, et cum primum in castra ad militiam egressuri colligerentur, iurabant omnes, nihil ex præda se defraudaturos etc. Et quod etiam milites, qui in castris relicti fuere debeant esse participes prædæ captæ à militibus qui hostes insecuti sunt indicavit David inter suos milites Amalechitis devictis: quoniam et illi qui remanserant in castris militare munus obierant: mansit iam inde mos ille in gente, ut quicquid esset expeditione quæsitum, æqua sorte cum stationarijs militibus divideretur. Sabell. ab orbe cond. li. viii. Enn. i. pag. 89.

Prædam Romulus æqualiter inter milites dividebat, videlicet tam agrum ademptum hostibus, quam mancipia et pecunias et hoc ut libentius expeditioni [illegible] perent. Dionys. Halic. Antiq. Ro. lib. 2. p. 163.

Prædæ particeps fiebat apud Scythas ille solum qui caput hostile Regi obtulisset. Herod. li. 4. pag. 279.

Præda ex hostibus parta legibus addicebatur populo, et ne dux quidem exercitus in eam ius habebat: sed quæstoris erat eam vendere, et pecuniam referre in ærarium apud Rom. Dionys. Halic. lib. 7. p. 77.

Præda de hostibus capta illorum est, quorum auspicijs victi hostes sunt. plu. in vita Scipio. Aphr. car. 123. ad fi. dum loquitur de Masinissa, qui patrocinium Sopho nisbæ inconsulto Scipione suscipiendum sibi putarat. Alfonsus tamen Ate[illegible] prælio Ravennati, quod Gallorum Regis auspicijs gestum est, Fabricium Columnam, qui se ipsi dediderat ea conditione, ne [illegible] Gallis dederet, vehementius [illegible] tamen ille propter eius dignitatem Regij iuris, et arbitrij captivus fieret; reddere noluit Iovi. in Alf. Atest. car. 33. et ui. [illegible] li. 2. in uer. Captivi nobil.

Prædæ de hostibus vivis per deditionem captæ. quæ manubiæ appellabantur, Imperatoris erant ut quod liberet de eis faceret. Beroal. et Sabell. in Sueto. lib. i. cap. xxvi.

Præda capta de civibus in bello civili, postea eo perfecto est restituenda. ita statuit Vespas. ut in eius vita Sueto. cap. x.

Præda a Civi capta morante in loco hostis ad [illegible] enda est à Rep. vel princip[illegible] [illegible]. sicut in [illegible] car. [illegible] Veneti. Bemb. hist. lib. 3. car. 34.

Prędari excellenter, antiquitus gloriosum existimabatur. S[upra] vide Latrocinia

Prędium quod bonū uicinum habet, uendibilius est, et maioris ęstimari [solet]. Vnde Themistocles cùm prędiū uenderet, proclamari iussit bonū quoq[ue] uicinū habere. plu. in eius apophtheg.

In Prędiū, seu possessionem alicuius siquis militū de uia deflexisset, pro qualitate loci aut fustibus subijciebatur in conspectu eius, aut uirgis aut co[ndemna]tioni, aut si hęc omnia transiret dignitas hominis, grauissimis contumelijs, [u]t Alexandrum imp. cùm diceret, Vis ne hoc in agro tuo fieri, quod alteri facis? clamabatq[ue] sępius, quod à quibusdam siue iudęis, siue Christianis audierat, Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Lampr. in ei[us] ui[ta]. cap. 137.

Pręiudicium non est faciendū de ijs, quę consultationi relicta sunt: pręiudiciū autē fiet, si pro tali ascribemus, quod adhuc est dubium, an pro tali habendum sit, nec ne: uide Liu. dec. 3. li. 6. in prim. ubi de L. Marcij litteris fit mentio, in quibus se proprętorem scripserat, quum etc.

Pręmeditari oportet, priusq[ue] ad dicendum accedatur, ut late differit plu. exemplu Demosth. et periclis adducens in lib. de lib. educ. cap. de educ. lib. cap. 4.

Pręsidio decedere. apud Romanos capitale erat: adeo ut nec liberorū quidē causa parentes, eo decedere possent. Liu. in persona L. pinarij. dec 3. li 4 p. 304 in me. et uide S. in uer. Miles, qui signa.

Prętores statim à principio magistratu sui tenebantur prędicere, quo iure essent usuri, illisque iura ea, secundum quę essent iudicaturi, scripta edere, nec poterant ab illis deflectere ullo modo, sed ea cogebantur obseruare lege lata per C. Corneliũ Trib. pl. Dion lib. 36. pag. 12. 13

Principales autores in re quapiam multo magis errant, quàm sequaces, ap. Thucyd. li. 3. è. ibi. car. 155. 7º

Principem virum adhibens ad imperandũ ~~et c. uide ... uet. Re~~

Principum. consilia sępe sunt uenalia. Guicc. lib. i. car. 18.

Principis officium est, homines ab omni defendere, pręcipuè tñ suorum iniuria: Xiphil. in galba: Nam etsi satis est (inquit) priuatis hominibus nullam iniuriã facere, tñ principem prouidere etiam oportet, ne cęteri faciant, propterea quod nihil interest eorum qui iniuriam patiuntur, à quo eam acceperint.

Principia falsa ueri ... sequi non possunt. polyb. lib. 3. pag. Nec fieri potest, ut finem rite consequatur, qui de principio non recte coniicit. Idẽ lib. 9. pag. 628.

Principio ignoto, uel subobscuro, neque ea quidẽ, quę sequuntur, persuadere aut facere fidem possunt: quòd si opinio de principio uera sit, tunc omnis quoque consequens sermo facile auditorũ auribus satisfacit. polyb li. i. p. 4.

qui Prior aliquid inducit, prior etiã inde titulũ habere debet. Vnde bonũ erit argũm. Manlius imperiosi titulũ primus tulit, et, primus autor eam sequi exempli fuit (filij scilicet quòd iniussu pugnauerit, licet uicerit, necandi) non autẽ posthumius, qui ante eum fuit: quia si prior posthumius autor eius exempli ... prior et imperiosi titulũ occupasset. ita Liu. arguit lib. 4. car. 107. circ. me. licet argumẽ contrariũ sit in li. vi. car. 149. in me. ubi dies ... xv. cal. sext. ... clade insignis, à posteriore clade Alliensis appellatus est. sed hoc ideo, quia secunda clades maior, et insignior fuit.

Priuata nostra cũ aliquibus fœdera et pacta publicę utilitati, et publicis præcipue postḣabenda sunt. polyb. lib. 9. pag. 641.

Priuatę et nostrę [illegible] minor habendi ratio habet, quàm felicitatis publicę, exẽplo patris Horatiorũ trigemi. et aliorũ ap̃d Dionys. Halic. Anti. Ro. li. 3 p. 248. 279

Priuatas quidem et proprias necessitates decet non prętermittere: turpissimũ tñ est ea relinquere, quę ad salutẽ communem reipublicę pertinent: quod in casu de quo quilibet prima facie contrariũ diceret, iudicat polyb. lib. 4. p. 379.

Priuatã amicitiam facessere debere, cùm de publicis rebus, deq; patrię mandatu agendum est; docemur p. popilij ad Antiochũ uerbis, et facto. de quo Iust. li. 34. car. 120. in 2. p. et Q. Fabius etiã potiorem priuatis necessitudinibus rempu. habendã iudicauit, et habuit, dum obstitit, ne T. Octacilius, qui sororis eius filiam uxorẽ, et ex ea liberos habebat secundũ prerogatiuã iuniorum tempore belli Annibalis consul crearetur. Liu. Dec. 3. li. 4. p. 350. post prim. et uide .s. in uer. publicis
et indignũ [illegible] est priuatos affectus publicis anteire: quare Cęsarẽ amicũ deseruit Brutus, et pompeiũ patris sui interfectorem sequutus est. quia pompeiũ causã patrię defendere putabat. plu. in ui. Bruti. car. 1. p. 2. post prin

Priuata quędam uitia licent, quę in publica non utiq;. s. uer. pro Amico.

Priuatis ius non est uocandi senatũ. et ideo si ij quorũ finitus tempore magistratus est, senatum in curiam citent; non tenetur conuenire. Liu. lib. 3. car. 77. cir. me. paulò ante, et post. ubi etiam dicit, quòd

Priuatus iudicari uidetur à senatoribus is, ex cuius relatione, uel, ut arctius, ex cuius uocatione nullum senat. consultũ faciundũ decernunt. Liu. eo. li. car. 78. cir. prin.

Priuati uiri quandoq; audent Reges interficere. s. uer. Iniurias. et ap. Dion. li. 35 p. 35. ubi Rex Mithridates uulneratus fuit à quodam priuato milite, qui tñ ibidẽ cęsus fuit.

Priuatim contemnere non est facile quod publice in precio haberi cõtuemur: nec ad domestica non conducibile arbitrari quod comuniter et probari et amari conspicimus: quin longe citius &c. uide plu. in ui. Lysan. c. 189. p. 2. post me.

proditionem quanto quis est maior, et nobilior, tanto magis abhorrere debet. uide pulchra uerba in hanc materiam, syllę, et Archelai, apud plu. in uita syllę, car. i. ... in prin. eam etiam Barbari abhominantur, ut est uidere in pharnabazo ap. plu. in uita Agesil. car. 272. p. i. post med.

Proditionis crimen apud Romanos erat grauissimum, Dionys. Halic. li. viii. p. 189

Proditor, etiã ab eo pœnam meretur, cui facta proditio est si amici sui proditor fuit; ut Alexandrũ fecisse memorię prodidit Iust. li. 12. car. 57. et Furiũ Camillum Liu. li. v. car. 13. dum Magistrũ illũ scelestũ uinctum cũ pueris prodendis cum uerberantibus Falerios remisit. et certi nũmũ honorem habendum eis censuit Alexander Ma. ut apud Curt. car. 120. p. 2. et 107. circ. fi. et 92. uide .s. in uer. Liberalitas abet. ubi dixi de eo, qui pyrrhũ pollicebatur ueneno sublaturũ. et perseus Rex Apellem interfecit ministrũ fraudis in fratre Demetrio tollendo. Liu. Dec. v. lib. 2. p. 2. in fi. et seruus etiã p. sulpitij, cuius indicio dominus fuerat proditus, ut prœmiũ promissi indicij haberet, manumissus à sylla fuit: sed ob scelus domini proditi de saxo deiectus est. L. Flo. in Epi. lib. 77 plu. in ui. syllę. car. 195. p. i. ad fi. uide .s. in uer. Hostes. et .i. in uer proditores li 2

Proditores etiam ijs, quibus est facta proditio sunt odio, et horrori. Vnde Antigonus Argyraspidas male affecit, qui suum Ducem ei prodiderunt. plu. in ui. Eumen. in fi. Artaxerxes persarũ Rex Tennem qui sidonios prodiderat cum eius opera amplius non indigeret, interfici curauit. Diod. li. xvi. pag. 896.

Proditoris celare paris propè criminis est ac esse proditorem. ut dicit Diod. li xi Bibliot. p 575. loquens de Themistocle non prodente pausaniam.

Proditores qua pœna puniendi sint, docuit ... in Meti ..., de quo Liu. Dec. i. lib. i. car. 15

Proditoris ossa non ... in patria sepeliri. Aem. pr in uita Themistoclis, in fi

Proditorũ ... non debet ... licet exercitus Alex. Magni ... contrariũ obseruauerit ... Branchiadarũ gentem, ut per Curt. lib. vii car. 31 in fi. et Annibal proditoris Aitini Arpinatis coniugem ac liberos uiuos comburi iussit Liu. Dec. 3. li. 4. p. 367. in fi. uel prin. sec

Proditores ferè omnes malè uitam suam finierunt et ab ijs ipsis plerumque ... reperiuntur quibus proditio facta fuit, ut in ijs et uidere qui sertorium necauerunt per insidias. uide plu. in eius ui. in fi. et in Demade orator. plu. in ui. Demosth. in fi. et in philologo, de quo plu. in ui. Cicer. in fi. ubi fœdum suppliciũ uidebis.

proditorū, et perfugarū consilium pari calliditate Tullus, et Datames euerterunt; damnū, quod inde imminebat, effugerunt; dicendo se eis mandasse proditores, et perfugas iussu suo ad hostes transisse. uide Liu. li. i. car. 14 circ. fi. et Aem. pr. in uita Datamis, car. 178. p. 2.

promittens aliquid iniquum, non tenetur id obseruare: imo nec si princeps quidē promittat: potestq se tueri uerbis Agesilai in simili causa dictis. nam quum quidā ei dixisset, promisisti. per Jouem, inquit si iustum est: sin minus dixi equidem, sed non promisi. at illo subijciente: atqui oportet Reges prestare quicquid uel capite annuerint: respondit. non magis Reges decet prestare quod annuerint, quàm eos qui ad Reges accedunt petere iusta, et dicere. plu. in apoph. lacon. in Agesil. car. 2. par. i. et etiā car. i.

promissorum prestandorum quanta nobis sollecitudo esse debeat, docuit nos Themistocles qui quoniam prestare posse desperaret, quod pollicitus fuerat, uenenum sua sponte sumpsisse traditur. Aem. pr. in fi. eius uitę.

promittunt qui consequi aliquid cupiunt, accersita quęq ijs, qui resistere ceptis eorum possunt: re autē quam consequendam proposuerāt, perfecta neq pollicitorū meminerunt et, eis uiribus contra eos ipsos, à quibus eas accepère, utuntur. Dio exemplū refert. li. 41. p. 99. uer. alius cupientiū aliqd q

proprijs nostris rebus integris et intactis, si alienas, quę cū eis collocatę erant, et in eodem loco: furto subtractas, aut latrocinio, aut quocunq modo corruptas dicamus: parum certè fidei nobis habebitur; et haud integra fide nos fecisse uidebimur. tū si nos uoluerimus excusare non absurde fraudem et dolum illum Annibalis adducere poterimus, quo Q. Fabio max. inuidiā parare tentauit: nam cum à perfugis ei monstratus ager Fabij esset omnibus circa solo equatis ab uno eo ferrum, ignemq, et uim omnem hostium abstineri iussit, ut occulti alicuius pacti ea merces uideri posset. Liu. dec. 3. lib. 2. pag. 305. post me.

proximorum odia, sunt acerrima. exemplum in Julio Brigantico et Ciuile auunculo eius ap. Tac. li. 20. car. 193.

prudentissimi quidã sunt à natura, licet nulla precedente scientia, sicut de Themistocle dicit Thucyd. li. i. car. 68.

Publica causa et utilitas preferenda est priuato commodo. et unusquisq suæ potius deesse causę, quàm publicę deesse debet: sicut de C. Sempronio scribit Liu. li. [illegible] car. 114. et resp. potior esse debet quorumcunq gratia, ut ib. car. 119. [illegible] et in M. Attilio idẽ scriptũ: colligitur ex Epit. Flori in 2. dec. lib. viii. et dum Remp. utiliter agamus uoces populi maledicentis et ignominiosis uerbis nos compellantis negligere debemus, sicut Fabius max. Dictator qui pro cunctatore segnem, pro cauto timidũ patiens se appellari, dũ reip. [illegible]. Liu. dec. 3. lib. 2. p. 300. post me. cũ seq. et facit quod j. no. in uer. publica pe. et in uer. publicè et s. in uer. exempla [illegible] magna Tentauerat (inquit Tac. li. 20. car. 185. loquens de legionibus Rom. obsessis ad Castra Vetera iuxta Rhenũ in isto tumultu Ciuilis et Classici rebelliũ) Ciuilis obsessorũ animos, tanq perditæ apud Romanos res, et suis uictoria prouenisset. Circumferebantur signa, uexilla; ostentati etiã captiui. ex quibus unus egregium facinus ausus, clara uoce gesta patefecit, confossus illic à Germanis. unde maior indici fides.

publica pecunia, seu publicis ministerijs, et operis; idest ea, uel ijs, quę ad usũ et cõmodum publicũ nobis attributa sunt; non debemus in nostris rebus uti; sed in publicis tantùm: aliàs puniendi sumus: quemadmodũ L. Postumium consularem puniuerunt Romani quoniã quem exercitui preesset [illegible] miliũ in agro suo usui esset ut ait L. Flor. in secundã Liu. dec. Epit. lib. i. facit quod de Coriolano dicit Plu. in comp. Alcib. cũ eo, car. 2. p. i. dicit [illegible] cum Volscus iustã [illegible] accendendi causam prebuisse uideri cum id bellum [illegible] publicè [illegible] à [illegible] [illegible] priuatim [illegible].

Publicè dari non debemus quicq pro priuato in nos collato beneficio. [illegible] Africanum, cui cum Antiochi Regis legatus et filiũ ab [illegible] sine precio redditurum polliceretur, et preterea auri pondus ingens; et, nomine [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] si [illegible] cum pacem [illegible] [illegible] [illegible] respondit: Ego ex munificentia Regia maximũ donũ filiũ [illegible].

alij. Deos precor [illegible] vivere capat mea, animus certe [illegible] egebit pro tanto in me munere gratum me esse in se sentiet. se munaci [illegible] pro privato beneficio considerationis. publice [illegible] habebo quicquid [illegible] dato. Liu. Dec. 4. li. 7. p. 649. in fi. cum seq. et plu. in ui. eiusdem, car. 124. in fi. cum prim. seq.

Publicis foederibus ruptis dirempta simul et privata iura, dictitabat Badius, licet Crispinus hospitij ius adhuc permanere existimaret; atque ideirco noluit cum eo provocante congredi, ne hospitali caede dextram uiolaret. uide Liu. Dec. 3. lib. v. pag. 380. post me. et ui. 5. in uer. privatam. et 5. in [illegible] Hospitij. Dubius Avitus cum Ansibarijs terras quas incolerent petentibus in publica respondisset non lecta, Briocali ipsorum primati ob memoriam amicitiae daturum [illegible] pollicitus est. quod ille [illegible] itionis praemium aspernatus fuit etc. Vide 5. lib. 2. in uer. proditionis.

Publicis seditionibus multa mala committuntur, ad quae postea [illegible] coniuere decet et cauere, ne quid simile in posterum fiat. exemplo [illegible] de quo 5. lib. 2. uer. Adulterium, idest etc.

Publica aedificia, et opera si officiant privato [illegible], refundendum ei est pretium etc. uide 5. in uer. Domus.

Publicarum rerum oportet pauperes et divites participes aeque esse: divites ut ea quae habent tuto [illegible] ad vitam traducenda existiment, neque inde periculi quicquam sibi procreari. atque ut [illegible] temporibus communiter ad patriae salutem fortunas omnes conferant: pauperes ut quae publica sunt, publica et communia putent partemque ex his capiant: quae vero privata possessorum propria ducant [illegible]

Publicani quam [illegible] avari fraudulenti [illegible] [illegible] [illegible] et eius socij. qui portanda ad exercitus redemerant ut dixi 5. in uer. Redimere. nos abunde monere possunt. [illegible] publicum periculum erat a ui tempestatis, et ementiti sunt facta naufragia, et ea ipsa quae uera renunciaverunt, fraude ipsorum facta erant, non casu. in ueteres quassatasque naves paucis et [illegible] pretij rebus impositis, cum mersissent eas in alto exceptis in [illegible] praeparatas scaphas nautis multiplices [illegible] merces ementiebantur: deinde multa propterea eis indicta, cum eius certandae dies advenisset. rem turbarunt, nec passi sunt tribus in suffragium vocari. quamobrem [illegible] in carcerem

coniecti sunt, pars in exilium acti, cisq. aqua et igni interdictum. Liu. Dec. 3. lib. v. pag. 2. et Liu. Dec. v. li. v. p. 818. cir. med. ait: ubi publicanus est, ibi aut ius publicum uanum: aut libertas socijs populi nulla est. et publicani sunt ueluti Harpyę, hominum labores depascentes: et hęc et magna fecerunt eorum uide apud plu. in uita Luculli. car. 237. in fi. Crebris populi flagitationibus immodestiam publicanorũ arguentis. dubitauit quandoq. Nero imp. an cuncta uectigalia omitti iuberet; idq. pulcherrimũ donum generi mortalium daret. Tac. li. 13. car. antepen. nº 3

Pudor formam, idest pulchritudinem honestat. et nobilibus maxime fęminis congruere uidetur. Curt. car. 64. p. 2. in prin

Pudor uix artibus honestis retinetur, nedum inter certamina uitiorũ, pudicitia, aut modestia, aut quicq. probi moris reseruetur. Tac. lib. 14. car. 100. nº.

Pudoris causa aliquem percutiens, excusationem meretur, etiã si perierit in pñtia imperatoris. J. lib. 2. Ver. pudibunda.

Pudor intuendę lucis, silentium obstinatũ, fixiq. in terram oculi, et surdę ad omnia solatia aures; non abiectioris aut timidi animi sunt indicia; sed ingentem molem irarũ ex alto animo cientis. Ofilius Calauius apud Liu. Dec. i. lib. 9. p. 219. in prin. aut ingentem merorem denotant et ignominię sensum. ui. s. in uer. Barba.

Puellę cuiusdam nomine Johanna Lotharingę sub patre oues pascere solitę, militaria facinora et uirtutem in fauorem Galorũ, uide ap. pau. Aemil in car. vii. car. 222.

Puellę apud Lydos quęstu meretricio sibi dotem acquirunt. J. uer. Filię. lib. 2.

Pueri ad honesta exercitia non plagis, aut uerberibus, sed monitis, ac rationibus adduci debent, ut copiose tradit, et probat plu. in lib. de lib. educ. cap. de ed. lib. car. 6. in 2. par.

Pueris apud Rom. nefas erat obscęno uerbo uti. Vnde pretextati mores dicti et pretextatus sermo nihil obscęni habens. Beroal. in Sueto. pag. 2. nº. 40.

Puerum trimo minorem, si moreretur, non esse lugendum. statuit Numa ut in eius uita scribit plu, cap. 26. in fi.

Pueris octauo die nomina imponuntur. id, et quare id fiat, uide ap. Beroal. in Sueto. Nero. cap. vi.

Pueris quoque uel minoribus xi. annis congiaria, quæ cæteris singulatim danda sunt, decet impertiri. sicut iussit Augustus, licet antea non nisi maiores xi. acciperent. Sueto. in Aug. cap. 41.

Pueris etiam hostes, captis Vrbibus. parcere debent. cùm et belli, sicut etiã pacis certa iura sint; ut aduersus armatos, eosque ipsos lędentes bella gerantur, et arma ferantur. Camillus apud Liu. li. v. car. 135.

Pueritia, ex censione Seruij Tullij, decimoseptimo anno finiebatur, et minoribus sti[illegible]dia militaria non procedebant. Beroal. refert in Sueto. in Aug. cap. viii.

Pugione utimur in eos. quos clàm opprimere uolumus, gladio in eos quos palàm. idemque in secretis Caliguli reperti sunt post eius necem duo libelli, in quibus nomina continebantur eorũ, quos morti destinarat, prescripti diuerso titulo, alteri .n. gladius alteri pugio nomen erat: per hunc eos qui clàm opprimendi erant, intelligebat: per gladium, quos palàm cędere destinasset. pier. Valer Hieroglips. li. 42. pag. 315. no.

Pugnare extra ordinem singulari certamine. militibus non licebat, nisi prius consuluissent imperatores, permitterent [illegible] extra ordinem pugnare idque [illegible] permitterent. [illegible] T M. Torqua[illegible] [illegible]niã ab imperatore petijt ut [illegible] prouocanti gallo liceret pugnare. idem fecit Claudius [illegible] cùm eum prouocaret Jubellius Taurea. Idẽ T. Quintius Crispinus, cùm eũ Badius lacessere. ut Liu. refert Dec. 3. li. 3. pag. 341. in me. et lib. v. pag. 380. in fi. et Dec. i. li. 7. p. 171. ante mẽ. et M. Valerius Coruinus ut idẽ Liu. Dec. i. li. 7. p. 183. post me. in quibus locis omnibus uidebis

prouocantes semper uictos fuisse . sic et Alphonsus Hispanus [illegible]
uictus fuit à petro Baiardo gallo prouocato ap. Arn. Ferr. in Lud. xii. c. 35.
et [illegible] Hispani milites prouocantes à totidem Italis apud patauiū tempore quo
oppugnabatur à Cardo[illegible] et prospero, defendente urbem Liuiano . apud Iouium
hist. lib. 12 . in prin. et Horratas [illegible] à [illegible] .sic. Bio. [illegible] 17. [illegible]

pugnantes inter se Aetolis inuadere iure licebat etiam si amici essent. [illegible] lib. 2.
uer. prædam .

pag. 10, [illegible] . Curt. li. [illegible] . car. 137. et car. 138. cum Verona obsideatur a
[illegible]uatuor fortissimi galli equites totidem ex hostibus prouocarūt qui [illegible]
[illegible] 18 [illegible] 25 [illegible]

pugnum in os alicui impingens in loco sacro [illegible] uerendo in exilium
est mittendus, quinimo in insulam deportandus prout obseruatum fuit
in Dominico [illegible], qui maioribus in Comitijs Bernar. [illegible] pugnum
in os impegit : nam eum Decemuirū magistri è Comitijs in carcerem duci
iusserunt, et postea collegij decreto in insulam Ciprum exulatū deportatus fuit
Bemb. hist. car. 39.

pugno aliquem ita feriens, ut dentes omnes ei excutiat, si id pudoris gratia
faciat, quamuis in conspectu imperatoris, absolui meretur. [illegible] lib. 2. uer.
[illegible]

pulchra puella abunde dotata dicitur, etsi sit oppidò pauper . Beroal. ret in
Sueto. Domit. cap. xviii. ubi multa de pulchritudine et quòd flaxa sit

pulchritudo Marij Junioris liberauit eum à morte, cùm à Tampsa Rege
detineretur . uide hist. in plu. in uita Marij, car. 219. p. 1. in fi. nocuit autē
Caio Silio . de quo Sueto. in Claud. cap. xxvi. ubi Beroal.

Quadrupedia, quę morsu, aut alio modo quempiam lęsissent, trunco alligata dedi iubebat Solon. ut ait plu. in eius ui. car. 36. p. i. ante med.

Queri non debemus de amicis, quòd nobis non ferant opem; nisi prius clades et miserias nostras eis indicauerimus, et auxilium petierimus, et auxiliū denegatum fuerit: imo nec facere debemus omnia simul: scilicet indicare clades, et petere auxiliū, et queri nos haud adiutos, neglectosq. sed indicandū primū, deinde petendum auxiliū: postremò ni impetretur, tum demũ querendum, frustra opem imploratam; ut ad Hirpinos, Samnitesq dixit Annibal, ap. Liu. Dec. 3. lib. 3. pag. 343. cir. me.

Quinquagenarius numerus apud Aegyptios sive Hebræos, erat remissioni et indulgentię consecratus: in Veteri .n. lege quinquagesimo anno cuiusq obligationis remissio condonabatur: quippe siquis possessionem distraxisset recipiebat, si liber in seruitutem incidisset, libertatem assequebatur; indulgentiam debitor accipiebat exul in patriam redibat. pier. Valer Hieroglyp. lib. 37. p. 274. ī°.

Quies renouat corpora animosq ad omnia deintegro patienda: ita Liu Dec. 3. lib. i. p. 276. in fi. de militibus loquens Annibalis.

Quietissimi ante discrimen, in ipso discrimine sunt fortissimi. Otho ap. Tac. li. 17. c. 142

Rapiens liberam mulierem, ei uim afferens, decem drachmis multabatur lege Solonis: suasionibus uero in sententiam suam trahens, uiginti
Plu. in ui. Solo. car. 35. p. 2. post med.

Raptarum liberi matribus heredes non sunt, sed ex legitimo matrimonio tantum nati. Demosth. Orat. pro Phorm. pag. 58.

Rapere Virgines ad coniugium, mos fuit Grecoru antiquissimus et qui maximum decus afferebat expetitis ad nuptias mulieribus. uti ad Sabinas mulieres raptas disseruit Romulus ap. Dionys. Halicarn. Antiq. lib. II. p. 165.

6. Rationem, consiliumq etiam fortuna, exitura sequi solet. Liu. li. v. c. 131 prope fi. simile quod idē dicit lib. 4. car. iii. in prim. Fortuna seq. virtutem sequitur.

a. Ratio, quemlibet magnum authorem facit Vell. patere. li. 2. car. 127. q.º Sunt, inquit de pompeio Magno loquens qui hoc carpant, sed quanq in authore satis rationis est tum ratio quemlibet magnū authorem faceret: data enim etc.

Rebellantes liberos homines non oportet grauiter punire quia rebellarint; sed diligentissime curandum est, ne rebellent, neue rebellare cogitent etc. apud Thucyd. li. 3. car. 151. q.º et seq.

Rebellibus tamdiu blandiuntur ij, ad quos defecerunt, quamdiu eis sunt utiles considerantibus quod sicuti prodiderunt priores amicos, sic etiā et socios futuri sint erga ipsos. que opinio non est iniusta, si deficientes, et à quibus deficiunt sunt equales inter se consilio beneuolentia, et apparatu belli, Et si nulla subsit iusta causa rebellandi etc.
sm Mithylenes apud Thucyd. li. 3. car. 133.

Redimentes aliquid faciendū, uel prebendū; puta siquis recipiat sua pecunia mihi domum talis forme, faciendā; certa quantitate pecunie ei soluta: uel alendum filium, uel alios; aut quid simile. subiacent etiā periculo [illegible]

et casibus: nam si forte cùm domum propè absoluissent, uel incendio uel quo alio fortuito casu; concidat, et pereat: nihilominus ipsi tenebuntur deintegro domum ędificare sua pecunia: nisi specialiter cauerit ut redemptores à fortuitis essent tuti, ita colligitur ex Liu. dec. 3. lib. 3. 1 p. nam cùm Fuluius pretor se locaturum edixisset prębenda exercitui in Hispaniam: ad conducendū, inquit Liuius, tres societates affuerunt: quorū duo postulata fuere; unum, ne alij triennio eo publicani essent: alterum, ut quę in naues imposuissent, ab hostium, tempestatisq́ ui publico periculo essent. utroq impetrato, conduxerunt priuataq́ pecunia respublica administrata est. si ibi expresse uoluerunt cauere in illis duobus repentinis casibus: ergo palàm est, si conticuissent eos prospexisse futurum suum periculum esse. Sed si fraudem aliquam committunt isti redimentes, pecunia mulctandi sunt, de quo .s. in uer. publicani.

Regia, templum: pòtius uero Regū, ara uidetur, unde supplices abstrahi ad suppliciū nefas sit. ita responsū help Hungarię Regis oratoribus Boricsum petentibus, qui ad Ludouici iunioris Gallię Regis pedes procubuerat ad bellum sacrum proficiscentis. Hungarus autem, Adulterinā (inquit) prolem, quę aris (qn̄ aras Reges dici placet) bellum intulerit, quam sancta Ecclesia nec agnoscat nec sanctā habeat, Regem Francū tutari qui conuenit? pau. Aem. in Lud. iun. p. 107.

Regia Fortuna nil maius habet, quàm plurimos conseruare. s. uer. Clementia

Regnum dici duntaxat illud debet, quod uoluntario subditorū consensu conceditur. et magis pro animi sententia, quàm timore et uiolentia gubernatur. poly. 6. hist. lib. vi. p. 516.

Regnū optimo se relinquere dixit Alexander, cùm moreretur, licet et fratrē haberet, et liberos. Curt. lib. x. car. 150. p. 2.

Regno cum scelere conseruato prę ferenda est priuata uita, sicuti fecit Sabacus Aegyptiorū Rex, de quo Diod. Sic. li. 2. p. 86

Regnare illegitimum, si adsit legitimus, apud persas in primis nefas est. Herod. lib. 3 p.

Regni cupido iura omnia diuina, et humana perfundat, uide exemplū in Ludoui. Sfortia ap. Arn. Ferr. in Car. viii. car. 6. 7°. et ubi de regni successione agitur, omnia recta officia obliuioni dantur. docet nos quod à Liu. traditur in 1. l. D. i. car. 19. de Tarquinio prisco, qui ab Anco Martio maximis beneficijs, et honoribus affectus, tn̄ eo mortuo, regnum, filijs eius eiectis, per insidias occupauit. qui tn̄ non impune tulit: nam et ipse postea fuit propterea peremptus; et ipsius filij à Seruio Tullio similiter regno priuati. ut apud eundē, car. 21. cui pariter et ipse maximis fidelibus cuiq plurima beneficia dederat. quamuis etiā postea idem Tullius à genero suo L. Tarquinio, et Filia Tullia et regno et uita fuerit crudelissime priuatus, ut ibidem Liu. car. 23. et 24. ubi uidebis in femina Tullia libidinem regnandi tantam fuisse, ut et uiro, et sorori, et deinde patri sæuissimę necis causa fuerit. Rhadamistus consilio pharasmanis patris sui Regis Hyrcanorū Mithridatem patruum suum, eundēq socerum suum, et patris fratrē eundem et generum per scelestissimam proditionem Regno Armenię et uita priuauit simul cū sorore, et nepotibus suis ex ea ut ipse Regno potiretur. Vide omino Tac. li. xii. car. 82. per totū et seq. Vbi uidebis, quàm nihil iura humana aut diuina ualeant in animo Regnandi cupido. sed tn̄ haud diu potitus est quia turpiter paulopost fuit eiectus à parthis, et postea iterum ab Armenis ipsis. idem Tac. car. 83. et uide aliud exemplum, [illegible]. li. 2. [illegible]

Regnandi cupiditas, apud homines plus ualere solet quàm reuerentia erga patrem. exemplū in Ferdinando Aragonio erga Alfonsum patrē suū, apud [illegible] lib. 2. car. 137.

Religio nulla putanda est per scelus exolui posse. quo documento plebs Romana, cūm de Consulū cęde agitarent; in quorum uerba iurauerāt; ut eo modo sacramenti religione se exoluerent. deterrita est, quominus id scelus patrarent. Liu. car. 45. in prin

Religio est omnino necessaria ad constituendum ciuilem statum in Rep. et ad eam augendam et amplificandā. uide multa de hac materia et de religione Rom. apud Macchiauellū, in Discurs. lib. i. cap. xi.

Religione animi soli Numini se addictum Dux Britannus aiebat [illegible] humana fide se Francis obligari testaretur. ap. pau. Aemil. in Car. vi. car. 205.

Religioni fauendũ in dubijs. Cum Christiani quendam locum, qui publicus fuerat, occupassent, contrà popinarij dicerent, eum sibi deberi, Alexander imp. rescripsit, melius esse, ut quemodocunq illic Deus colaretur, quàm popinarijs dederetur. Lampr. car. 136. p.º

Religionis violatorem lege Solonis cuiq in carcerem abducere liceat, vel accusare publice causam apud Eumolpidas agere, proponere apud Regẽ. Demosth. in Andret. p. ibi.

Religionis contemptores, et Lutherani, acerrimè plecti solent à Deo, ut in Georgio Franispergo Germanorũ Duce nobis documentum dedit. de quo, et eius in pont. Max. et ceteros sacros uiros minis, uid. ap. Jou. in Alf. Atest. car. 49. et in Borbonio, ut ibi. car. seq.

Inter Religionum diuersitates Valentinianus imp. medius stetit, nec quenq inquietauit, neq ut hoc coleretur imperauit aut illud: nec interdictis minacibus subiectorum ceruicem ad id quod ipse coluit, inclinabat, sed intemeratas has partes reliquit, ut reperit. Ammian. lib. 30. p. 471.

Religiosi homines, et maxime pontifices, quantã maiestatis propter religionem habeant, testis est Julius secundus pont. Max. qui cum perusiã inermis intrasset, quam armis tenebat Joannes paulus Baleo: ut eam Ecclesiæ uindicaret: Joannes paulus eius maiestate, siue meditata obtemperatione licet aliàs facinorosus, et impius parricida passus est ab eo abduci perusia, et ibi Rectorem nomine ecclesiæ et pontificis preponi. notat hoc Machia. in Discurs. li. 1. cap. 27. Religionis autem est habenda fides, quia timore Dei, et pœnarum apud Inferos non tacent. polyb. lib. 6. p. 561. 570.

Religiosis asserentibus in confessionibus infirmorum aliquid esse dictum à defunctis, non omnino credendum. F. uer. Confessoribus.

Repetundarũ siquos damnauit Antoninus pius Imp. eorum liberis paterna bona restituit: ea tñ lege, ut illi prouincialibus redderent, quod parentes acceperant. Jul. Cap. in eius ui. car. 39.

Reprehensiones amicorum etiam ab Impp. patienter ferendę sunt. uide .5. in uer. homum. sicut Augustus faciebat, qui aliqñ sedens pro Tribunali cùm multos esset morte damnaturus, idq̄ perspiceret Mecenas, in Tabellā hęc uerba conscripsit: Surge uerò tandem carnifex. eamq in sinum Augusti proiecit, qui ea lecta, statim surrexit, nemine morte multato. Dion li. 55 pag. 339.

Reprehensionem mulierculę cuiusdā ęquo animo tulit Hadrianus imp. nam cùm ei mulier fortè occurrisset in uia, ab eóq ut se audiret, contenderet, quanq̄ primò sibi esse otium negauit, tn̄ ubi mulier ita exclamare cępit, Noli igitur Regnare, conuersus libenter eam audiuit. Xiphil. è Dio. in Hadr. 550

Reprehensiones malefactorū non sunt faciendę coràm multis: quia nimium perturbant et afficiunt reprehensos: et nobis inimicos reddunt. sed secretò sunt exercendę: exemplo Scipionis Afri. qui Masinissam, qui desponsatā turpiter Sophonisbam, in castra reducentem quamuis magnopere indignatus aduersus eum, tn̄ pręsente multitudine benignè accepit: postea tn̄ seiunctū à cęteris ita obiurgauit, ut sentiret Numida moderatissimo simul et seuerissimo imperatori sibi esse parendum. plu. in ui. Scipio. car. 123. in fi.

Reprehendere alios, longè procliuius est, quàm sibi ipsi moderari: facilimèq fit, ut quarum rerum causa homines pęna dignos alios iudicant, has ipsi easdem admittant: ut argumento non sit, propter quę uitia accusant, hęc ipsos odisse. Dion li. 36. pag. 13. Vbi dē C. Carbone, et M. Cotta

Res, accipitur inter alia, pro lite. Vnde Cicero in oratione pro Murena dicit nondū potuisse statuere Jurisconsultos, utrū rem, an litem dici oporteret. Hinc factum est, ut rei, tam creditores, quàm debitores dicerentur, quasi litigatores à re, idest lite. Beroal. in Sueto. in ui. Aug. cap. 3. in prin.

Rem, quę dicitur, et proponitur, potius quàm auctorem spectare oportet, ut ait App. Clau. apud Liu. dec. i. li. vi. car. 169. post me. quia non omnes in omnia, sed certi per certa, uel meliores, uel deteriores inueniantur, ut ait Justinia. in epist. ad Trib. in prin. ff. uet.

Rebus cunctis inest quidam uelut orbis: et quemadmodū temporum uices ita morum uertuntur: nec omnia apud ueteres meliora: sed nostra quoq̄ ętas multa laudis et artium imitanda posteris tulit. Tac. li. 3. car. 40

Res claras atque euidentes putare [illegible] diutius posse celari, stultissimi est. polyb. lib. 4. p. ~~296~~. 331.

Rei familiaris studium haud quaquam [illegible] siquidem et Cato rei pecuniariæ procurator non uulgaris, sed bene diligens fuit ut patet ap. plu. in eius ui. car. 149. cir. fi. et 150. p. 2. cir. prin ubi ait non uiri, sed mulieris esse uiduæ, facultates extenuatas dimittere. illumque hominem admirabilem ad gloriam, ac diuinum appellat qui rationes suas ampliore, quàm accepisset, relinqueret. et cùm nullam perfectiorem uirtutem, quàm ciuilem consequi mortales possint, eius non parua pars à multis autoribus ratio rei familiaris ponitur. plu. in comp. Arist. ad Cat. car. 1. p. 1. in fi. ubi Lycurgi, et Hesiodi testimonio probatur cura rei familiaris. uide omnino.

Responsum aliàs laudabile, nisi respondeatur pro tempore, idest nisi temporis habeatur, et personæ ratio, fit reprehensione dignum, et in perniciem uertitur: ut in quodam ad Teucam Illyriorum Reginam legato Romano contigit; qui propter magnanimum quidem sed intempestiuum responsum obtruncatus fuit. polyb. lib. 2. p. 126.

Respondens superbè magistratui et iudici [illegible] est ut in Megaleam et Crinonem duces suos fecit Philippus Maced. Rex apud polyb. li. v. p. 421.

Respublica eis est committenda qui per se eam gerere possunt, non per Assessores. Lampr. in Alex. car. 135. Et eis qui sua propria recte gubernant, sicut indicarunt [illegible] prudenti [illegible] circa [illegible] et publicis. li. 2

In Rempublicam inuiti non ambientes sunt collocandi, Alex. seu. ap. Lampr. c. 124 [illegible]

Rempublicam quocunque loco et gradu tuendere, honestum est. et omnia honesta loca ducere debemus quibus remp. defensuri simus. ait ad commilitones Sp. Ligustinus centurio, apud Liu. dec. v. li. 2. pag. 763. in med.

Restitutionem in integrum adversus transactionem factam cum quibusdam qui damnati fuerant propterea quod ad eos ex his rebus, quae Fisco, aut Regi erant debitae aliquid impune pervenerat, Rex ipse Franciscus Valesius Filij ... nomine ... minoris aetatis petijt, et ... ut Arn. ... in eius uita car. 164. p.º 6. H.

Reus nobilis, et bonae famae, non est tormentorum cruciatibus admouendus propter unius eiusque iudicium, priusquam ille iudex severa in quaestione iudicium suum perpurgarit. ideo in grauibus etiam rerum momentis habet locum: ut Aurantius in Neapolis obsidione ... in persona ... Idi. Joui. lib. 26. car. 48.

Reo est altera auris, omnis exper calumniae seruanda. quamobrem Alex. ma. quum ius diceret in causis capitalibus, orante accusatore, alteram manu aurem solebat occludere. plu. in ei. ui. car. 303. in fi.

Reus absolui debet, si qui ab eo ... veniam eius delicti a iudice deprecentur: argumento eorum, quae de Hortensio Trib. pl. dicuntur in causa ... ij. ut apud Liu. li. 4. car. 112. in fi. cum prin. seq. licet ibi non ... sed tamen omissus fuerit nec per ... in ... persecutione. qui tamen paulo post alio accusante repetitus fuit ad reatum eiusdem criminis ergo, reusque tandem peractus et condemnatus quia ... qui fuerat ... ob militiam turpiter actam ab eo non remiserat offensam. ... Tribunus ... ead. car. in fi. cum seq.

Re... etiam capitis, puta qui homicidij fuit accusatus, si tamen idoneos vades ... de iudicio sistendo; quia, si non steterint, promittat pecuniam, quantam uidebitur iudici promittendam; dimitti et carcere liberari debet. sin autem vades ... non stiterint cum pecunia promissa multabuntur, ita tamen, ut si Rei pater ... vit et ... in eius bonis, quatenus in eis reperiatur, fiat executio. ... probantur in iudicio Rom. ... contra ... Quintum non homici... sed et uis publicae et multorum facinorum Reo ut est apud Liu. li. 3. dec. i car. 61. cir. fi. et seq. et car. 80. cir. fi.

Reo concedebatur iure Rom., ut custode quodam apud accusatorem posito cuncta ... quae ... inopinato ... afferre posset. vide de hoc ap. plu. in Cato. iun. car. 338. p. i. post mi.

Reus ipse defendere se ab accusatione debet, et accusatoris calumnias repellere et innocentiā suam ostendere: non autē expectare, ut iudex, uel princeps, qui legibus presunt eum tueantur; et inocentiam eius rimentur, neu contra leges opprimatur accusatorū calumnijs: nam iudices secundū acta tantum et probata sententiam suam ferre debent. ut Agesilai apopē. circumferuntur, de quo plu. in apoph. lacon. in Agesil. car. 5. p. 2. [illegible] contineri

Reis licere ambire et prehensare illos, à quibus iudicandi sint; et ad misericordiā mouendam sordida uti ueste, probare possumus exemplo Romanorū: quibus hoc moris erat, cum eis dicta quacunq de causa dies fuerat, ut patet apud Liu. lib. 2. dec. i. car. 58. cir. me. et li. 3. car. 65. cir. fi. et car. 81. quinimo etiā alijs pro eis licet ambire: sicuti pro Clau. pulchro Censore principes Ciuitatis fecerunt, ap. Liu. dec. v. li. 3. p. 784. cir. med. uide Beroal. in Sueto. Aug. cap. 32.

Reos laudare non licebat in iudicio, iure Romano, legibus à pompeio ea de re latis, quas tū ipse transgredi non dubitauit, qui plancum, contra suammet legem, reum commendauit. ui. plu. in uita pompei car. 289. p. i. in fi. quod trahi potest ad id, quod dicimus, in iudicijs non est acceptio personarum habenda. et plu. in ui. Cato. iun. car. 341. p. i. Dio li. 40. pag. 89. uer. iudicia à pompeio reformata ubi dicit: [illegible] quod plerunq iudicia corrumpebat, correxerat, interdicto, nequi Reorū laudatores haberentur, aut pro accusatis deprecarentur: complures .n. eorū, qui rei facti erant, eo modo, uiris fide atq autoritate preclaris intercedentibus, iudicijs erepti fuerant.

Reus per sententiā liberatus, si postea error appareat, iterū ad iudiciale reuocandus est examen; et siquidem sons reperiatur, melius consultando et iudicando; debitis pęnis subijciendus est, non obstante liberatione prima. quare apud Lacedęm. Reus liberatus nihilominus erat Reus, et legibus obnoxius. plu. in apoph. lacon. in Anaxandrida.

Reus capitalis criminis [illegible] iudicis in ius uocatus ad causam dicendā nolit parere: imo [illegible] in ius trahatur, ui defendere sese paret, si ab officialibus ad id missis cogatur iure cęsus uideri debet, sententia L. Quintij octogenarij senis maximi uiri Dictatoris Romani; ut ait Liu. lib. 4 car. 100. cir. fi. uē prim. seq.

Rei faciendi non sunt, qui absunt Reip. causa. Sueto. in Jul. Cę. cap. 23.

Reis in pari causa, idest in dubio fauendū est: si .n. iudices iniusta sētia Reum dānarint, post errorē eum mutare non possunt: sed qui minus iuste liberarit, possunt, si Reus nō emendatur in idē iudicat delictū. Aristot. in problem. sect. 29. nº. 13. fol. 248.

Rei damnati, iure Romano non ducebantur ad supplicium ante diem decimum post sententiam: et interim principem pœnitere licerat. Tac. li. 3. c. 30. Igitur factum (inquit) S.C. ne decreta patrum ante diem .x. ad ærarium deferrentur, idque vitæ spatium damnatis prorogaretur. sed non senatui libertas ad pœnitendum erat, neque Tiberius interiectu temporis mitigabatur.

Reis, non pauciores decem diebus dabantur ad respondendum de ijs de quibus accusabantur; iure Rom. plu. in ui. Cicer. car. 372. p. i. post m. Tac. li. 3. car. 32. n.º Exin biduum (inquit) criminibus obijciendis statuitur, utque sex dierum spatio interiecto Reus per triduum defenderetur.

Rex constitutus, lege persarum, donum petebat ab eo, qui ipsum constituerat Regem: et is totum quod petitum erat tradebat. licet nunc contra cuique econuerso faciundum, ut scilicet Rex constitutus donare debeat. plu. in uita Artax. car. 415. p. 2. ante med.

Rex Aegyptiorum Sesostris signum aut ad templum iret, aut per Urbem incederet, quattuor Reges aut Duces ex ijs, qui præstituto die in Aegyptum ueniebant ad ei dona offerenda, loco equorum currui iungebat. Diod. Sic. li. 2. p. 77. [illegible]

Regum antiquorum Aegypti quam fuerit uiuendi mos uide apud Diod. Sic. lib. 2. pag. 92. 93. 94. 95.

Rex Aegyptiorum Cheops filiam [illegible] constituit ob inopiam pecuniarum Herod. lib. 2. p. 157.

Regis in sella consedisse, periculum capitale fuit. Curt. car. 109. in prin.

Regum Ducumque clementia, non in ipsorum modo, sed etiam in illorum qui parent, ingenijs sita est. Curt. car. 114. p. i. in fi.

Rex fortior esse debet suis subditis et duplum quam quilibet eorum præstare. Herod. lib. 7. p. 483.

Reges natura quidem neminem uel hostem, uel amicum habent, sed ex utilitatis commodo amicitias, inimicitias metiuntur. ut Aratus censuit apud Polyb. lib. 2. pag. 169. Vnde plu. in ui. [illegible] car. 205. p. 2. [illegible] appellat Reges; perfidiarum ac proditionum magistros, quia cum maxime lucrari [illegible], qui minime iustitia utatur. uide exemplum [illegible] in [illegible] Rege Gallorum erga A[illegible]sum Aret. apud plu. in ui. Arat. car. 40. in fi. et seq

Reges et principes prefectos suos punire debent, siquid in prouincijs eorum fidei commissis perperam gessere; nec solum eos: uerumetiam ministros scelerum. licet magnum aliquod beneficium ab eis Reges ipsi alioquin acceperint. ut fecit Alexander magnus ap. Curt. li. x. in prin.

Regi leges tuendę etiam contra eos, quibus in uita priuata fuerat amicus. v. uer. pro Amico.

Regum Mandata si legibus sint contraria, non sunt seruanda, tanquam illis nescijs emanarint. Antiochus tertius Ciuitatibus sibi subditis scripsit, ut siquid unquam per literas mandasset, quod legibus aduersaretur, ne curarent, tanquam illud esset se nesciente scriptum. pier. Valer. li. 26. tit. de Araneo. cap. legum inęqualitas. Et ideo Regia priuilegia et saluusconductus, et patentes quas uocant non intelliguntur perpetuo concessa, licet à Regibus decreta et subscripta fuerint, antequam regio sigillo munita, et à secretarijs subscripta fuerint, ut siquid propter occupationes, uel malam instructionem e Regum ore prof.. sit, moderari possit. v. uer. Saluusconductus.

Regem, aut principem Virum, aut eorum legatum adhibens ad impetrandum eorum commendatione aliquid à Dnio Veneto, punitur ex senatusconsulto Venetijs facto pro genere hominum, de quo Bemb. hist. li. 7. car. 102. n°.

Regis sui Ferdinandi iussu ut seruiret, Consaluus ille Magnus Federicum Aragonium Regem Neapolis optimum, de se benemeritum mutuis beneficijs sibi in amore coniunctissimum fallacibus promissis traduxit, ut ille mox deceptus et delusus, natura simplici, et superioris belli clade exacerbatis hostibus proderetur: licet id se indignum arbitraretur. Vide Jou. in eius ui. lib. 1. car. 202. in fi.

Regum etiam scorta, et spadones honorandi sunt, ne nobis quod Orsini aliàs benemeritissimo, contingat: de quo uide ap. curt. car. 146. p. 2. lib. x

Regem summum quis crediderit in integrum restitutionem tentasse aduersus transactionem cum nonnullis subditis suis factam? uide v. Restitutionem.

Regię laudes quę sint, tradit Cicero in Orat. pro Deiotaro, c. 148. p. 2, qui ait, frugi hominem dici, non multum habet laudis in Rege: fortem, iustum, seuerum, grauem, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, hę sunt Regię laudes

Rhegynos fuisse meticulosos tradit antiquitas, adeo ut in prouerbium cesserit, Rhegynis meticulosiorem appellantes ualde timidum. Beroal. ref. in Sueto in Aug. cap. xvi.

Romani hodierni, sunt uindictę maxime auidi. Iou. hist. li. 29. car. 138.

Romanę Ciuitatis beneficium, idest ut quis in Ciuitatem Romanam reciperetur, primo quidē in magno fuit precio, sed postea adeo facile et uile factum est, ut uulgo diceretur eum qui Vasa uitrea, et ea quidē fracta dedisset, ciuem Romanum fore. Xiphil. e Dione in Claudio car. 501. Vbi loquitur de temporibus Claudij.

Rubor non semper culpę testis est. ut in Dioxippo uidere licet apud Curt. li. 9. car. 138.

Rubore si perfunderentur Adolescentes, bonum indicium sumebat Cato, secus si pallore. plu. in ui. Cato. sen. car. 147. p. i. ad med.

Rustici cuiusdam miram constantiam in tormentis, ui. s. in uer. in Tormentis.

Sacerdotes soliti olim erant et Cane et Capella abstinere ut non modo attingere, sed nec appellare quidẽ liceret, Arn. Ferr. in Lud. xii. car. 44. p.ª Vbi etiam dicit,

Sacerdotes, qui ulcus aut perturbationẽ animo haberent, res diuinas tractare non oportere ex ueterum monumentis, ex quibus apparet, Aurus qui ulcus haberent, inaugurandi gratia sedere prohibitos.

Sacerdotibus nec magistratum capere, nec petere permittebatur Romę quod, et quare id fieret, ui. plu. in probl. car. 479. in fi.

Sacerdotes non uidentur habuisse ius in senatũ introeundi, licet Flaccus id sanctitate uitę fuerit, multis temporibus intermissũ consecutus. Liu. Dec. 3. lib. 7. pag. 426. post prim.

Sacerdoti Diali iurare non licebat. Beroal. in Sueto. pag. 2. in prin.

Sacerdotes siquem inuiti iubeantur à superioribus excõmunicare, dicere pulcre poterunt, quod monacha illa græca pie uisa est dixisse; uidelicet supplicationũ ad nos, non execrationum officia pertinent. plu. in ui. Alcib. car. 50. ad med. p. i. uide. ĩ. uer. pontifex precandi.

Sacerdotẽ non tñ certum dierũ numerum castum esse oportere, sed per totam uitam à talibus studijs, qualis istius uita est, fuisse alienum, inqt Demosth. in Androt. in fi. p. 168.

Sacerdotes aliquñ corrumpuntur auro ut dicant aliquid sibi à morientibus inter pia colloquia fuisse iniunctum circa restitutionem rerum tamq̃ male partarũ, exemplum apud Iou. hist. lib. i. pag. 13. nº 45. 50. ubi loquitur de Ambosio Albiensi Cucullato professione sanctitatis.

Sacerdotem interficere, inexpiabile quidem facinus est: si tñ improbus fuit et sacerdotio indignus, minus flagitiosum habetur. quare cum Feltrius Alidosium Cardinalem, etc. uide. ĩ. in uer. Homicidia.

Sacerdotibus nihil sanctius atq religiosius est: tñ siquis ipsorũ deliquerit puniendus est. desinunt .n. sacrosancti, et inuiolabiles esse, dum aduersus Deos delinquunt, per quos sacrosancti, et inuiolabiles habentur. Tiberius Gracch. et hęc, et alia in huiusmodi materia dicit ap. plu. in ei. ui. car. 182. p. i. ad med.

Sacerdotium gerens, si idem magistratū inter laicos habeat, non potest illius magistratus prętextu, uel causa recedere à sacris. ita iudicauit Cęcilius Metellus pont. max. summus uir. quem A. posthumiū consulē, qm̄ idem et flamen Martialis erat ad bellum gerendum proficisci uolentem, in Vrbe tenuit nec passus est à sacris recedere: ne uidelicet post humana negotia uideantur diuina duci. De hoc L. Florus in 2. Dec. Liu. Epit. li. 9. et P. Licinius pont. max. Q. Fabium prętorem, quia etiā flamen Quirinalis erat, detinuit ne in prouinciā proficisceretur Liu. Dec. 4. li. 7. p. 686. post prin. Seruius Maluginensis Flamen Dialis, ut Asiam sortē haberet, postulauit. frustra uulgatum dictitans, non licere Dialibus egredi Italia &c. Aduersus quę cūm Augur Lentulus, aliiq; uarie disseruerunt. tandē Tiberius imp. ex decreto pontificū pronūciauit annuam absentiam, et prouinciarū administrationē Dialibus non esse concessam. Tac. li. 3. car. 40. et 42. 7º.

Sacerdotia Romę uemendi, quę quis habere bonis artibus non poterat consuetudo, facultasq; ab Alexandro pont. Max. instituta, late palamq; inualuerat, cum Decemuiri veneti sanxerunt; siquis in posterum id faceret, eius bona fisco inferrentur, ipse ab Vrbe, atq; Vrbis finibus, quādiu uiueret exul esset. Bemb. hist. lib. vi. car. 94.

Sacramentum suum qui uiolat Regis sui imperio, non uidetur nota dignus. exemplo Consalui Magni erga Ferdinandum Aragoniū Tarenti obsessum, et sub certis conditionibus iuramento firmatis sponte deditum. quas tn̄ ipse non seruauit: iubenti .n. Regi Ferdinando Catholico, et ab se minus honesta postulanti Consaluus uel cum labe suę dignitatis parendū existimabat: quod tametsi sacramento adactus quę promiserat nō pręstaret id totum tn̄ ad imperantis Regis arbitriū referretur, qui uti alieni ignarusq; earum rerum ex iureconsultorum responsis nulla Consalui sponsione obligari posse censeretur. Iou. in eius ui. lib. i. ad fi.

Sacrilegi quas pęnas reportent à Dijs ipsis, nobis exemplo sunt Phocenses, de quibus late ponderat et examinat Diod. Bibliot li. xvi. p. 915. usq ad pag. 922.

Sacrilegi omnes insepulti abijciebantur, communi Grecorum omnium lege. Diod. Bibliot. lib. xvi. pag. 870.

Sacro auro, seu donarijs Diuorū licet uti causa se defendendi à hoste et in venir, dummodo post bellū amplius reponantur, sm Periclē ap. Thucyd. l. i. c. 81. q.

Saluusconductus licet à princip. decretus et subscriptus, non tn̄ intelligitur perfecte concessus et uirtutem suam obtinere priusq̄ sigillo principis roboratus, à secretarijs subscriptus, et parti consignatus fuerit, secundū Lignium disceptantem contra Virginium Vrsinū et comitem pitiliani, qui ad Nolam ei se dediderant, tametsi Vrsini captiui contrarium assererent apud Carol. viii. Regē Gallię. vide Guicciard. li. 2. car. 93. 94.

Saluūconductū (ut uulgo dicitur) alicui concedens, si statim postq̄ uenerit ad ipsum, accipiens, et recesserit ad locum unde uenerat, à concedente captus sit, et interfectus, non uidetur fracta seu uiolata fides saluiconductus sm Pachetē Atheniensiū prefectū ap. Thucyd. li. 3. c. 143. uide s. lib. 2. uer. Iusiurandū, vers. pachetes.

Sanguinis profluuio ex nimijs in bello clamoribus concito perijt Antigonus Rex Macedonū vir magna uirtute inclitus ut ait polyb. li. 2. p. 194.

Contra Sanguine coniunctos nobis non debemus uti hoc seueritate, neq et in causis status, sed eos mitius punire, ipsos relegando, more Petri Medicis et Florentinorū ciuium erga quosdā Medices, qui conspirarant contra ipsum Petrū, ap. Guicciard. li. i. car. 32.

Sapientem odi, qui sibi sapiat nihil, dixit in Calisthenē Alex. ma. ut in eius uita refert plu. car. 306. p. i. post med.

Scelestos homines Dij eadem mala pati, et maiora etiā cogunt, quàm quibus ipsi alios affecere; sicut in mercenarijs Carthag. militibus, qui contra dominos rebellarant, et multa sæua patrarant contigit. ad id. n. tandē Amilcaris uirtute redacti sunt, ut seipsos, et ministros suos comederent. ut polyb. li. i. pag. 96. et 113. et in ti lib. i. et eiusmodi hominibus improbis pro aliorū salute, bellum debemus indicere. licet nos nulla afficiamur ab eis iniuria. plu. in Romuli, ac Thesei comp. post prin. Contrariū tñ contigit in Fredegunde Regina, quę inter multa scelera incolumis, et omnium Victrix est. p. Aemil. in Clot. 2. p. 18.

Sceletis hominibus auxiliū ferre non debemus, etiam si magnū aliquod inde commodum consecuturi simus: turpissimum. n. est, flagitiosis opitulari. quare senatus Rom Mamertinis opem implorantibus nequaq̄ mittendā censuit, licet utile sibi futurum esset, ut polyb. lib. i. pag. 19. cū seq. licet populus contrariū effecerit, ut ibidē.

Scelus non est mutuo scelere uindicandum, sed iusta, et legitima pęna: sicut in legatis Carthaginiensiū seruauit Scipio, quos cum in potestate haberet, incolumes tñ et illęsos dimisit; quamuis econtra Romanorū legati à Carthag. oppugnati, et uiolati fuissent: nihil. n propter scelus hostium, nec instituti P.R. nec suis moribus indignū in ijs facturū esse cum dixisset, bellum apparabat quo iuste illatā iniuriā ulcisceretur. Liu. dec. 3. li. x. p. 509. ante me. et male fecerunt Laurentes, qui Tatium Regē in templo interfecerūt contra ius gentiū, licet ille quoq absoluisset eos, qui ius gentiū fregerant in occidendis legatis Laurentū. quare Deorū ira magnā peste ipsi quoq Laurentes afflicti sunt, donec cędis autores supplicio affecerunt. ut refert plu. in ui. Rom. car. 13. per to. de hoc quoq singulare exēplū est Julij Cęsaris, qui quū petreius milites Cęsaris colloquentes cū suis interficisset; ipse Cesar econtra petrei milites incolumes dimisit, et admissam in se perfidiā noluit imitari. ui. questo Sueto. in ei. ui. cap. 75. et ibi Beroal.

Sceleribus sepenumero scelera condonantur, et mutuis maleficijs impunitas datur, ut memoria iniuriarū tollatur. p. Aemil. pag. 208.

Scelera etiā quę infelicem exitum habuerunt, ęmulos tn̄ inueniunt, idest exemplū sequitur. Tac. li. 20. c. 187. loquens in Aquiliū Regulum, qui sub Nerone Crassorū, et Orphiti domus delationibus subuerterat. Inuenit, ait, etiam ęmulos infelix nequitia. quid si floreat, uigeatq̧!

Sceleribus patrandis facile persuademur, idest facile inducimur ad ea patranda: nec est difficilis persuasio. sic intelligitur Sophocleum illud, subita persuasio ad scelus prquia est. idest persuasio est in promptu et facilis, siquē ad scelus impellere uelimus, aut ducere. facilis est. n. uia, ac prona, qua quo uolumus, inducimur. mala autē plurimi uolunt ob inexperientiam bonorū, atq̧ inscitiam. plu. in Artox. car. 416. p. 1.

Scelera impetu, bona consilia mora ualescunt. Tac. li. 17. car. 133.

Scelere, siue per scelus hostes, uel inimicos superare, turpissimū. vide. s̄. in uer. Hostes.

Sceleri periurium addere solent homines perditi. s. uer. Iurare.

Scelerum grauiorū Ministri, sunt mandatoribus odio, vide. s̄. in uer. Beneficia.

~~Scelera caret initio i siquidem Deus [illegible] minus [illegible] ~~ nec quę sunt utilia in ~~deliberando~~ monstrat. supra, Fatū. ibi n. dicta et hic conferunt, et aptari possunt.

Secreta siqua inuenerimus, aut nobis deferantur, quę prodita perniciem multis allatura sint, omnino debemus opprimere. si oppressa non possant amplius nocere: sicuti prudentissime fecit Pompeius: qui cum Perpennas ei uellet ostendere multas clarorum uirorum epistolas, qui cū Sertorio clam coniurant, non solum eas noluit propalare, sed et ipsum trucidauit Perpennam, et literas non inspectas combussit; ne maiorum seditionū causa essent. uide omnino plu. in ui. Sertorij, in fi. et in ui. Pompei car. 231. p. 2. post prin et Sueto. in Calig. cap. 15. ubi et Beroal. idē fecit Cęsar de Pompei literis arcanis, quas combussit non lectas, ui. s̄. uer. Literas. et postea d Scipionis literis, Dio lib. 43. p. 135. uer. literę scip.

Secreta Regū nemo debet inquirere, aut desiderare, ut sibi dicantur. Unde laudatur Philippides, qui rogatus à Lysimacho, num aliquid, uarū rerū expeteret, respondisse dicitur: solum ô Rex, ne arcanorū tuorum quicq̄ mihi credas. plu. in ui. Demetrij, car. 383. p. 2. ante fi

Secreta, i, arcana Regū prodentibus, apud Persas capitale suppliciū statutū erat et lingua grauius castigabatur, quàm unum probrum, nec magnam rem

sustineri posse credebant ab eo, cui tacere graue esset, quod homini facillimũ uoluit esse natura. Curt. li. 4. car. 26. p. i. post prin. et Augustus Thallo à manu crura effregit propter epistolã proditã. uide etiã in uer. Scribę, li. 2.

Secreta idest res fidei nostrę creditas non esse pandendas. Hispanorũ docemur exemplo, quos tradit Just. lib. 44. car. 141. p. 2. sępe tormentis pro silentio rerũ creditarum immortuos.

Secreta colloquia cũ eo habita, qui paulopost facinus aliquod cõmisit, indicia sunt communicati sceleris. Curt. lib. vii. car. 82. post me. p. i.

Secretã, et occultam uitam agere quęrunt, qui turpiter eã ducere uolunt M. Liuius Drusus, uir nobilissimus, eloquentissimus, sanctissimus, cùm ędificaret domum in palatio, promitteretq; ei architectus, ita se eam ędificaturũ, ut libera à conspectu, immunisq; ab omnibus hominibus esset neq; quisq; in eam despicere posset. Tu uerò inquit, siquid in te artis est ita compone domum meam, ut quicquid agam, ab omnibus perspici possit. Vell. paterc. lib. 2. car. iiq. in fi. uel seq.

Secundę res in hominibus temerarijs magis timendę, quàm aduersę, sic Fab. Max. apud Liu. de Minutio loquens, Dec. 3. li. 2. p. 306. cir. m. et patuit postea uerũ esse, ut pag. 308. et 313. post me. nam secundę res sapientũ ipsorũ animos fatigant: nedũ temerarij et stolidi sibi temperent. Sallust. in Catilinę coniu. car. 8. in fi. et rarò simul hominibus bona fortuna, bonaq; mens datur. Hanno Carthag. ap. Liu. Dec. 3. lib. x. pag. pen. post med. ubi ait, Po. Ro. eo inuictũ esse, quòd in secundis rebus sapere, et consulere meminerit. ex insolentia. n. quibus noua bona fortuna sit, impotentes lętitię insanire: P. R. usitata, ac propè iam obsoleta ex uictoria gaudia esse. de qua etiã sententia, uide pulchrè apud Plu. in ui. Rom. car. 13. p. 2. post med. ubi dicit, ne Romulus quidẽ effugere potuit: quod multis, uel potius omnibus, pręter paucos admodũ, euenire solitũ est, qui magnis ac subitis successibus se ad potentiã, et opes nimias extulerunt; ut elatus, et tumidus animis insolesceret grauius: pro populari comitate, et affabilitate tyrannicos spiritus, et minime ferendã superbiam, et contumaciam sumeret.

Secundis rebus etiã egregij duces insolescunt. Tac. li. xviii. car. 2.

Securitas semper detrimentorum mater est. exemplum apud paulū diac. de gestis Long. li. i. cap. xi. et ap. Egn. li. i. cap. 5. d' coruorū prodigio.

Sedentes sententiā ferre debemus: nam sic nimio plus sapimus, ut inqt plau. uide Beroal. ap. Sueto. Nero. cap. xv.

Sedere in loco indigno non pateretur vir nobilis et fortis, at potius mortē optaret. Liuia ad Aug. apud Dio. li. 55. p. 344.

De Sedendi proxime Regem Franciæ iure, contentio inter Ducem Andium et Audacem Burgundiæ Ducē, quomodo decisa fuerit per dictum Regē Carolū VI. uide ap. P. Aemil. pag. 204. Vnde colligitur, habendā esse rationem loci, diei, et rei quæ tunc agitur, ut is præferatur, cuius tunc præcipuum munus in ea re sit.

Senatorem ne interficere liceret imperatori Seueri decreto cautum et iuratū est. Dion in Seuero, cir. prin. Nobis, inquit Seuerus confirmauit ea quæ superiores boni principes fecerant, uidlz nullū Senatorē suo iussu interfectū iri idq non solum iurauit sed præcepit etiā ut publico decreto sanciretur. Imperatorē, si senatori mortem afferret, cumq cuius opera ad eam rem uteretur, liberosq ipsorum hostes Reipublicæ futuros. verum is primus omniū contra hanc legem fecit &c. Vide et eundē in M. Anton. et in pertinace.

Senatorē Romanum tormentis subijci illicitum et inconsuetum erat Marcell. li. 28. p. 403.

Senatores non decere ludere pila censuit Lud. XII. Rex Gall. ap. Arn. Ferr. c. 40 qui nactus ad Braccum Lutetiæ senatores parisienses se e pilæ ludo oblectātes, acriter eos increpuit, si posthac deprehenderentur, pro senatoribus habiturū se stipatorum loco edixit.

Senatorem, qui præsente filia coniugem osculatus fuit, censoria nota adflictum meminit Marcell. li. 28. pag. 415.

Senatusconsulta non habere uim legis perpetuę, sed esse in futura unius anni dicebant L. Aemilius Mamercus et Vopiscus Julius coss. ad cn. Genutium trib. pl. apud Dionys. Halic. li. 9. p. 255.

Senex etiã Cicero puellam duxit uxorẽ. plu. in ui. Cicer. c. 378. p. 2. ad m.
Senes, qui ducunt vxores, et eas Juuenes, excusare poterimus Catonis sen. exemplo, et uerbis, de quibus plu. in ei. ui. car. fi. p. i. post med. et exemplo Syllę, de quo plu. in eius ui. car. 2. p. 2. in prin. et car. pen. p. 2. ad med. et pompei de quo plu. in ei. ui. car. 289. p. i.
Senioribus primo loco cedendum est siue sint Collegę, siue non. uti Romę initio à publicola orto, semper postea seruatũ est. plu. in ui. public. car. 40. p. 2. ante me.
Senectuti quantũ honorem tribuerint Lacedęmonij, uide Beroal. refert. in Sueto. Aug. cap. 43. in fi. ubi senibus semper assurgebant, et loco cedebant. licet in spectaculis aduenerint quibus ipsi iuuenes maximẽ oblectabantur. sicut etiã Aegyptij, licet alij Gręci non idem seruarent Herod. li. 2. pag. 234. uide tñ plu. in ui. Lycur. car. 19. p. i. cir.
Senio confectos uel famulos, uel etiã irrationales animantes, non debemus abijcere, aut alienare. uide .s. in uer. Seruos.
Senẽ prauum arguere poterimus Catonis uerbis, de quibus plu. in ei. ui. car. 147. p. i. post med. qui sic inquit. Te magnopere rogo, ut cũ pleraq turpia senectutẽ circunueniãt, des operã, ne te autore, malignitatis accessio fiat.
Senior si iuniorem se pręsente peccantem non reprehendat perinde ac si peccet ipse, plectendus est. plu. de inst. lacon. c. i. p. 2.
Senescentes, et fortuitis mortibus mundo digressos, ut degeneres et ignauos Halani conuitijs atrocibus insectantur. et iudicant beatos, qui in pręlio profuderint animam. Marcell. li. 31. p. 477.
Senes apud Erulos necabantur omnes. procop. li. 2. de bel. goth. p. 90.
Senũ uires corporis affectę, sensus oculorũ atq auriũ hebetes, memoria labans, uigor animi obtusus. p. Lici. apud Liu. li. v. car. 131. post prin. et animus quoq in affecto corpore consenuisse credendus. Liu. dec. i. li. 9. p. 217. post prin. et lib. x. p. 248. cir. prin. licet hęc reuera uel ab ipsis modestię causa, uel à ferocibus iuuenibus dicantur; cum tñ aliter sit, ut in ijsdem locis apparet. et re ipsa declarauit Camillus, ut refert plu. in eius uita, car. 77. in fi.

Sententia contra aliquē lata, quòd omnibus illis preiudicare debeat, qui sciebant litem illam contra illum motam, et geri; nec tñ unq̄ in iudicio comparuerunt aut ad eum defendendū, aut causa sua: probatur argūto eius, quod posui in uer. Lite, ꝑ. lib. 2.

Sententias non numerandas, sed expendendas; et meliores pluribus numero preferendas. Dionis Tarentini dicto suadere poterimus; de quo in procē. plu. car. 499.

Sententiā optimam si uir alioqui flagitiosus ferat, non est ea quidē aspernanda: sed tñ ab eo ablata, est alij melioris uitę, et nominis adscribenda: ne si sub eius nomine proferatur, autoritatem amittat, et minus bona, licet reuera bona sit propter autorem uideatur. plu. in var. ign. Lac. apoph. car. 2. p. 1. Tyrannorū etiam bona dicta non habent tantum autoritatis quantum debent, inquit Ant. imp. apud spart. in Auidio car 245. 17.

Sententiā ferri fas non uideri de his quę negentur, nec manifeste appareant, pacurio persarum Regi consulenti Magi responderūt. procop. bel. pers. li. 1. p. 230.

De Sententia sua conquerenti Rex Aegyptiorū Mycerinus de suo donabat, ut indignationi hominis satisfaceret. Herod. lib. 2. pag. 108.

Sententia nulla est crudelior illa, quę est cum parcere uideatur asperior. Ammi. lib. 29. p. 432.

Sententiā suam pretor, Aetolorū instituto, dicere non poterat, cùm populum de bello consuluerat: sed quod populus statuisset, cū fide et cura exequi tenebatur. Quod philopęmen Achęorū pretor, optimè comparatum ait. Liu. Dec. 4. lib. 5. pag. 604. cir. med.

Sententiae primū dicebant rogati in senatu seniores, deinde medię ętatis uiri, ultimi uerò iuuenes more Romanorū. Diony. Hali. li. xi. pag. 384

Sñię principū super animaduersione prolatę, in diem xxx. ab executoribus differendę sunt: quo locus misericordię, uel (si res tulerit) pęnitentię non pereat. ita sanxit Theodosius Imp. ne alijs quod et sibi usuueniret ut ira prepediti minus aequam sententiā latam, postea deferuescente ira, deplorent. uide cap. cum apud Thessal. xi. q. 3.

Sententiā non permittens de sese ferri, sed rem turbando prohibens, quomodo sit puniendus, ui. s. in uer. Iudiciū.

Sententia sua unius qui omnia gerit, cum superorū iudicio magis (inqt L. Aemilius) quàm sapientem. Liu. Dec. 5. li. 4. pag. 796. cir. fi.

Sñias in concilijs firmatas scriptorē historię decet principibus tribuere quorū nutu omnia gubernantur. qui uero historiā, aut legunt, aut audiunt existimare debent, eiusmodi sententias eorū esse, qui sunt cùm prudentiores tū proximiores principibus. polyb. lib. 4. pag. 344.

Sepulchrorũ demolitores capite plectendi: sicuti fecit Alex. magnus. q. i. polymachũ pellæum, quod Cyri sepulchrũ demolitus esset. necauit, licet uir clarissimus esset polym. plu. in ui. Alex. ma. car. 309. p. i. a͠t med.

Sermones hominũ, aulæis uersicoloribus similes sunt: etenim ut in illis cũm extenduntur, ita et in his formæ, figuræq́ apparent; contractis autẽ, absconduntur, atq corrumpuntur eædem, inquit Themist. apud plu. in eius ui. car. 69. p. i. ante fi.
Sermones apertius demonstrant mores hominũ, quàm lineamenta oris, secundũ plu. in uita Cato. sen. car. 146. p. 2. ad med. et ui. eundem in uita Alex. ma. in prin.

Serpentum uenena, non gustu, sed uulnere nocent. ꝟ. in uer. Venenũ.
Serpentũ morsibus medebantur antiquitus psylli, homines in Aphrica incolentes, ore trahentes uenenum, et ipsos serpentes cantibus mitigantes. plu. in Cato. iun. car. 342. p. i. in fi.

Serui licet dominos odisse credantur, tñ inuentus est qui ut dñi necem ulcisceretur, uitam suã manifestissimis cruciatibus, et morti licentissime obiecerit; et supplicia usq ad mortem æquissimo animo tulerit; ut in eo, qui Asdrubalem interfecit. apud Liu. dec. 3. li. i. p. i. post me. Vide etiã exemplũ seruilis fidei singulare in seruis Cornuti, apud plu. in ui. Marij car. 220. in prin. Vide ap. Dio. li. 47. pag. 205. uer. Fides seruorũ.
Seruos contra dños torqueri, non licebat apud Romanos: sed Augustus hmõi seruos si usus postularet uel Reip. uel sibi uendi iussit, ut alienæ iã possessionis nec iam dñi prioris, qui reus esset, seruus existens, examinari posset: id à nonnullis culpatum ẽ uide Dion. lib. 55. pag. 338
Seruos in caput domini torqueri in causa stupri, uetuerunt leges. Marcell. li. 28. pag. 409. ubi loquitur de Simplicio præfecto Vrbis Romæ sub Valentiniano seruantẽ contrariũ contra Aginatiũ

Serui ne dños criminarentur Nerua imp. edicto uetuit, quiq serui, aut liberti dominis suis sub Domitiano insidias fecerant, eos ad unū occidi iussit. Dion in Nerua, car. i.

Serui omnes, qui tunc sub eodē tecto mansitarunt, quum dominus interfectus fuit, uetere ex more ad suppliciū agebantur apud Romanos. sicuti obseruatum fuit in magno casu, interfecto ab uno ex seruis suis pedanio secundo prefecto Vrbis. Vbi uide omnino: nam ibi disputatum fuit in utramq partē, cùm ageretur de supplicio 400. seruorū. Tac. li. 14. c. 104. nº et seq.

Serui mali ut sint bonis hominibus, malis autem boni usuuenit, Herod. li. VIII. pag. 562.

Serui verberibus magis, quàm armis terrentur. vide festiuum consiliū, et factum Scytharū in seruos suos ap. Herod. lib. 4. pag. i. et. 2.

Seruos suos ita instituerat Cato sen. ut cùm ab illis quęreretur, quidnam Cato faceret, nihil, nisi nescire se, responderent. plu. in ei. ui. car. 150. p. i. post med. nec. n. debent efferre, quę domi aguntur.

Seruos senectute confectos, et inutiles, Cato iudicauit, non pasci, sed uendi oportere: nam omne, quocunq non esset opus, quodq superfluum esset licet sumptu minimo posset seruari, aut parari; nimium esse asseuerabat. plu. in uita Cato. sen. car. 2. p. i. ante med. licet autor id improbet multis pulchris et rationibus, et exemplis, quibus ostendit modū in hominis uerumetiam in bruta utendū mansuetudine, dum sunt ætate facta inutilia.

Seruos ægros et affectos in insula Aesculapij à dominis tędio medendi expositos, Claudius liberos esse sanxit: nec redire in ditionem dominorum, si conualuissent. Sueto. in Clau. cap. 25. Dion, siue Xiphil. e Dione in Claudio. car. 503. Vbi dicit, cùm multi seruos suos morbo laborantes non modò negligenter tractarent, uerùm etiam domo expellerent, legē tulit qua omnes huiusmodi, qui conualuissent, liberos esse iussit.

Seueritatem cū comitate retinere, haud parui est negotij: sed est diuinum quiddam. uide pulchra de hoc apud plu. in ui. phocionis. car. i. per to. et lec. nec. n. est impossibilē, ut est in uino, sic et in uiro, suauitatem esse cū austeritate coniunctam. ut ib. car. 326. p. i.

Siculi homines nationis uitio sunt adulatores. Curt. car. iio. in prin.

Silentium habere debent circa res gerendas Imperatores non lingua tantum, sed multo magis et animo. polyb. lib. 9. pag. 626.

Silentiũ diuturnum indicat rem à procuratore gestam, à dño ratã haberi, si postq̃ rem gestam sciuerit, diu taceat dominus, argo eius, quod dicit Liu. de silentio Carthaginensiũ circa fœdus ab Asdrubale cũ Romanis ictum, dec. 3. lib. i. pag. 271. in fi.

Simulatio non potest diu celari, et probari: sed erumpat, et detegatur necesse est. unde prouerbiũ exijt. nemo diutius personam ferre potest. Ang. polit. in pręf. in sueto. pag. pen. in prin. et sabell. in Sueto. Tyb. in prim. et suet. in Tyb. cã. 42. et ibi sabell. et ca. 57. et suet. in Calig. ca. xi. in prim.

Simulare qui nescit, Regnare nescit. Ludouicus xi. Rex Gallorũ hoc unum uoluit latine scire Carolum octauum filiũ suum, pręterea nihil. ut paul. Aemil. in Carolo oct. car. 242. ijº.

Simulationis exemplũ uide in Joanna Regina Neapolis erga Jacobum Borbonium maritum suum ap. p. Aemil. pag. 220.

Singulis quęrere non licet causas rerum, quę per publicas personas geruntur, sicut Otho ap. Tac. li. 17. car. 142. pulchre apud milites suos disseruit.

Singulis non est concedendũ, quod publice fieri debet. vide .s. in uer. Licentię. et uer. proditores.

Sitis efficit, ut uel aqua putrida sit suauior, quàm aliàs uinũ dulcissimũ exemplũ habemus in Artoxerxe ap. plu. in ei ui car. 412. p. 2. ad med.

Sitis efficit, ut potus, etiam aquæ, regno præferatur. sicut omnes Spartiatæ fecerunt, cùm eis, qui ad oblatum fontem non potassent, regnū polliceretur Sous eorū Rex: omnes.n. bibere maluerunt: quàm regnū consequi. uide hist. apud plu. in uita Lycur. cir. prin.

Sitis magna efficit, ut contemnantur uel maximorū Imperatorū edicta et imperia. uide exemplū ap. Joui. cap. 241. lib. 34. quum Carolus. V. imp. esset ad Tunetum.

Societas etiam malorum &c. uide. s. in uer. Malorū. et in uer. Famam quocunq modo: nam dicta ibi forte melius hic apponentur.

Societatis maximū uinculum est communis utilitas. Annibal ap. Liu. Dec. 4. li. 6. pag. 619. in prin.

Societas inter aliquos facta, donec unusquisq amissa recuperauerit intelligitur ipso iure dissoluta, cum primum singuli sua receperunt: nec refert si mox aliqua quis iterū amittat: nam &c. ui. s. in uer. Fœderibus.

Socijs si sit in fœdere cautum, utrum intelligatur de præsentibus tantum an etiam de futuris, uide pulchrā disceptationem Annonis, et deinde polyõij ipsius in eius hist. li. 3. p. 219. et tandē pag. 225. concludit etiā futuros socios comprehend. et idē Liu. Dec. 3. li. 1. pag. 275. in fi. cum prin. seq.

Socijs, et fœdere iunctis, bellum tn̄ inferre licet, si perseuerent in illis oppugnandis; qui nobis se dedant. ut iudicauit S.P.Q.R. in causa Campanorū. bellum scz denunciando Samnitibus, qui eos impugnare pergebant, ex quo Campani se dediderant Romanis. uide Liu Dec. 1 li. 7. cap. 186. cū seq.

Socij Regni non eodem modo se gerunt, quo ij qui soli Regnū tenent, uide. s. lib. 2. uer. Judicii.

Sodomia tam graue flagitium est, ut apud Lacedemonios, qui fuisset accusatus, tanq̃ cũ pueris coiret: per totã uitã infamis haberetur. plu. de inst. Lac. car. i. p. i. et 2. et Romani quidem Capitolinum mulctauere magna pecunia, quòd Marcellũ Marci filiũ adolescentẽ de stupro appellasset: licet testis nemo productus esset, preter ipsũ puerum. plu. in ui. Marcelli, car. i. post prin. et L. Quintiũ Titi fratrẽ, propter amorem pueli, ex quo deperiret, è senatu amouit Cato Censor. ut refert ide plu. in ui. Titi Quin. car. 131. p. 2. in fi. et in ui. Cato. sen. car. 149. in prin. et Caius Marius iure cęsum à Trebonio iudicauit Caiũ Lucium ex sorore sua nepotem, quòd ei stuprum per uim afferre conabatur: quinimo Treboniũ uirtutis ergò corona, qu[ę] more patrio propter insignia facinora dabatur, donauit, et cinxit. quod Romę nunciatum permultum ad consequendum tertium consulatũ Mario contulit. nec tñ aliud probauit Trebonius, quàm quòd multoties Lucij uoluntati obstiterat, nec unq̃ muneribus, quę multa dederat, ut corpus prostitueret, adduci potuerit. plu. in ui. Marij, car. 213. p. 2. post prin. quantopere autẽ id uitium abhor=ruerit Alex. ma. facile apparet in eius ui. ap. plu. car. 299. p. .. post med. ubi uide om. mira de eius continentia. Aristoteles, et plat prodiderunt, lata lege passim in Creta permissam fuisse masculam Venerem. Cęlius Rhodig. li. 8. cap. 30. Ubi uide plurima de hac materia, et in duobus capitulis sequentibus. Traianus Imp. in adolescentulos pronus fuit, citra tñ uim. Dion in eius uita.

Siquis in Castris ętatis flore abusi deprehensus esset, apud Rom. fuste cędebatur: polyb. li. vi. pag. 111. Cimbri cùm mulieres haberent speciosas, ad mares tñ pręter modũ erant cupidiores: In ferar[um] pellibus humi dormientes, ex utroq̃ latere exubitores habebãt. illa admiranda eorũ impudentia, quòd speciem corporis facilẽ alijs offerũt in propatulo, neq̃ hoc turpe ducunt: quin potius ignauum putant abnuere gratiam oblatam. Diod. sic. lib. vi. pag. 427. cap. 9. Vide s. lib. 2. hoc eo. uer. et i. eo. li. uer. Mediolanenses.

Soli, et Cęli natura mutari non potest · p. Aemil. li. 3. pag. 49.

Somnia fiunt similia ijs, quę uigilantes uehementer cogitauimus. unde illud. nam mens humana quod optat, et uigilans sperat, per somnu cernit id i nu. ideo Dionysius senior Marsiam quendam ab se ad dignitatem euectu iniusto necauit, quod is Dionysiu per quietem iugulare se existimarat. a diurna .n. cogitatione ac consilio hęc illi uisa per somnium astitisse. plu. in uita Dionis, car. 346. p. 2. post prin. et propterea forsitā quia quidā Eques Rom. cognomento petra per nocturnę quietis speciem uidisset Claudium imperatore pampinea corona albentibus folijs euinctum, atq ita interpretatus esset, uergente autumno mortem principis ostendi, principis iussu necatus fuit unā cum fratre. siue etiā quia male de eo opinarentur. Tac. lib. xi. cap. i.

Somnia, quod aliqn effectum similem consequantur, probari potest ex insomnio Ezzelini, de quo in lib. Ezzelini. uol. nono. post prin. uol. car. 112. cu seqq. pere usq in fi. et Sylla quide censuit, nil certius, nil credi dignius esse, quam quod per somniu pusset prsignatu. plu. in ui. Lucul. car. 242. p. 1. ad med. Vide petitij somniu de pompeio, apud plu. in ui. pompei car. 292. p. 2. post med. et uide mirum insomniu Cinnę, quem statim res ipsa comprobauit, ap. plu. in ui. Cęs. ad fi. et in ui Bruti car. 318. p. 2. in prin. et uide de somnio Artorij Medici ap. plu. i ui. Bruti car. 362. p. 1. post me. Dio li. 47. p. 217. uer. insomnia. ubi et de quoda Thessalo. Dio li. 48. p. 227. ubi de sestij somnio. Cor. Rufus dormiens, oculoru usum amisit, cum id sibi accidere somniaret. Beroal. in Aug. Sueto. cap. 53. Multa aute de somnijs an eis credendu sit, uel non et utrinq authoritates adducuntur, a Beroal. in Sueto. Aug. cap. 91 in prin. Sed quod non sit credendu Somnijs fuit illud Cesellij Bassi somniu de thesauro reperto, apud Tac. li. 16. in prin. quod sit credendu, facit somnium illud ptolemęi Regis, qui Macedonum primus Aegypti opes firmauit, atq item Scydrothemidis Regis Sinopensiu, de quo Tac. li. 20. c. 196 et Cręsi de filio suo Aty ap. Herod. li. 1. pa. 16. cu seqq. et pag. 97. Vbi de Cyri somnio circa Hystaspe et de Cambysis insomnio circa Smerdim. li. 3. pag. 197. et 211. cu duabus seqq. et de somnio filię polycratis quo uid.

batur sibi uidere patrem sublimẽ in aëre, qui à Joue lauaretur, à sole autem inungeretur, ap. eundẽ li. 3. pag. 239. 240. de Hipparchi. apud eundẽ li. v. p. 356. de xerxis ap. eundẽ li. 7. p. 453. 455. cũ seq. Vbi uidebis etiã Artabani sententiã de insomniorũ ludibrijs ob ea quę quis per diem mente agitauit. Sommiasse, siue somniũ bis uidisse, ad matrẽ dixit publius Scipio, quòd unà cũ fratre ędilis factus, è foro tanq̃ domum iterum redierit, ipsa uerò ad fores usq̃ occurrerit, et utrumq̃ amplexa salutauerit. quod et contigit. sed tñ Scipio somnia nihili faciebat. et fingebat eiusmodi ad authoritatem sibi conciliandam. polyb. li. x pag. 653. 654. De insomnio Julij Cęsaris et eius uxoris circa mortem eius, ui. Dio. li. 44. p. 153. et Antig. et Octauij. pag. 166. 167. lib. 45. in prin. Vbi de somnio Ciceronis, et Catuli de Octauio. et de somniorũ ueritate, uide somniũ matris Bembi Cardinalis, quę in somnis uidit eum uulnerari in digitulo minimo sinistrę manus à quodam, cum quo litigabat, et pręmonuit eum, et res ita euenit, ut somniarat, Et Marci Antonij Flaminij de libro mutuo accepto, et posito in lectulo quem Ancilla transferre uolens in mensam quandã, et cadentem et ideò fracta altera tabula abscondiderat in locum occultum. et hac re tota seriatim per somniũ percepta, Vide apud Fracastoriũ in Turrio lib. 2. pag. 198. et Bembũ literarũ familiariũ uol. 3. li. 2. in lrã ad D. Julianũ de Med. scripta pag. 50.

In Somnis Martianus princeps Orientis arcum Attilę fractũ eadem nocte uisus est uidere, qua Attila mortuus est. Jorn. Get. re. libro, pag. 631. Vide multa de somnijs quorũ exitus mirabiles extiterunt ap. Cicer. de diuinat. li. 1. c. 88. et seqq.

Somnus, uel artissimus, non est indiciũ securitatis: nam Otho eadẽ nocte, qua se statuerat interficere, artissimo somno quieuit. Sueto. in Otho, cap. xi. Marius Junior, quo tempore pugnę aduersus Syllã signum dedit militibus suis, alto sopore captus est, et suis in fugam uersis, uix tũc excitatus est. plu. in Sylla

per Somnũ dies, nox officijs, et oblectamentis uitę C. petronio trãsigebatur Tac. lib. 16. car. 124. nº

Sorores licebat uxores ducere, iure persarũ, ut patet in Dario, de quo plu. in ui. Alex. ma. car. 301. p. 1. ad med. Sed ante Cambysem nõ licebat imo nulla lex erat, quę permitteret fratri nubere sororem. Vide Herod. li. 3. pag. 197. Aegyptij quoq; lege preter communẽ cęterorũ hominũ morẽ, sanxere, fas esse sororem à fratre uxorem capi, exemplo Isidis mi..., quę fratri Osiridi nupsisset, coniug mortuo, et iurasset illa amplius nõ nuberi... Diod. Si... re. antiq. li. 1. pag. 34. 35. de quo more Aegyptiorũ meminit Dion li. 42. pag. 124. Post hęc, inquit, Cęsar in concionem cũ ptolemęo et Cleopatra progressus, patris eorũ testamentũ de scripto recitauit, quo pręcipiebatur, ut more maiorum apud Aegyptios, ptolemęo coniux Cleopatra esset ⁊ et mox pag. 127. Metuens tñ Cęsar, ne Aegyptij mulieris imperio addicti, denuo tumultuarentur, ne'ue Romanorum in se animos cum huius rei, tum suę cũ Cleopatra consuetudinis causa commoueret, coniugem eam fratris superstitis esse iussit regnumq; utriq; commune esse iussit ⁊

Sororem suã, nuptã Lucullo, Clodius corrupit. plu. in ui. Cęsaris, car. 312. p. 2. ante med. item Romanus Canuliam sororem suam: quod ubi pater papyrius resciuit, filię misit ensem, quo se illa confodit: et deinde idem Romanus fecit. Beroal. refert apud Sueto. Nero. cap. 21. Arabes, sorores suas uxores ducere licet, quinimo plures fratres simul eandem sororem, et uxorem habere possunt. Rhodig. li. x. cap. 31. Nero sorores suas omnes nº 4. corrupit. Otho quoq; cũ sua sorore consuetudinem habebat. Titus cũ Domitia uxore fratris. Vide Dionẽ in eorũ uita.

Sororis in fratrem tantus amor esse debet, ut eius seruandi causa propriam uitam periculo obijcere non dubitet: sicuti Julia, Antonij mater, fecit, ut à persecutoribus L. Cęsarem fratrem eriperet. plu. in ui. Anton. car. 398. p. 1. post med.

Sororis Gryphinę in sororem suam Cleopatram crudelitas; diuinoq; iudicio in eam ipsam pęnę talio apud Iust. li. 39. car. 133. in fi. cum seq.

Spes emolumenti nisi maior ostendatur, quàm damni metus, nullū negotium suscipiendū est. nam minima commoda non minimo sectantes discrimine, similes sunt aureo hamo piscātibus, cuius abrupti damnū nulla captura pensari potest. ita Augustus, de quo Sueto. in eius uita, cap. 25. in fi.

Spes aliqñ idem prestat, quod res. ui. s. in uer. Credens.

Spe cuiq; prebita, quòd poterit quandocunq; consiliū suū exequi, lentior fit ad illud in presentia exequendum. ideoq; poterimus, siquidem in nostrā perniciem coquatur, ipsū interim commode euadere. quod ideo scripsi, ut uideres pulchrā astutiā C. Martij Rutilij in auertendis militum animis ab occupanda Campania, que societate tunc erat Romanis iuncta: quod milites per fraudem, allecti locorū amenitate, facere moliebantur. sed rumore à Rutilio dissipato quòd anno post in ijsdem locis hybernaturi forent, eorum impetus miro consilio ludificatus est. ui. Liu. dec. i. lib. 7. cap. pen. in prin.

Sponsa si minor sit decennio, pactiones nuptiales rate non sunt. uide. s. lib. 2. uer. Nuptialia pacta.

Sponsas amici sponsi ad conuiuium nuptiale adhibiti secundū ordinem gratis prius inibant, quàm sponsus cum ea concumberet apud Baleares, ut tradit Diod. sic. li. vi. pag. 412. 413.

Sponsalibus ui aliqua contractis, siquis nuptias eius occupet, ulcisci sponso licere. Orestis exemplo probari potest, cui quidē uirtuti ascriptū fuisse uidetur, quòd pacte ei Menelai, atq; Helene filie Hermiones nuptias occupantē, Delphis pyrrhū Achillis filiū interfecit. Vell. patere. li. i. in prin.

Sponsaliū autoritas lege Athen. apud quos esset, colligitur ex Demosth. in stepha. pr. car. 75. Quamcunq; inquit legitime desponderit uxorem uel pater, uel frater germanus, uel auus paternus ex ea liberi germani sunto. Quod si nemo eo

Sponsione iniussu populi facta non obligatur populus: siquid tñ utilitatis cepit ex illa sponsione, nunquid liberetur sponsores dando: nó rebus in pristinũ restitutis; nec'ne; uide ap. Liu. copiose et elegãter per postbumiũ, et deinde pontium, in utranq partem, Dec. i. li. 9. pag. 219. in fi. cũ duabus seqq.

Spurius uocatus est, cuius pater ignoraretur: et qui legitimè natus non sit, sed ex concubina aut scorto. sed ille, cuius pater ignoraretur, ex propria significatione spurius uocatus est: qui autẽ ex concubina uel scorto, certo tñ patre natus esset, impropriè; contumeliæ scz causa. Vnde autẽ hoc nomen deriuatũ sit, et reliqua, ui. plu. in probl. c. 475.

Spurius, hoc est, ut nunc accipio, natus ex concubina succedit in bona, quæ fuerunt ipsius concubinæ matris suæ, reiect. consanguineis et agnatis ipsius concubinæ: etiã si non simplex concubina, sed pellex, uel adultera fuerit; eius puta concubina, qui legitimã uxorẽ habeat. idq locum habet etiã in ijs, quæ sunt iurisdictionis, et quæ possidebantur pro indiuiso ab ipsa pellice, et eius consanguineis. nec solum spurius, uerumetiam spuria ius hoc habet. et pater eorũ nomine, siue concubina mortua fuerit, siue propter turpitudinẽ repudiata, quia cũ alio sit deprehensa; potest possessionem bonorũ, et d. iurisdictionis petere. quod est mirum. Hoc autem iudicarunt iudices ab imperatore Federico constituti inter Ezzelinũ Monachũ patrem sæuissimi illius Tyranni Ezzelini tertij, uel ut melius loquamur, quarti. et inter familiam de Campo sancti petri; parte utraq audita, super possessione, et dominio Castri Campretti, patauini agri; nã cùm familia Campi sancti petri Castrũ illud cũ Maria consanguinea sua pro indiuiso possideret: essentq sæpe pro iurisdictione simul in contentionibus, Maria oppidũ suũ tradidit Ecelino, qui eã habuit pro concubina (nec. n. pro uxore poterat (cùm aliam haberet scz Alledeidã sororem comitũ de Mangano Thuscorũ) et suscepta filia ex ea, ut notam maiorẽ d. familiæ inureret, Mariam tanqũ cũ famulo ex iis qui stabulo equorũ dant operam, deprehensam (siue id uerũ siue falsum esset) à se magno furore reiecit: deinde tentauit in-

gredi possessioné d. Castri, tanq pater puellę. sed resistentibus consanguineis de Campo ... tri, iudices ab Imperatore delegati fuerunt: qui partibus auditis decreuerunt in fauoré Ezzelini, quòd tanq pater puellę deberet possessionem partis illius Castri adipisci. Hoc uide in libro, qui Ezzelino nomen habet in li. i. car. 10. non procul à fi. illius lib. licet reuera non stetisset d. familia Campi san. petri illi sententię: posteaq inter ipsos rixa interuenerit. quę communi consensu uidetur commissa fuisse Aepiscopo, et reip. patauinę: qui quidé contraria sententia litem decidentes Camprettú ab Ezzelino, et spuria, familię Campi sancti petri adiudicarunt. ut in eo. li. uol. 2. car. 13. non multo post prim. d. 2. lib. quod et ęquius puto. et iudices imperiales uel gratia (quia imperij uices gerebat Ezzelinus, et partem defendebat) uel pretio corruptos existimo.

Subditi in Herum mira fides et amor. exemplú edidit Joannes Andreas Altauillanus erga Ferdinandú Araq. Regé Neapolitanum apud Arn. Ferr. in Car. viii. li. 2. car. 21. B. et ap. Guicciard. li. 2. car. 112. ubi eum appellat Joannem à Capua.

Subditos suos unicuiq licere debet arbitrio suo corrigere, iuxta Oratores Corinthios ad Athenienses contra Corcyrenses ap. Thucyd. li. i. car. 22. et 23.

Subditi beneficio magis quàm pęna in officio continendi sunt: illius. n. beneuolentiá, huius timorem esse comitem: quidquid autem timetur, id necessitate naturali exosum est omnibus. ap. Dionys. Hali. li. 6. p. 530.

Subditorú arma et multitudo, sine eorundé beneuolentia, nihil conducút. quinimo hęc ipsa, si fides absit, tantò minus tuta sunt, quanto sunt plura. exemplú ap. Dion. li. 37. p. 22. in uer. Pharnacis con patré acta.

Subditi omnibus si libertatem quęrere liceret, omnes dominationes, et imperia subuerterentur: sed sicuti cuiq permittitur, melioré Fortuná desiderare, ita etiá quilibet patienter ferre debet quod à sorte sua ei datú est, ap. Guicciard. Florentini ad Carolú Regé, li. 2. car. 76.

Subsidij specie et nomine minus inuidioso, ut inopiam Fisci subleuaret primus (quod legerim) populis suis pecuniam postulare cœpit Carolus sapiens Rex Franciæ. Deinde Carolus. vi. qua tn̄ causa populi tumultū concitarunt, uide Pau. Aemil. pag. 206. 207.

Sumptū necesse est facere qui lucrum quærit, uetus est dictum, quod maxime probabat Lud. xii. ut in eius ui. scribit Arn. Ferr. c. 46. A.

Superbi comitatem haud gratuitam fore putandū est. de App. Clau. cogitabant eius collegæ, ap. Liu. li. 3. car. 71. cir. fi.

Superbiam in æqualibus et familiaribus ægerrime tolerant homines. ꝟ. uer. Homines, li. 2.

Superbia sua Reip. præsides et sua bona et sese perdiderunt, moderatione autē seruauerunt patrias. Menenius ap. Dionys. Halic. li. 6. p. 569.

Superbiæ inauditæ exemplum uide ap. Tac. li. 13. car. 90. n.º Vbi refert Pallantē Claudij Jmp. q. libertum (qui tn̄ oriundus à ueterrimis Arcadiæ Regibus ferebatur) insimulatum coniurationis in Neronem, nominatis libertis eius, quos conscios haberet, respondisse, nihil unq̄ se domi nisi nutu, aut manu significasse, uel si plura demonstranda essent scripto usū, ne uocem uoci consociaret. de eodem uide li. 12. c. 83. n.º et in fi. libri. et lib. 13. in prin. apud eundē Tacitū. Et in Sesostre Rege Aegypti. ꝟ. uer. Rex.

Superbiunt omnes stulti, præsertim uulgus, in humiles, erga superbos autem se demisse gerunt, Claudius ap. Dion. Halic. li. vi. pag. 582.

Superbiā, uerborum præsertim, iracundi oderunt, prudentes irrident, utiq. si inferioris aduersus superiorem est: capitali pœna nemo unq̄ dignā iudicauit: etiam Deos aliqui ferocioribus uerbis increpant, nec ob id quenquam fulmine ictum audimus, dixerūt Rhodij legati in senatu Rom. ut refert Liu. Dec. v. li. v. pag. 818. ante med.

S[illegible] Nitocris, et [illegible] sepulchrū insigne supra portā [illegible] celeberrimā [illegible] literis inscriptū. Siquis [illegible] Regū, etc. uid. Herod. lib. 1. pag. 87. 88.
[illegible]

Supplicia magna debent proponi uel leuibus delictis per leges, et edicta, ut deterreantur homines; non utiq. tn̄ infligenda, sed simulandū infligere. uide .§. lib. 2. in uer. Furta leuiū. et Dion. li. 38. pag. 43. uer. Cęsaris sententia. et Marcellin. li. 25. p. 340 Vbi de Juliano imp. loquens, quibus autē iustitię inclaruerit bonis, multa significant, et inter cętera quòd minabatur ferro potius quàm utebatur.

Suppliciorum atrociū inuentores et Fabricatores prēmiū illud merentur, quod perillo phalaris, et Zilio Mediolanensi Ezzelinus Tyrannus exhibuere. de perillo .n. tradunt antiqui, quòd in ęneum taurum, cui subijceretur ignis, qui cogeret mugitum bouis similē edere: ab ipsomet excogitatū ad aliorum tormentum, ipse primus inclusus est. De Zilio quòd cum atrocissimos carceres Patauij ad Diui Thomę in castello Ezzelini, pro suo ingenio fabricasset, ipsemet paulopost quum in suspicionem Tyranno uenisset, quasi de ipso obloquutus esset; in eaidem intrusus fuit, ubi et uitam finijt. ut legitur in lib. Ezzelini, uol. 5. car. 60. ante med. d. uol. Hinc arbitror uenisse prouerbiū illud modernum. Lucra Zilij. quum uolumus denotare, aliquem pro sperato prēmio, malum aliquod accipere. uel, aliquem ingratum experiri.

Supplicia, etiā Insidiatoribus suę uitę, ęgerrimè bonus quisq. imponit, Augustus ap. Dion. li. 55. p. 343. Marcell. li. 25. pag. 340. Vbi de Juliani imp. moribus.

Supplicij de sontibus pręsertim in causa religionis, sumendi per manū ipsā Regis, prębet exemplū Clodoueus .i. Franc. Rex apud pau. Aemil. in eius uita pag. 5. A. B. C.

Supplicij atrocissimi exemplū, uide ap. plu. in ui. Cicero. in fi. quo Q. Ciceronis uxor philologū proditorē Ciceronis, imo non proditorē sed indicē affecit et quo parysatis Regina Carem quendam, et quo eadem Mithridatem filij Cyri interfectores affecit. ui. plu. in uita Artaxerx car. 413. p. i. ante med. et dein. p. 2. in prin. et ad med. ubi de Melaῶatis supplicio et aliud à Tyberi excogitatū. ap. Sueto. in Tyb. cap. 62. et aliud à Domitiano, ignem per obscęna immittendi. uide ap. Sueto. in Domit. ca. x. in fi. et aliud in Spart. in Auidio Cassio, qui primus id supplicij genus inuenit, ut stipitem grandē poneret, car. 246. et aliud in Chosro. persarū Regē contra Nachoragan Ducem suum, qui fugerat ex acie: nam ei à ceruicibus cutem ad imos pedes detraxit, uniuersamq. eã Agath. li. 4. pag. 481.

Surpectus nobis nemo est, quem non lęserimus, neq suspicari est amici recti sincerięq: sed qui se ad inferendā alicui iniuriam prępārauerunt, statim eorū conscientia facit, ut se haberi ab illis in suspicione put[illegible] Dion li. 38. pag. 54.

Suspecti alicuius criminis parum differunt à uerè reis. Vnde illud Quintiliani dignum memoratu: cauendum non solùm crimine turpitud[illegible], uerùmetiam suspicione. et Julius Cęsar, meos, inquit tam suspicione, quàm crimine iudico carere oportere. Sueto. in ei. uita, cap. 74. in fi. ubi et Beroal. §. uer. pudicę, li. 2.

Suspectos iudices ordinarios habens ad Decuriā iudicū recursū habet apud Gallos, quę supremi consilij nomen habet, et primùm instituta fuit à Carolo VIII. Rege Gallorū, ut uitaretur mos uitio datus Valentiniano Cęsari, qui siquis adijsset eum, iudicium gratiosi, et potentis inimici declinans, aliūmq postulans dari ad eundem, quem metuebat, licet multa prętenderet iu[illegible] remittebat. Arn. Ferr. li. 3. in prin. car. 28.

Suum non tradentis melior est causa, quàm poscentis alienum. Amyn. ap. Curt. car. 83. p. 2.

Suo quisq in negotio naturaliter hebetior est, quàm in alieno. Cobares Magus apud Curt. car. 88. p. 1.

Suos quisq homines optimè noscit. ut ait Cimon ap. Aemil. p. in eius uita car. 168. p. 2.

in Suo quenq periculo magnū animum habere, cū de salute Regis timeatur credulos esse debere; uana quoq deferentes admittere: nos admonere debet iudicium Alexandri magni de Philota, de quo Curt. car. 74. cū seqq. quod trahi quandoq poterit ad materiam illius Reg. quę dicit, in sua quenq re moderatorem et arbitrum esse debere, alienam non posse negligi.

Tabulius. Trientius ager appellatur à Romanis. qui pro tertia parte pecuniæ debitæ (quia scz in tabulis describebatur) dabatur Liu. Dec. 4. lib. i. pag. 524. ad med.

Tacens, uidetur fateri, etiā in suum magnū præiudiciū, qū de facto proprio interrogatur. sicuti iudicauit Po. Ro. in causa Lucij Quintij è senatu eiecti à Catone Censore propter libidinem in mares. uide plu. in ui. Titi quint. car. 136. in prin. et no. in uer. sodomia. 5. w. et tacens, uidetur consentire, et approbare. uide tū rectè quom do id accipiendū sit. in ui. Aristid. car. 139. p. 2. ad med. Et ex taciturnitate audientis legi aliquid contra se. puta quòd crimen aliq[illegible] commiserit, uel quòd mutuum acceperit. et sit debitor. et non indignantis, argumentatur ualidè Demosth. orat. aduers. spudiā. p. 104. Vide etiā li. i. Annot. legaliū, uer. litteras.

Taciturnitatē in tormentis retinere, idest non prodere amicum suum de scelere ab eo commisso, non solùm non improbandū, sed et laude et præmio dignum habendū. ideo in hoc commendatus fuit Caligula qui mulieri libertinæ octoginta donauit, quòd excruciata grauissimis tormentis de scelere patroni reticuisset. Sueto in Calig. cap. 16.

Taciturnitatē hanc tuam improbant homines Cato, quidam dixerunt. Vt libet inquit Cato. dummodo uitam non improbent. [illegible] tunc demum taciturnitatem meam abrumpam cùm talia dicere ualebo quæ non sint digna taciturnitate. plu. in ui. Cato. iun. car. i. p. 2. ad med.

in Taciturnos homines illud usurpari potest. quod in Carolū Borboniū Lud. xii uide. 5. lib. 2. uer. Flumen. Verum est illud quod præcipitur à Catone, in suo libello Distichorū moraliū, lib. 4.

Demissos animo tacitos, uitare memento;
Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda. Vbi interpres ai[t] Tristes ac tacitos uita; uidentur. n. aliquid magni mali moliri. quemadmod[um] cauendū est flumen ea parte, qua tranquillum est. nam illuc profundissimū [illegible]. Ita Cæsar magis metuebat Brutum et Cassium, pallidos ac tacitos, quàm Antonium ebrium.

Talionis pęna, et ultio itē per modum talionis inducta, iusta esse dicitur; ut tenet plu. in ui. Thesei cap. 2. ante fi. et lex Talionis, diuina lege inducta fuit, Exodi 21. et Deu ter. 19. Leu. cap. 24. Numer. cap 35. qua etiā lege antiqui Romani utebantur, ex lege XII. tab. Athenis translatarū: de qua lege multa digna scitu memorantur per Gell lib. 20. cap. 1. quę omnino uidenda. autoritatē uero Exodi, et sequentes allegat Budeus in anno. prior. car. 65. Qua etiā ratione nunc Aethiopes sub pręteiannis ditione commorantes, et ipsi Christianis sacris imbuti, homicidas propinquis interfectorū uinctos tradere solent, ut pro libidine sanguinis sui iniurias uindicent: et quos mestitia affecerunt interficiendo caros eis homines, eosdem ultionis arbitrarię gaudio solantur. pau. Joui. in lib. 18. hist. sui temp. car. 304. cir. fi. et Romulus ipse, Tatij interfectores impunitos dimisit, quòd et ille neglexerat ulcisci, et impunitos dimiserat interfectores legatorū Laurentiū: et ideo dixit. cędem cędi pensatā esse. plu. in ui. Rom. c. 13. p. 1. ad m. licet paulopost uideatur inferri, quòd huiusmodi pęna superis non placuerit, cum Laurentes pariter ac Romani propterea peste fuerint afflicti: nec antea liberati, quàm utrinq cędis autores supplicio affecti fuerint. Simon Locarnas Talionis pęnā usurpauit in Napum Turrianū Mediolani principē à se, et coniuratis captum, includendo in caueam, et ibi custodiri mandando, prout ipse ab eo in cauea ferę bestię in morē per septenniū asseruatus fuerat. Jouius in Oth. pag. 27. s. uer. Jurisiurandi fides.

Temperantia et continentia libidinū plus gloriabatur Scipio, quàm ulla alia uirtute, qua se pręditum cognosceret. ut ipse ait apud Liu. dec. 3. li. X. pag. 504. ante med.

Templum unũ duobus dijs recte dedicari negabant Antiqui pontifices Romani, quia si a cęlo tactũ, aut prodigij aliquid in eo factum esset, difficilis procuratio foret: quòd utri deo diuina res fieret sciri non posset. neq. n. duobus, nisi certis deis rite una hostia fieri. Liu. dec. 3. li. 7. pag. 436. in me. ubi tñ loquitur de cella, nõ d amplo templo

In Templis coeunt omnes ferè mortales prçter Grecos, et Aegyptios; et à venere surgentes, non abluti introeunt templa. putantes, hominẽ esse ut cęteras animantes: Etenim uidere licet et pecudes omnes, et uolucrũ greges coire in deorũ templis, atq in Fanis: quod si non esset deo gratũ, non facturas illas fuisse allegant. Herodotus inquit li. 2. pag. 129.

à Templorũ uiolatione, etiam hostes abstinent. uidè multa de hoc apud polyb. li. v. pag. 416. cũ segq. et quòd sanctitas templorũ, et locorũ inuiolatos omnes, etiam hostes prçter, probatur ap. Liu. dec. v. li. 4. pag. 800. in prim. cũ fi. precced. dum loquitur de insula Delo, et dicit quòd permixti Romaniq et Macedones, et Eumenis nauales socij, in templo inducias religione loci prębente, uersabantur. et capitis etiã damnati debent in templis esse tuti, sicuti de pausania Rege scribit plu. in uita Lysan. car. fi. p. 2. post me. j. uer. prox

In Templum fugiens uiolari non debet, ne in Milonis pęnã incidat, qui, quia Laodamiã in templo percussit, in furorem uersus, nunc ferro nunc saxo in summa dentibus laceratis uisceribus. xii. die interijt. iust. li. 28. c. 107. poterunt tñ, siquid in patria molitus fuerit, ędis ualuę obstrui, ne inde possit exire; donec emoriatur. qui tñ eodẽ loco, quo et mortuus est sepeliendus erit, delphici oraculi responso: ut in pausaniã fecerũt Lacedem authore Aem. p. in ui. pau. car. 158. p. 2. uide diod li. xi. p. 581 sec. Thucyd. li. i car. 61. 62. 63. 64. 65. 66. Sed etiã priuatum sacellum inuiolatum esse debere indicauit Molossorũ Rex Admetus, ut in ui. Themi tradit Aem. p. car. 154. p. 2. Lacedęmonij quoq templũ ueluti asylum uenerabantur, et in eo nocentes omnes etiã capitis damnati salui esse consueuerant. polyb. li. 4. pag. 351. Quòd autẽ non debeat homicida tutus esse in templo nec debeat sacrum, augustũ, ac inuiolatũ templi solum cruento homicidarũ corpore contaminari sed debeant ipsi homicidae expelli maximè siquidẽ in alio templo, uel loco sacrato homicidium perpetrarint, probantur facto samothraciũ in Euandrum Cretensem et uerbis L. Atilij apud Liu. dec. v. lib. v. pag 801. in fi cũ seq.

Quod autẽ dixi de Lacedęm. probaturũ etiã apud plu. in ui Agid. c. 170 p. 2 per to et car seq. ubi Leonidas Agidem et Cleombrotũ per, quem

cùm illi in templa fugissent, non ausus est illis uim afferre, sed quandiu in templis fuere, intacti permanserunt. uide ibi: nam uidetur probari, quòd non debent alimenta confugientibus in templa denegari, nec prohiberi, quominus eis inferantur necessaria ad uitã. Hęc regula uidetur habere locũ, nisi qui fugit in templũ, aliquid in templo ipso contra pietatẽ fecerit, aũt aliàs religionem uiolauerit, argũ eorum quę differit Tib. Gracchus ap. plu. in ei. ui. car. 182. p. 1. ex med. Vide j. li. 2.

in Templũ aufugientes uiolari non debent, etiamsi hostes nostri sint, more Agesilai, de quo plu. in ei. ui. car. 273. p. 1. in fi. Alex. ma. quoq intra templũ afferri seruis nullam uim uoluit. plu. in ei. ui car. 303. p. 2. in fi. et apud Grecos sacra templa uocabantur, et erant asyla. Dianę Ephesię Asylum Alexander ad stadium extendit. postea Cęsar Aug. cùm id damnosũ existimaret, et nihil aliud esse Asylũ, quàm multis malefaciendi causam exhibere, id irritũ fecit. consimiliter Tyberius asyla, quę usq erant, aboleuit. uide Sueto. et ibi Beroal. in Tyb. cap. 37. Facit, quod dicit Tac. li. 3. car. 36. nº et car. 40. et 41. ubi multa de Asylis Grecię. et car. 46. Herod. lib. 2. pag. 147. Vbi de templo Herculis.

Tempus, et spatiũ sumere debemus, uel curare interponendũ, ad aliquid conficiendũ: qđ palàm contrà tendere non audemus, ne id fiat: nam interim multa poterimus impedimenta excogitare, quibus euertamus aliorũ intentionem; sicuti nobiles Nolani contra plebem suã, defectionem ad Annibalem molientem, callide fecerunt. Vide Liu. Dec. 3. li. 3. pag. 329. post prin.

Tempore nihil carius esse consueuit magnarũ rerum auidis uiris, ut ait Sertorius ap. plu. in ei. ui. car. 2. p. 2. ad med. nec est ulla tam magna potentia, quam non exuperet tempus, fidele auxilium eorũ, qui aptitudinẽ eligunt, intempestiue autẽ properantibus inimicissimum, ibi car. 228. p. 2. in prin. tempus .n. preciosissima res est, inquit plu. in Anton. car. 399. p. 2. post prin.

Tempestiuè adeundus princeps, ut ab eo cupita adipiscamur. uidè pulcherrimas de hoc sententias, relat. à Beroal. in Sueto. Vespas. cap. 21.

Terminos, idest lapides in finibus statutos amouens, impune poterat interfici lege Numę. et caput eius Dijs Terminalibus deuotum erat. Dionys. Halic. Ant. Ro. lib. 2. pag. 213.

Terra mutata non mutat mores, aut genus, ut multis exemplis docet Rom. Rhodiorũ legatus, apud Liu. Dec. 4. lib. 7. pag. 658. post med. per to. contrariũ tñ etiã exemplis compluribus probat Gn. Manlius cos. Dec. 4. lib. VIII. pag. 669. per to.

Terram, et aquam sibi dari petebant Persarũ Reges ab iis, quos sibi dedi et subijci uolebant. quorum legatos Lacedęmonij, et Athenienses in Barathrũ, et puteum coniecerũt, ut inde ad Regem suum Darium aquam et terram asportarent. Herod. li. 7. p. 493. polyb. li. 9. p. 04.

in Terrenis possessionibus nemini plura reliquis possidere licebat apud Lacedęmonios, sed singulos ciues ęqualem ciuilis loci portionẽ habere oportebat et apud eos multam merebatur, tanq̃ reprobus, quisquis reliquos terrena possessione excellebat: atq̃ ita ex ea Rep. ambitio, quę circa plus et minus uersatur, funditus erat sublata. polyb. li. VI. p. 559.

Testamentũ ijs propalare non debemus, quos in testamento hęredes instituimus memor. Marcellini li 28. pag. 417. quidam. inquit. ad uoluntates condendas alios alliciunt techinis miris: qui cum supremis iudicijs ordinatis quę habebant eis reliquerint, quibus morẽ gerentes se[...] sunt, illico pereunt. quod et Theophilus in Institutionibus per se traductis e latino in Grecũ tradit sub rubr. de testam. ur. prin

Testamentis quo modo prospexerit Solon, ui. plu. in ui. eiusdẽ Solo. car. 35. p. 1. ante fi

Testamento quicquid pater ingenuis filijs superstitibus iusserit, si obierint filij priusq̃ biennũ puberes fuerint, testamentũ patris ratũ esse dicebat lex Ath. quã refert Demosth. in steph. pr. car. 76

Testamentū prius preferendum est testamento secundo suspecto. Tib. Cęsar patulei diuitis equitis Romani hęreditatem (quanquam ipse hęres in parte legeretur) tradidit M. Seruilio, quem prioribus, nec suspectis tabulis scriptum compererat. Tac. li. 2. c. 24.

Testamentū falsum, inuenere alieni, licet propinquo suo, tn̄ ipse simul cū testibus qui obsignarunt, lege Cornelia damnandi sunt. consciis uero, prouincia in qua deliquerunt, et ea itē, in qua nati sunt, interdicendū est. sicut in tali casu obseruatum fuit Romę tpe Neronis, cum Domitio Balbo Valerius Fabianus propinquus eius subdidisset. Tac. li. 14. car. 104. 2ᵒ.

Testamentū pro parte approbare, pro parte improbare quis nequit. Demosth. orat. pro Phorm. pag. 58.

Testari de suo unicuiq; Atheniensi suo arbitratu licebat, nisi liberos genuinos mares habuisset: nisi tn̄ furore percitus aut senectute, aut ueneficio, aut morbo prępeditus, aut à muliere impulsus, aut necessitate, aut uinculis circumuentus fuisset, ex Demosth. in Steph. pr. car. 71.

Testamenti factione interdictum fuit à Tiberio iis, quibus aqua et igni interdictum esset. s. uer. Exulibus.

Testis de auditu nil probat. Demosth. con. Eub. l. pag. 275. audita (inquit) testificari, ne in leuibus quidē causis leges sinunt. meritò: cum .n. aliqui iam, qui se rem uidisse affirmarent, mendaces sint deprehensi, num illi [illegible] fides est, qui ea dicit, quę nec ipse nouit? vide sup. in uer. Fama inspiciendu

Testi de propria iniuria non est credendū, ne decipiamur exemplo [illegible] qui credidit M. Volscio uni ex Trib. pl. ad interpellationē Virginij accusanti fratrem suum cęsum, et se [illegible] obtusum à Cęsone Quintio, et propterea Cęsonem damnauit: et tn̄ postea compertum fuit Volscium falsum testem à Tribunis subornatum fuisse. Dionys. Halicarn. lib. x. pag. 305. 306. 307.

Testimoniū Fęminarū Romę non recipiebatur. plu. in ui. Publicolę. car 39. p. 2. post med.

⊕ tuttochè fosse di sommo credito la sua testimonianza è famoso il detto del console Cicerone al suo Attico: più mi obliga alla credenza il testificato di un sol Catone, che 'l giuramento di altri ben centomila; riferito dall'Abbate Squaldi al libro 2 di Catone, dove il princ. pag. 49

Testi uni non esse credendū, maxime si femina sit exemplū nobis præbuit Alexander ma. qui cum per Antigonem pellicem, sensisset à Philota sibi parari insidias: non tn̄ prius quicq̄ credidit, quam alijs argumētis, et testibus id comprobatū sit. plu. in ui. Alex. ma. car. 305. p. 1.

Et testi uni non est credendum, nec si Cato is foret. plu. in Cato. iun. car. 336. in prin. ~~Cum~~ Q. Scæuola uir exactissimus testis in reū productus cum testimoniū di- xisset, discedens adiecit, ita sibi credi oportere si et alij idē asseuerassent: quoniam unius testimonio credere, pessimi esset exempli. ut Valer. Max. li. 4. cap. 1. ~~sed ait~~ secundo ubi ait: illū communi utilitati salubre cōsiliū reddidisse ... contra ... inhumanū est quod ... unius cantion ... car. 73 ... Dicto unius ... cap. 17.

Testi uni non est credendū ad condemnationem alicuius. Numer. cap. 35. quicquid illud peccati, uel facinoris fuerit. sed in ore duorū, aut trium stabit omne uerbum, idest omne uerbum in accusatione alicuius prolatū, siue omne crimen in aliquē intentū stare. i. esse debebit in ore duorū, aut trium. i. probari per attestationem duorum, aut triū. Deuter. ca. 19. et comprobari potest exemplo Alex. ma. qui parmenionis fidissimi litteris noluit de insidijs à medico sibi paratis fidem adhibere. uide Curt. car. 6. p. 2. in fi. et Nero non credidit præfecto cuidā suo de insidijs ab Epicari sibi factis. Macchia. in discur. lib. 3. cap. vi. p. 149. in fi. ut sup. et uide .s̄. in uer. Verbo. lib. 2

Testimonio unius non est credendū nec etiā ad subijciendum reum tormentis si Reus aliàs bonæ famæ fuerit. uide s̄. in uer. Reus nobilis. eo. li.

Testis eiusdē est, credere ei pro quo testimoniū dicit. et parere dicere iubenti testimoniū. Demos. in Steph. pr. car. 74.

Testes occultos habendi remediū, idest Testiū parandorū ad rem secretam detegendam, uide ap. Tac. li. 4. car. 11. p. 56 Vbi Latiaris abdidit tres senatores inter tectū, et laquearia domus suæ, ut exciperent dicta Titij Sabini, quos postea in testes produxit.

Testari ea leges Ath. iubebant quæ quisq̄ nosset. et quibus agendis interfuisset eaq̄ tabulis inscribere, ut nec adimere liceret quicq̄, nec addere ijs quæ scripta fuissent q̄ Demosth. orat. in Steph. pr. car. 74.

Testis in sycophantia, idest in falso deprehensus contra aliquē, illā eandem penā pati debet quam in illū machinabatur, cui falsa crimina attestatione sua confingebat. uide in uer. Calum. apud Romanos exilio multabātur. ut in Marco Volscio uidere est ap. Liu. li. 3. Dec. 1. car. 73. circ. fi.

Testificans contra legem. idest testificans pro eo, siue contra eum, siue in re in qua, uel contra quē leges non permittebant ei. per legē Atheniensium obnoxius erat falso testimonio ob illud ipsū quod contra legē testificatus esset. Demosth. in Steph. pr. car. 74

Testi inimico non creditur. sup. Inimico testi

Thesaurus in agro meo inuentus, meus esse debet: imo etiã si reperiantur libri magici puta, aut aliàs dissoluendę religionis; aut quodcunq quod seruari, aut retineri non oporteat; non aliter tñ mihi debebunt à magistratibus auferri, quàm si eorum precium mihi soluatur. ut in causa L. petilij scribę senatus censuit, qñ inuenit in agro suo libros Numę, quos pretor Q. petilius dissoluendarũ religionum esse dixit. nam senatus quidẽ iussit eos cremari: sed tñ precium pro eis L. petilio dari iussit. licet accipere noluerit. Liu. Dec. 4. li. x. pag. 725. in fi. cũ prim. seq. uide .s. lib. 2. in hoc uerbo.

Thesauros ubi suos haberet, interrogatus Alexander Magnus, apud amicos, respondit; quod dictum prędicabat Julianus imp. Marcellin. li. 25. p. 341. Julianus (inquit) augendę pecunię nunq cupidus fuit, quam cautius apud dominos seruari existimabat.

Tibicinũ genus uini auidum est. uide Liu. Dec. i. li. 9. pag. 232. in prin.

Timor consilium plerunq non recipit. Bemb. hist. car. 5. p. 2. neq. n. consilijs iuxta metum locus est: sed ubi animũ consilia antecęperant, strenuè admodũ timores ea exturbant: sin anteueniantur ab his, succumbunt. Dio. li. 42. in prin. ubi exemplo pompeij id comprobat

Timor, artis exercitationẽ impedit siue artis obliuionẽ inducit. A. ath li. v. pag. 506

Timidus non minus facilè descendit ad consilia, et deliberationes precipitolas ob desperationẽ, quàm temerarius ob inconsiderationem. Guicc. hist. lib. i. pag. 22.

Timiditas et insolentia semper ferè in eodem sunt subiecto: nam qui in rebus prosperis insolens, idem in aduersis timidus esse solet. Guiciar li. 2. car. 97. Vbi de Ludouico Moro.

Timere unũquemq seipsũ, et maximopere uereri oportere senior cato dicebat. nã neminem à seipso unq separatũ esse. Vnde et illud. conscientia probo uiro mille testes. plu. in apoph. Catonis.

Timentes ab aliquo, tutiores fermè solent esse, quàm qui contemnunt: nam qui timent, omnia preparant et firmant ad se tuendū, ideo semp parati instructiq sunt: ad id autē, quod ne timeatur fortuna facit minimè tuti sunt homines: quia quod neglexeris, incautū atq apertū habeat. inquit L. Martius ad milites, ap. Liu. Dec. 3. lib. 5. p. 391. uer. pi.

Timere et diffidere diuersa sunt. polyb. lib. 17. in prin. philippus (inquit) ubi ad terram propè adnauigasset, manebat in naui sublimis. iubente Tito ut descenderet, surgens è naui, non descensurum se dicebat. illo rursus dicente, quemnam timeret, respondit, timere se quidē neminem, preter deos: uerùm multos adesse, quibus non fideret.

Trepidatio, et metus praue conscientie indiciū est. Curt. car. 82. uer. prin. contra, quòd imo sit indiciū innocentie, facit, quod de Agrippina dicit Tac. li. 13. car. 80. At Agrippine, inquit, is pauor, ea consternatio mentis quamuis uultu premeretur, emicuit, ut perinde ignaram fuisse, ac Octauiā sororem Britannici, constiterit —

Timori sacellum Sparte constitutum erat apud Ephororū triclinium: ut indicarent, magistratus debere timeri. uide .F. in uer. Fortitudinē.

Tortus, [illegible] dolorem sentiat, nec fateatur delictū, remedia plura, que [illegible] sunt [illegible] [illegible] paul. Gril. de quest. et tort. q. 4. à nu. 13. apud quē uidia [illegible] exempla que sibi, et alijs occurrerūt. ibiq etiā tradit remedia aduersus istas artes tac[illegible] [illegible]

Tormentorū magna uis ad ueritatem disquirendā: oportet tn̄ iudicem prudentem esse, neq semper eis credere, nec facile ad ea descendere propter aliqua indicia: quia indicia sunt fallacia; exemplū in Jacobo Fracisci Foschari Ducis Venet. filio, qui arguebatur occidisse Hermolaum Donatū Xviralis cons. prefectū, et aderant cause, que id comprobare uiderentur et inter cetera acerbe inimicitie, et ideo in exiliū condemnatus fuit imo relegatus in insulam Cretam. et tn̄ compertū post mortē eius fuit alium quendā interfecisse. Vide apud Egnat. lib. v. cap. 7. in fi. et li. viii. cap. 3. [illegible] Nam etiā innocentes cogit mentiri dolor, inqt Mimus ille publian. in litera E. Vbi interpres, in Tormentis, ait, sepe mentiuntur et inocentes, adacti cruciatu: philotas, uero ne, an mēdacio liberare se à cruciatu uoluerit, anceps coniectura est, qm̄ et uera cōfessis, et falsa, dicentibus idem doloris finis ostenditur, inqt Curt. li. 6. car. 80. p. 1. vid. sup. in Indiciis

Tormentorū ui aliqui uincuntur, ut falsa annuant. Tac. lib. 14. car. pen. vbi de Ancillis Octauie questioni subditis. Epigonus Lycius philosophus errore nominis uocatus in criminis cuiusdā participationem cum Montio à Gallo Cesare, Constantis filio, mortis metu admoto, turpi confessione se socium cogitatorū fuisse affirmauit, que nulla erant, cùm nec uidisset quidā nec audisset, et innocentissimus esset. Marcell. li. 14. p. 24. uersa pag. 29.

sic allegabant sectatores Sauonarolę, confessioně eius quę promulgata fuit, tormentorũ metu extortã: quia in eius complexione, siue habitudine ualde delicata plus potuerit uis tormentorum, quàm ueritas, excusantes huiusmodi fragilitatem exemplo principis Aposto-lorum, uide Guicciard. hist. lib. 3. in fi. [illegible] in princ. [illegible]

h. est. num. 8. et nu. 3. Vide exemplũ ex Diuo Hieronymo relatũ ab Egnat. li. viii. cap. 3. de duobus adult. Cicero pro P. Sylla, car. 182. p. i. ~~in tormen questiones differit~~, Quęstiones inquit, nobis ~~seruorũ~~ ac tormenta accusator minitatur, in quibus quãquam nil periculi suspicamur, tñ illa tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiusq tum animi tũ corporis regit quęsitor, flectit libido, corrumpit spes, infirmat metus, ut in tot rerum angustijs nihil ueritati loci relinquatur [illegible]
uide [illegible] parti, ap. [illegible] car. 269 [illegible]

In Tormentis constantia magna uide ap. Tac. li. 4. car. 52. in prin. Vbi narrat de quodã Hispano Agreste, qui prętoré prouincię L. Pisoné ex improuiso in itinere adortus uno uulnere in mortem affecit. parem constantiã edidit Epicharis libertini generis mulier, de qua j. uer. Mulieris. et apud Tac. li. xv. car. 117. et car. 118. Vbi õino uide. nam ibi probatur, mulieres constantiores multo aduersus tormenta quàm uiros ipsos. et apud eundé li. 18. car. 146. nº. Vbi de fœmina Ligure ad Albintimiliũ pręclarum exemplum constantię. Vide Valeriũ Max. lib. 3. cap. 3. et li. 6. ca. 8. et li. 8. ca. 4.

Torquebantur apud Romanos serui, non liberi. refert Beroal. in Aug. cap. 27. nº 60.

Tormentis quidam facta infectaq efferre coguntur, et licet iñocentes sint, ad suppliciũ rapiuntur. exemplũ ap. Arn. Ferr. in Frã. Va[illegible]. car. 110 nº. K. et ap. Valeriũ Max. li. 8. de quęst. cap. 4. et apud Farinac. de indit. q. 10. sub nu. 12. de muliere illa quę [illegible] torta ac confessa, damnata fuit: et tñ erat innocens

Tranquillo mari quilibet nautarũ uectorumq gubernare potest ubi sęua orta tempestas est, ac turbato mari rapitur uento nauis, tum uiro et gubernatore opus est. non tranquillo nauigamus: sed iam aliquot procellis submersi pené sumus. itaq quis ad gubernacula sedeat, summa cura prouidendũ, ac pręcauendũ nobis est inqt Q. Fabius cum hortaretur populũ ad creandos consules, et magistratus, egregios uiros, et non quoscũq, quibus res cũ Annibale futura esset quibus

uerbis apte uti poterimus, quotiescunque in turbulentis rebus, aut aduersa fortuna, uiros excellentes negotijs prefuisse esse, docere nobis erit in animo: Liu. Dec. 3. lib. 4. pag. 350. post med.

Tribunal et curiam, Messem auream uocabant Stratocles et Diocles, ad eam sese mutuo inuitantes; et eorum imitatione Lud. XII. Rex Gall. cum Lutetiae obambulans obuios quosdã e senatu haberet, qui raptim ad senatum properabant: An non, inquit, hi ad nundinas uidentur proficisci? Arn. Ferr. in eius uita, car. 45. 2º. in fi.

Tributũ semel in anno exigere satis est. Quare cum Antonius eodẽ anno secunda uectigalia Asiaticis imperaret, Hybreas, qui ciuitatum causam susceperat, ita cũ Antonio agere ausus est. Si potes o Antoni eodẽ anno bis uectigal exigere, illud etiã efficere posse te decet, ut bis aestatẽ habeamus, bisq autumnum. &c. plu. in ui. Anton. car. 308. in fi. Arn. Ferr. in Fr.co Vales. car. 129. H. I. in persona Mercurini Cattinarij purpurati pontificij orationẽ habentis ad Carolũ. V. imp. Vbi etiã refert, Ambrosiu, sacrũ autorẽ, narrare, Valentinianũ Caesarem cum admoneretur, noua indiceret Vectigalia prouincijs, haec respondisse, praeterita ne quiunt soluere noua quo pacto sustinebunt?

Cum Antoninus Imp.r ad bellũ Marcomannicũ omne erariũ, seu Fiscum exhausisset suum, non tñ induxit in animum, ut extra ordinẽ prouincialibus aliquid imperaret: sed potius in foro auctionem ornamentorũ imperialiũ fecit, uendiditq, &c. Capit. car. 48.

Tributa pro suo quenq censu conferre, et qui multũ possiderent, multũ conferre, parum uero qui essent in re tenui, iustum, et Reip. utile existimauit Seruius Tullius Rex ap. Dionys. Halicarn. li. 4 pag. 32. qui tñ pag. 341. dicit, quod Tributi nomine nihil extera enium putabat Tullius ab his quibus aegre quotidianus uictus suppeteret.

Tributũ etiã a Mendicis exigebat Vespasianus imp. Xiphil. in Epit. Dion. in Vespas. pag. 137.

Tributum Negociatores pro Nauibus pendere non debent, nec debent Naues eorũ censibus ascribi. prout Neronis imp. tẽpore Romę constitutũ fuit. Tac. li. 3. car. pen. in prin. quę est. 96.
Tributa ubiq pauperes inter ipsa dictorum exordia soluere uniuersa sine laxamento compelli constat & uide Marcel. li. 16. pag. 76

Trigemini, alimenta ex publico usq ad pubertatẽ accipiebant apud Rom ex lege lata tempore uictorię latę per Horatios, quę in honorem illorum iuuenũ perdurabat etiã tempore Dionys. Halicarn. ut ipse memorat Ant. Rom. lib. 3. pag. 252.

Trophęa per antiquos erigebantur non solum ut ea posteriores spectantes admirarentur, sed ut etiã eorũ uirtutes, à quibus consecrata fuissent, imitarentur Demosth. in orat. de Rep. ord. car. 74 et in orat de Rosd. lib. in fi. pag. 86. Itaq cogitabitis, inquit, monumenta illa dedicata esse à maioribus non ut ea miremini, spectantes duntaxat: sed ut eorũ, qui ea consecrarunt, uirtutes imitemini.

Tutor, curatórue pupilli fieri non debet ille, ad quem post obitũ pupilli bona, et hęreditas est peruentura. ita statuit solon. ut ref. Beroal. in Galba Sueto. cap. 9. ubi Sueto dicit, tutorem quendam, quòd pupillũ, cui substitutus hęres erat, ueneno necasset à Galba cruce affectum [illegible] Dionys. li 12 pag 65 [illegible]
Tutores dari possunt etiã xv. agenti annũ. idq Hiero fecit moriens: nã Hieronymo nepoti xv. annorũ, tutores quindecim testamẽto reliquit: licet Andronodorus eius gener ex tutoribus unus cęteros summouerit dictitans, iuuenem iã esse Hieronymũ &c. Liu. dec. li. 4. p 2. cir. fi
Tutoribus pupillos uerberare licet. Curt. li. 8. car. 114.

Tyrannus, non ille solum uocari debet, qui alios in seruitutē redigit, sed ille etiā, et multò magis, qui cùm possit alterius uiolentię se opponere, non curat. Thucyd. li. i. car. 33. nº. in orat. Corinth. ad Lacē.

Tyranni nomen quasi seminarium in se continet crudelitatis, et omnes hominū iniurias, scelerāq complectitur. uide polyb. lib. 2. pag. 183. per to. et si. prąc. Quare legē sanxit publicola, fas esse Tyrānidem appetentē, indemnatum opprimere: percussorē autē à crimine cędis alienum esse, et purum, si probationes iniurię attulisset. Solon autē in hac re mitior fuit. pęnam. n. deprehenso in Tyrannide affectanda statuit: non autem in demnatū permisit occidi. plu. in ui. public. car. 40. p. 2. post prin. et in comp. public. et solo. p. i. ante fi. licet ibi tex. sit aliquantū corruptus. Vide supra Tyrann. crudel.

Tyranni omnes dicuntur et habentur, licet iusti sint, qui potestate sūt perpetua in ea ciuitate, quę libertate usa est. Aem. p. in ui. Miltiadis, in fi.

Tyrannorū mentes si recludantur, posset aspici laniatus, et ictus: qm ut corpora uerberibus ita sęuitia, libidine, malis consultis animus dilaceratur. ides Tiberius impr. ex Tac. lib. v. car. 59. nº. et 60.

Tyranni optimis quibusq popularium suorū inuident deterrimis ālectātur. Otanes apud Herod. li. 3. p. 221. 222.

Tyranni eos sibi ducunt inimicissimos, qui libertati patrocinantur, et hoc pro certo habere debemus. polyb. li. 8. p. 582.

Tyrannorū crudelium etiā in uxorem, paruosq filios sęuiendū, sicut patauini, Vicentini. Taruisiniq fecerunt in Albericū Ezzelini fratrem, Taruisinorū Tyrannū, et in eius uxorē, et filiolos, quos omnes partim uiuos adusserunt partim laniauerunt, et disiecerunt. uide ap. Ezzelini librū. uol. ulti. in fi. et Arcades in Aristocratem, ut polyb. lib. 4. p. 353. imo etiam propinqui omnes, sicut syracusani ut refert Liu. Dec. 3. li. 4. pag. 358. cū seq. ubi tanta sęuitia describitur, ut cuiuis lachrymas excire possit. De periandri Cypseli filij sęuitia et auaritia in Corinthios, qui eminentissimos quosq popularium interemit monitu Thrasibuli, et mulieres omnes eorū expoliauit propter Melissā uxorē suam, uide Herod. li. v. pag. 374. 375.

Tyrannorū etiā familiam innocuā odisse solemus: imo etiā eos ex familia, qui nos adiuuerunt ad expellendū Tyrannū; propter nomen scilicet inuisum, quod ex gente Tyrannica obtinet: sicut in Collatino apud Rom. est uidere. de quo etiā mentionem facit Macchia. in discur. lib. i. cap. 28. et plu. in ui. public. car. 39. p. 2. in prin.

Tyrannidem Dionysius aiebat, pedibus tractum, non insidentē equo relinquere debere: quod et Demarata Hieronis filia usurpauit, quum uirum suum Andronodorum dehortabatur à tradenda possessione insulę Syracusanę, quę pars erat illius Vrbis. uide Liu. Dec. 3. lib. 4. pag. 357. ante med.

Tirannos absentes quoq; metuimus. pulchrū in hoc exemplū in Sequanis qui cum cęteri Galli magno fletu auxiliū à Julio Cęsare peterent, ne in occulto quidē queri de Ariouisto quem ipsi inter fines suos receperant, audebant, absentisq; crudelitatem uelut si coram adesset, horrebant, uide ap. Cęs. vel Gal. lib. 1. ar. 10. ch. primo.

Vacca, est gentilitiũ insigne Biarnensiũ, et Fuxeorum procerum. Arn. Ferr. in Fr.co Valer. car. 144. n.o 1.

Vana sepe pro ueris, maxime in bello, ualent. uide in uer. Credens. s.

Varias et multas species, augendę, et iactandę rei gratia, proponens et glorians; quę tñ omnes uno uerbo generis comprehendi possint; poterit illo Quintij dicterio taxari, de quo .s. in uer. Genus, lib. 2.

Varietas oblectat. et ut inquit Aristo. rerum omniũ est dulcissima. de hoc Beroal. in Sueto. Aug. cap. 43. in prim.

Vatibus in causa capitali fidem habere non debemus. s. uer. Capitalibus.

Vectigal urine commentus Vespasianus Augustus; Vid. s. uer. Lucri bonus odor.
Vectigal Lenonũ, Meretriciũ, et Exoletorũ Alex. Seu. imp. in sacrũ erariũ inferri uetuit, sed sumptibus publicis ad instaurationem theatri, Circi, Amphitheatri, et erarij deputauit. Lampr. car. 126.
Vectigal salinariũ à Rege Fr.co nuper constitutũ Sancones et Rupellani neq́ soluerant neq́ admiserant. Horum multis uinctis et in carcerem coniectis mox ueniam publice deprecantibus Rex delicta omnia remisit. Arn. Ferr. in Fr.co Vales. car. 159. n.o
Vectigalia, cùm et Vrbi Romę. et reliquę Italię magnopere molesta essent lex de ijs abolendis lata per Metellũ Nepotẽ preturẽ omnibus peraq́ accepta fuit. Dio. li. 37. p. 33. uer. Vectig. Cęsar quoq́ Asiã à publicanis liberauit uectigaliaq́ in tributi formã redegit. Dio. li. 42. p. 116. uer. Fert. Cę

Vectigalia, et portoria sunt nerui Reip. Quę cùm Nero tollere uellet, impetū eius, multum prius laudata magnitudine animi, attinuere senatores, dissolutionem imperij docendo, si fructus quibus Resp. sustinebatur, diminuerentur. Tac. li. 13. c. antepen. ij.

Venandi studium, est et heroicū et regium. ut pollux inquit. Scipio Carterom. in epist. ad orat. Aristidis de Vrbe Roma. c. 397.

Vendens prędium recipiebat ipsū anno quinquagesimo per legē veterē. s. eo. lib. uer. Quinquag.

Vendentē siquis uideat aurum pro orichalco, reprehensione dignus est, si uenditorem non admoneat, licet magnū lucrū ipse facere possit ex eius ignorantia. ui. Beroal. ref. in Sueto. Vitell. ca. v.

Venundare captiuos cū liberis eorum et uxoribus, iure belli licet. polyb. lib. 2. pag. 181.

Venalium rerū uicesima indicta fuit sub Carolo. vi. Gall. Rege. s. uer. Tributū. li. 2.

Veneficę quandoq pro instrumentis Regnorū seruantur, sicuti Locusta seruatā quondā fuit per Agrippinā, et Neronem Tac. li. 12. in fi. et li. 13. car. 89.

Venefico filiū suum tradidisse docendū secretiora quędā legibus interdicta conuictus, capitali animaduersione damnandus est, ut Apronianus regens Vrbem ęternam damnauit Hilariū aurigam. qui laxius retinente carnifice, cùm tacito lapsus confugisset ad ritus Christiani sacrariū, extractus exinde ilicò abscissa ceruice consumptus fuit, Marcell. lib. 26. pag. 364.

Venefici in persis pęna huiusmodi legi... uindicabantur. ampla erat petra; in qua capita eorū imposita alia petra feriebantur quoad faciem, ac caput infregissent. et ita perdebantur plu. in ui. Artox. car. 414. p. i. post med.

Venenum nullum est, quod certo ex interuallo lacessat, et feriat. Ioui. car. 249. lib. 34. in hist.

Veneni quoddam genus est, non acutum, nec uehemens: sed quod initio remissos calores, et tenuem uentum in uentre excitat: deinde sensim tabe corpus inficit. plu. in ui. Arati, in ei. morte cir. fi. Sciamus tali veneno in Druso tollendo usus est Tiberij Imp. filio, quo paulatim irrepente, fortuitus morbus adsimularetur. Corn. Tac. li. 4. car. 45. et Agrippina in Claudio imp. patruo et marito suo. Tac. li. 12. in fi.

Veneni rapidissimi exemplũ, et quod ita cunctos artus peruadit, ut uox pariter et spiritus rapiantur, uide ap. Tac. li. 13. car. 89. ubi Nero huiusmodi ueneno Britannicũ fratrem suum ex Claudio Imp. patre adoptiuo sustulit.

Venena, quę confestim necant, magnos dolores cient. quę uero mitiora sunt; celeritatem non habent. Aspidis autẽ morsus sine ullo dolore uitam extinguit, grauato ex somno capite, et leui sudore per faciem diffuso, sensibus paulatim deficientibus, nec secus excitationẽ grauiter ferentibus, quàm solent ij, quos placidus, atq; grauis sopor tenet. ut experta fuit Cleopatra. plu. in Anto. c. 407. p. i. in fi.

Venenũ serpentis, non gustu, sed in uulnere nocet, ut inquit Celsus. et quisquis psyllorũ more exuxerit, et ipse tutus erit, et tutũ homini prętabit. nam psylli sm cũ non habebant scientiam pręcipuam aduersus uenena sed audaciam usu ipso confirmatã, qua uulnera exugerunt. Beroal. ref. in Sueto. Aug. cap. 17.

Venenũ est, cruor Tauri. Psammenitus Rex Aegypti captiuus Cambysi epoto cruore taurino expirasse dicitur. Herod. li. 3. p. 190. Sed et Themistocles Tauri sanguine epoto sibi mortem consciuit, licet quidã dicant, impudisse uenenum. plu. in eius uita, in fi.

Venenũ sputis eijcere, uisã quandam mulierẽ prodit Arn. Ferr. in Fr.° Valeś cir. fi.

Veneno epoto Arnulphus Imp.r correptus lethargo graui, per triduum excitari inclamantibus suis uellentibusq; nõ potuit. euigilans tandẽ soluta obsidione Firmanę Vrbis (ubi arte muliebri uxoris Vidonis regis obsessę illa medicata potio ei porrecta fuerat) domũ reuertit et aliquanto post phthiriasi decessit. p. Aemil. in Car. simpl. p. 60.

Veneno propinato purpuratos inuitatos ut tolleret Alex. vi. pont. Max. filio suo Valentino Cęsari imperarat: sed accidit Ministri errore ut é lagena ueneno infecta porrigerentur pocula ipsi pontifici et Cęsari, qui se ueneno obrutũ sentiens mulę utero recenter necatę inclusus, aliisq pharmacis adhibitis seruatus est. pontifex intra paucos dies extinctus est. Arn. Ferr. in Lud. xii. car. 41.

Veneno in Eucharistia dato Henricus Lucciburgensis imp.r Aretij agens, et Florentinis imminens perijt. Egn. i ei. ui. li. 3. p. 357.

Venenũ aliqui propinarunt, siue aliás in potionem dedere parentibus suis credentes se puluerem amatorium dare, ad excitandũ scz amorẽ in uxorẽ, et matrem suã. p. Aemil. in Car. vi. p. 211. n.o cuius hęc ferè sunt uerba. Nauarrus redeunti ad patrẽ adolescentulo, Accipe hunc inquit, puluerem: quem si ignaro patri in potione miscueris, continuò flagrabit desiderio uxoris, ultroq reuocabit. credidit auunculo imperitus, miserq, proq amatorio mortiferũ uenenũ accepit. id in olfactoriolo abditũ gerebat, expectans occasionem inscio patri dandi: deprehensus á patre, in uincula coniectus, ac mori coactus est.

Veneni crimine non se purgat, qui dicit, se ex eisdẽ cibis edisse, quos is qui ueneno sublatus dicatur: potest. n. fieri, ut altero cultelli latere ueneno illito, partem ciborũ uenenato latere infectam alteri porrexerit, reliquam incorruptã ipse comederit: qua ratione parysatis Regina statirã nurũ sustulisse traditur diuisa Rhyntace aue, et parte corrupta statirę porrecta plu. in ui. Artox. car. 414. p. i. ad med. et uide Beroal. refer. ex Spartia. similẽ casum, in sueto. Tib. cap. 42. Marcus quoq Antoninus imp. philos. in suspicionẽ uenit, quòd L. Verũ imp. fratrẽ adoptiuũ Veneno ita sustulerit, ut parte cultri ueneno lita uuluam inciderit uenenatam partem fratri edendã propinans, et sibi innoxiam reseruans. Capitol. in ei. uita. car. 47.

Veneno quòd aliquis necatus sit, quęnã sint indicia. uide ap. sueto. in Calig. cap. i. et ibi Beroal. uide etiã xiphil. é dio. in Neroni. pag. 188. Nero. inquit, Britannicũ ueneno sustulit: cuius corpus

ut uidit propter uenenū liuore decoloratū esse, gypso oblinendum curauit: cumq per forum eius efferretur, maximo imbri de cęlo omne gypsum, quod adhuc molle et tenerū erat, sublatum est ut nefarium scelus non solum audiretur ab omnibus, sed etiā apertē ante omniū oculos poneretur. Arnold. Ferr. in Car. viii car. 6. n.

Fama est, Galeatiū nepotem, pronepotemq Veneno ab eo (loquitur de Ludouico Sfortia) sublatos, ita aptē temperato, ut sub aduentū Gallorū occumberent: eius rei indicium fuisse tumore et liuore decoloratum corpus utriusq mortui.

Veneni comparatio plurimum difficultatis, et periculi habet, pluribus conscijs comparatur: euentu pręterea incerto est, ut aut satis efficax ad rem peragendā, aut tutū ad rem celandā detur:

Venenū tn̄ aliquod inuenitur, quod nec in dando, nec datum ullo signo deprendi potest. Perseus Rex ad L. Rammiū apud Liu. Dec. 5. li. 2. pag. 756. cir. fi.

Veneni uim impletę cibis uinoq uenę minus efficacem in maturanda morte faciunt. Liu. Dec. 3. lib. vi. p. 401. post med. et qnq cibus largiter sumptus, multaq meri potio uomitū concitat, et uirus expellit. quod Lętus, Electus, et Martia, qui uenenū Commodo propinarant ueriti, Narcissū quendā in cubiculum miserunt, qui eū strangularet. Herodianus, lib. i. in fi.

de Veneficijs qn̄ primum Romę quęsitū fuerit, uide. 5. in uer Mulier.

Veneti prętores possunt ciues venetos damnare etiā ad pęnā corporalē, si delinquant in Vrbibus, et prouincijs sibi subiectis uirtute magistratus: sicuti fecit Antonius Bernardus Taurisanorū prętor in Joannem Georgiū: de quo Bemb. hist. li. 2. car. 17.

Venetorū in suos nobiles seueritatis exempla uide apud Bemb. hist. li. i. car. 13. 14. et lib. 2. car. 17

Venia supplicibus danda more Juliani imp. qui Theodato presidi Hierapolitano qui Constantiū imp. proficiscentē ad bellū contra ipsū Julianū orauerat cū lachrymis et gemitu fictis, ut Juliani ad Hierapolitanos mitteret caput perduellis ingrati, et postea prostrato et supplici uoce ueniam et uitā precanti eam libens concessit, iubens abire securū ad lares exutum omni metu clementia principis. Amm. Marc. li. 22. p. 265.
Julius Cęsar dicere solebat se libentius non facere quicq̄, quàm supplicibus ignoscere. Hirc. inter comment. ipsius Cęs. de bel. Alex. li. 4. car. 208. p. 2.

Venia non est illis impertienda, qui uoluntarie in reprehendenda labuntur. Hinc posthumius Albinus cùm grece scripsisset historiā, ueniā deprecatus, siquid parum scitē dixisset, ut potē aliena lingua locutus: Cato eum mordens dixit. ignoscendū esset, si Amphictionū decreto coactus illas res gestās scribere adortus esset. plu. in ui. Cato. sen. car. 148. in prin.

Venia non habet locū in his peccatis, quę semel commissa irremediabilia sunt, et secundo peccato locū non faciunt. Lamachus in apoph. plu.

Ventris crepitū. uel in conuiuio emittere licere, stoici censebant. Dicitur quidē Claudius princeps meditatus edictū, quo ueniam daret efflatū, crepitumq ventris in conuiuio emittendi, cùm periclitatū quendam prę pudore, ex continentia reperisset. Sueto. in Claud. cap. 32. et ibi Beroal. Stoicis placet, ructus ęquè liberos esse oportere, ac uentris crepitus. Vide Beroal. in Sueto. Vitell. cap. 7. in uer. ructu.

Verecundię, et pudoris, quanta ratio haberetur apud Rom. vel hinc conijcere licet quòd Cato Censor Manliū uirum clarissimū, consulem futurū e senatorio loco mouit. quòd interdiu presente filia dissuauiasset uxorē. plu. in eius ui. car. 149. p. i. ante fi. ipse quoq Cato à uerborū turpitudine, presentibus liberis, sic temperauit, quasi Vestalibus uirginibus arbitris loquuturus esset: nec cū eis unà lauit. uide ibi. car. 150. post prin. ubi etiā dicit quòd Romani Generos cū socerís balneum ingredi uitio dabant: qm̄ membrorū nudationem inspectantibus illis, cum decore fieri non posse putabant.

Veritas occuli, obscurariue non potest, ut tempore non inueniatur. Vnde Saturnus, idest tempus pater ueritatis appellatur. plu. in probl. c. 451. Veritas .n. multa adsolet prebere uestigia sui, quò maturius emanet. liu. dec. 4. li. x. pag. antepe. post med. et ueritatis quasi quędam fortuna est, ut diutius latere non possit. plu. in ui. Rom. c. 9. ī prin. et uide Beroal. in Vitell. sueto. cap. 2. Vnde cùm Clemens .i. posthumi Agrippę seruus se posthumū Agrippā esse simularet, et credi uellet: qm̄ ętate, et forma haud dissimili in dominū erat. ipse adire municipia obscuro die, neq propalam aspici, neq diutius in ijsdē locis: sed quia ueritas uisu, et mora, falsa, festinatione et incertis ualescunt, relinquebat famā, aut preueniebat, inquit Tac. li. 2. car. 22. n°.
Veritatem prę oculis in primis Judices habere debent, et ideo apud Aegyptios iudicandi princeps Veritatis sigillū aureū oculis subclausis, à collo suspensū dum sedebat ad iudicandū, gerebat. ui. t. uer. Judices, ex Diod. sic. li. 2. p. 66. et 99. et pier. Valer. Hierogl. li. 41. ubi de Bulla. et ueritatis Hieroglyphicū, siue symbolū dicit esse bullam auream in cordis figuram formatam à collo pendentem.

Vestales incesti conuictę qua pęna apud Rom. punirentur et quare, uide plu. in probl. car. 471. et ipsę quidē uiuę in terram defodiebantur, qui uerò cū eis stuprū fecerant, eorumq uirgis in comitio cędebantur, dū inter uerbera expirarent. Liu. dec. 3. lib. 2. pag. 319. in me.

Vestales stupri conuictę secundū antiquissimā legē uirgis ad necē cędebantur, proles uero earū in fluuios abijciebatur. quę sētia lata fuit à Rege Amulio siue eius iudicibus contra Iliā siue Rheā Numitoris filiam et Romulum Remumq, eius filios. Dionys. Halic. li. i. ant. Rom. p. 113. Vbi dicit, Nunc autē uiuę defodi tales iubentur sacratis legibus. exemplū in Opimia ap. eundē, li. 8. pag. 201. Vbi etiā dicit Dionys. duos Opimię corruptores flagitij coargutos confestim necatos uerberatos publice. apud eundē li. 9. pag. 258. Vrbinia Vestalis delata ob Virginitatē amissam amota à sacris et in iudicio conuicta uerberata, traductaq per Vrbem uiua defossa fuit: ex incesti patratoribus qui captus fuit in foro sub furca flagris cęsus mox necatus fuit.

Vestales abstinere iocis, coliq sanctè potius quàm scitè iubebantur: ne propter cultū amęniorem ingeniumq liberius, quàm uirginem decet, in suspicionē incestus deuenirent: quę quidē res ad famam adiuncta Postumiā Virginē Vestalē, licet reuera crimine innoxiā; in magnū tū uitę, honorisq periculum coniecere: adeo ut sibi non liquere pronunciantibus iudicibus, in secundū iudiciū amplīata fuerit eaq uix tardè absoluta. quę omnia de Virginibus Deo dicatis, quas Monacas appellamus, dici poterunt. Liu. li. 4. Dec. i. car. 114. cir. prin. Sed et Minutia Vestalis suspecta primò propter mundiorem iusto cultum, insimulata deinde apud pontifices ab indice seruo, cùm decreto eorū iussa esset sacris abstinere familiamq in potestate habere: facto iudicio uiua sub terram defossa est. Liu. Dec. i. li. 8. p. 202. in m. hoc. n. supplicij erat Virginibus uestalibus incesti damnatis, ut et in Sextiliā seruatum uidemus apud L. Florū in 2.^m Liu. Dec. lib 4. in Epit. reliqua de Vestalibus uide s. in uer. Vestales, lib. 2.

Vestimenta dolosa, dolosi homines, inquit Aethiopū Rex ad Legatos Cambysis. Herod. li. 3. pag. 192.

Vestimentis se ornandi studium, est mulieris, idq; non admodum pudicę. armorum uerò sumptus, et serium studium, bonorum uirorum qui et se et patriam seruare cupiant. polyb. li. xi. pag. 708.

Vestium genus proprium omnibus officijs dare, et omnibus dignitatibus, ut à uestitu dignosceretur, in animo habuit Alex. seu. imp.^c et omnibus seruis, ut in populo possent agnosci, nequis seditiosus esset, simul ne serui ingenuis miscerentur: sed hoc Vlpianus et paulus dissuasit dicentes plurimū rixarū fore etc. Lampr. in eius uita, car. 127. et n.°

Vestitus nil differens ab aliorum ciuiū uestitu, magnā beneuolentiam principi conciliat. ideoq; Hiero Syracusarū Rex, filiusq; eius Gelo nec uestis habitu, nec alio ullo insigni differre uoluerunt à cęteris ciuibus: quod ei maxime profuit, sicut Hieronymo Nepoti Hieronis nocuit. uide Liu. dec. 3. li. 4. pag. 3. cu se; . et philippus hoc idē seruauit, cùm Argis Nemea celebraret: nam dempto populariter capitis insigni, purpura, atq; alio regio habitu, ęquauit se cęteris inspeciem: quo nihil gratius est ciuitatibus liberis. sed tn̄ ōnia hęc in suā licentiā uertebat; ut narrat Liu. Dec. 3. li. 7. p. 439. cir. fi.

Veteribus institutis, et moribus, nisi quę usus euidenter arguit, stare debemus: adeò n. nihil motū ex antiquo probabile est: et nouitas omnis prębere sermones solet. Dec. 4. li. 4. pag. 591. ante me. et p to et. s. in uer. Legum, lib. 2.

Vicinus bonus, reddit rem multo pretiosiorē. unde Themistocles, cum agrū uenalem proscriberet, per pręconē nunciari iussit, probum illi esse uicinū. plu. in ui. Themisto. car. 67. p. i. in fi.

Vicinos in primis reuerenter obseruabant persę. Herod. li. i. pag. 65.

Vicinū potentē quisq; reformidat. Vide pulchra de hoc apud Bemb. hi. lib. 3. car. 36.

Victor nedū in aliorū uicti bonorū possessionē uenit, uerumetiam, et presertim, nominis eius splendorem in se transfert, quantoq potentiorem quis aduersarium deiecerit, tanto altius ipse ad fastigiū extollitur. Dion li. 41. car. iii.

Victores uti benignitate debent, et clementia. qua plus interdum consequuntur, quàm armis consecuti sint. uide multa de hoc et exempla pulcher. apud Polyb. Lib. v. p. 416. cū seqq.

Victus habetur qui aggreditur aliquē, ut eum superet, nec uincere potest. Liu. Dec. 3. lib. i. pag. 272. post prin.

Victi semel. in eodē discriminum genere non solent esse audaces. Phormio apud Thucyd. li. 2. car. 112.

si Vinco uincentem te non semper uinco te, exemplū apud P. Aemil. in Carolo Simpl. pag. 60. nº et seq. Vbi Hebertus qui à Normannis uictus fuerat, Rodulphū, qui Normanos uicerat, in pugna occidit.

Victoria cruenta minus laudanda. Scipio dicebat, malle se unū ciuem seruare, quàm mille hostes occidere. Vide. F. in uer. Ciuem.

Victoriā hostibus tacito consensu tribuere, cōmuniter iudicantur illi, qui corpora ad sepulturā repetere coguntur. qui. n. uicerint potentiores iudicantur, itaq eos precario quicq ab inferioribus petere, absurdum uidetur. Plu. in uita Niciæ, car. 250. p. 2. ante me.

Victoria penes illū, uel illos esse censetur, penes quos uexillum, uel tropæum erectū permanet; uel à quibus erigitur post hostiū discessū; licet ex ipsis erigentibus, uel apud quos erectum reperitur nullus uero superstes sit: apud alios uero sint superstites, i. apud hostes. hoc fuit iudiciū Amphictyonū, ut ait Plu. in parall. cap. v

Victoriā illi parti dat euentus belli, uelut æquus iudex, unde ius stat. Hanno apud Liu. Dec. 3. li. i. pag. 272. post me.

Victoriæ interdū causa est, desperare uictoriam: sicut Locrensibus accidisse memorat Iust li 20. car. 86.

Victoriæ ipse Genius etsi Victoria ad iustos redijt, impotentes tn̄ ferociores reddit. Arn. Ferr in Lu. xii car. 30. nº

Victoria non est finis illorū qui bella gerunt. sed illud quod sequitur ex uictoria, utile, iucundū, et honestum. ui. Poly. li 3. pag. 200.

Victus parsimonia laudanda cumprimis est, et utilis. uide pulchra de hac materia. apud Sueto. Aug. cap. 74. et ibi Beroal.

Videri, uerbum, hoc modo in oratione positu: si tibi uidebitur, hoc facies: ęstimationē tibi permittit, ut quod magis e re duxeris, id agas: idest arbitriū tibi concedit, utrum id facias, nec'ne; prout tibi melius uisū fuerit. Liu. Dec. 3. li. vi. pag. 402. post me.

Videri, et esse paria sunt: et plerią homines tantopere mouentur eo, quod uidetur, ac eo, quod est: imo sępe plus mouentur eo quod uidetur quàm eo, quod est: ut testatur, et probat multis exemplis. Machia. in discurs. lib. i. cap. 25.

2. Viduas multis pręsentibus, fędum est nubere: Virginibus decorū: felices n ac faustę primę nuptię, secundę uero tristes ac detestandę. plu. in probl. car. 475.

1. Viduę apud Romanos attributę erant equitibus, quarū facultatibus equos alerent; quibus in bellis uterentur: nam ęe propterea bina millia ęris in annos singulos pendere cogebantur. Liu. lib. i. Dec. i. car. 22. quod proderit, signū uoluerimus ostendere, non debere eas, quia uiduę sint, immunes ab oneribus esse. publicola tn̄ orphanis, et uiduis tributum remisit, ut ait plu. in uita public. car. 40. p. 2. ante med.

Vigiles si negligentia sua occasionem hosti prębeant; et dormire inuenti sint uel postea probentur, uigiliarū tempore dormisse; e muris pręcipitandi sunt: sicuti fecerunt Romani, qn̄ capitoliū à Gallis inuasum est. plu. in uita Camil. car. 75. p. 2. in prim. uide ē. in uer. Miles custodię. Circuitor autē, qui aliquā ex Vigilijs, seu Custodijs adire prętermisisset et tesseras non retulisset, fustibus et lapidibus conficiebatur. poly. lib. vi pag. ccc. iii.

Vilitas uenaliũ verũ secus quàm conuenit ordinata, nonnunq̃ gignere solet inopiam et famem. Marcell. lib. 22. pag. 264.

Vilissimę q̃ nę personę fuerunt à Romanis in senatum allectę, ueluti liberti, et libertini. sueto. in Clau. cap. 24.

Vim ui, arma armis repellere, et propulsare, iure gentiũ comparatũ est. perseus apud Liu. dec. v. li. 2. pag. 766. post prin. Quod et Solym. indicauit, quum legati Venetorum apud eum se excusarent, quòd Morũ Alexandrinũ archipyratã Canalis cepisset, nauibus eius partim confractis, partim captis. imo solym. id factum laudauit. Joui. hist. li. 31. car. 184.

Vi, atq̃ iniuria coactis ab hominibus quod fit, pro infecto haberi consueuit: itaq̃ et naturę, et gentiũ, et ciuili iure, et legibus õniũ populorũ est constitutum. Bemb. hist. li. 9. in fine. , Vino nouis ea quę ipsi com.

per Vim et metũ extorta sibi ab Henrico quarto imp. pascalis pont. Max. irrita esse denunciauit ei. quod Henricus animaduertens etc. Egnat. li. 3. in Henrico 4. pag. 312.

Vi occupato quoppiã loco, frustra quis offert stare iuri, sed hęc oblatio ante faciendã est quàm ad uim decurratur. Thucyd. li. i. car. 21. in orat. Corinthiorũ.

Vi, et armis partus principatus, est armis tenendus. uide. s. in uer principatus

de Vi publica damnatus Vibius serenus procos. ulterioris Hispanię tempore Tiberij Imp. in insulam Amorgum deportatus fuit. Corn. Tac. li. 4. car. 46. in prin.

^ ut luctum ei dare nisi tumus, tanq̃ legitimè ac iure concessa ei, quisq̃ obijciat, cum ne in Triuiatis quidẽ n'õnj ea rata sint, qui, qui ui ab alio adactus fuit. [illegible] Dion li. 41. pag. 174. in prin.

Vindicta. uide vlcisci. vlcio.

Vinum ueritatem esse proverbio dici solet: quia homines loquaces, et immoderatos reddit, et facile ab eis ueritas exprimitur qui uino sunt repleti: sicuti uidemus in Mithridate quodã, de quo plu. in ui. Artox car. 413. p. i. post me. s. prox. Vinũ licet

Vinum licet regulariter mentem opprimat, tñ de Bonoso imp. siue tyranno dicitur, eum bibisse quantum hominū nemo. quare de hoc Aurelianus imp. sepe dicebat, non ut uiuat natus est sed ut bibat. Et siquando legati Barbarorū undecunq gentiū uenissent ipsis propinabat, ut eos inebriaret, atq ab ipsis per uinum cuncta cognosceret: ipse autē quantumlibet bibisset, semper securus et sobrius, et adhuc in uino prudentior. etc Spart. in Bonoso car. 239. n.° et seq. Firmus Tyrannus cùm ad bibendū prouocatus fuisset à Burburo, situlas duas plenas mero duxit, idest epotauit, et toto postea conuiuio sobrius fuit. Spart. in Firmo, car. 286.

Vinū solicitè non est quęrendū, si aquę adsit copia. Vide pulchra de hoc ap. Sueto. in Aug. cap. 42. et ibi per Beroal. Niger pescennius cùm apud Aegyptū ab eo limitanei milites uinum peterent respondit Nilum habetis, et Vinum quęritis? et tumultuantibus ijs qui à Sarracenis uicti fuerant et dicentibus, Vinum non accepimus pugnare non possumus. Erubescite, inquit illi qui uos uincunt, aquam bibunt. Spart. i pescennio car. 254. et 255. Vbi idē iussit, uinum in expeditione neminem bibere, sed aceto uniuersos esse contentos.

Vini usus mulieribus Romanis erat interdictus. multa de hac materia uide apud Sueto. in Aug cap 62. ubi et Beroal. et Sabell. et Dionys. et Dionys. Halicarn. Ant. Rom. li. II. pag. 119. Vbi dicit, legibus Romuli tale interdictū fuisse inductū: quia stuprum è uinolentia nascatur: et quòd longo tempore tàm uinolentia quàm stuprum apud Romanos merebatur iram implacabilem.

Vinū largius ingurgitatū uitam hominū extinguit; maxime si post potationē magnū frigus insequatur. uel tempore potationis sit. quare in quodā symposio Alexandri, in quo uinarię potationis certamen fuit, unus et quadraginta homines potando, spiritum eructasse traduntur et uictor omniū bibendo promachus, tertia post diem. plu. in uita Alex. ma. car. 309. p. i. post med.

Vini puri potus ad insaniā redigit, Diod. li. v. p. 292. cap. i. et pag 293.

Vino concalefactus committens homicidiū, inuitus commisisse dicitur. s. eo. li ter. Ebrius.

Violanti mulierem liberam, legibus Aegyptiorū, uirilia execabantur Diod. sic. li. 2. pag. 102.

Virgines nulli uiro licet sancto habitu sunt credendę. Gulielmus uir sanctus initio creditus, ac sacris initiatus, ętati tenerę Margaritę Comitis Flandrię pręceptor rectorq datus, unum atq alterū ex ea furto uitiata liberos tulit. pau. Aemil. in t. lud. p. 153.

Virginē per uim constuprans capitali pęna afficiendus, et bona eius omnia uitiatę tradenda, etiā si aliās uir acer et bello strenuus sit: fieri. n. non potest, ut qui uel iniuriā fecerit uel uim forte intulerit, in certaminibus ipsis probe se gerat. Vide omnino iudiciū Totilę Regis Gothorū contra quendā ex suis armigeris ap. Procop. bel. Got. li. 3. pag. 138. 139.

Virginē nedum desponsatū seducens, si dormierit cū ea; dotabit eam, et habebit eam uxorem. si pater Virginis dare noluerit: reddet pecuniā iuxta modū dotis; quam Virgines illius conditionis accipere consueuerunt. Exodi cap. 22.

Virgines nobiles quotannis congregabantur à Babylonijs atq Henetis, et à pręcone licitantibus pluris elocabantur in matrimoniū formosę. deinde ex pecunia collata ex uenditione pulchrarū elocabantur deformes minori dote contentis. Vide late de hac lege ap. Herod. li. 1. pag 92. quam legem autor dicit prudentissimam.

Virgines Romanę antiquo more, etiā adultę, in ludos literarios (qui in foro in tabernis erant) instituendę causa mittebantur; ut liquet ex Liu. uerbis, li. 3. Dec. 1. car. 79. in fi.

Virtus morū in medio consistit. v. uer. Justitia.

Virtutē Fortunę seruire conquestus fuit Hercules, dicens, ô infelix uirtus, ita'ne, cùm nihil quàm nomen esses, ego te tamq rē aliquā exercui, cùm tu Fortunę seruieris? quod dictū repetijt M. Brutus ap. Dio. li. 47. in fi.

Virtutem negare diuinitatis participem e[ss]e, impium simul atq[ue] ingenerosum est: terram uero miscere cęlo, stultum. plu. in ui. Rom. cir. fi.

Virtutis opera Romani nunq[uam] inhonorata reliquerunt, ut patet in Horatio Coclite, Mutio Sceuola, et deinceps in Clęlia Virgine, ap. Liu. c. 35. 36. 37. et in Romanis mulieribus, maxime Veturia et Volumnia, apud eundem car. 48. et seq. et in omnibus matronis, lib. v. car. 134. in fi. et in M. Manlio, fol. 144. cir. fi. et iteru[m] in omnibus matronis, li. v. c. 146. post prin. et in multis militibus, li. x. pag. 261. post me. et in Dec. 3 li. 6. car. fi. et si dubiu[m] sit, cui ex duobus petentibus pręmium uirtutis potius dandum sit, nec possit apparere quis eoru[m] meruerit, utriq[ue] dandu[m] est. sicuti fecit Scipio loco prox. alleg. apud Liu. et uide in uer. Aduocati j. lib. 2. et plu. in ui. Scipio. Aphr. car. 120. p. 1. ante fi. et j. uer. pręmiu[m] ob re.

Virtuti etia[m] apud hostes habetur honos, ut Porsena ostendit in person. C. Mutij Sceuolę, et Clęlię Virginis, de quo plu. in ui. publico. car. 41. p. 2. cu[m] seq. Liu. li. 2. car. 36. et seq. Dec. 1. et in Marcello circa Archimede[m], et eius propinquos, ut ponit Liu. Dec. 3. li. v. p. 387 in fi. cu[m] prin. seq. et in Hannibale circa L. Bandiu[m], ut refert plu. in uita Marcelli, car. 103. p. 1. in fi. Magna est. n. uirtutis uis, et magna apud omnes gentes, cùm non solùm bonos, sed etia[m] improbos ad se amandu[m] alliciat. plu. in ui. Scipio. in fi. ubi de hoc miru[m] exemplum tradit, scz de pręodonibus Linternu[m] uenientibus, ut Scipionem salutarent. uide j. lib. 2. in hoc eo. uer.

Virtuti habetur honos etia[m] apud hostes, ut patet exemplo Mithridatis in Pomponiu[m], apud plu. in uita Luculli, car. 239. p. 2. et uide exemplu[m] Solym. Turcaru[m] Regis. j. li. 2. in uer. proditores. ubi de Nadasto ab eo dimisso fit mentio.

Virtute pari pręditis paria pręmia, pares[que] honores decernendi etia[m] si aliquis eoru[m] Nobilior et potentior, ditiorue sit. Cum Germanico Cęsari nepoti ex fratre Tiberij imp. et eiusde[m] filio adoptiuo defuncto p[er] senatu[m] pop. q. Rom. censeretur clypeus (inter cęteros qui eius memorię decernebantur honores) auro, et magnitudine insignis inter autores eloquentię, adseruit Tiberius solitum, paremq[ue] cęteris dicaturum, neq. n. eloquentia[m] fortuna discerni: et satis illustre, si ueteres inter scriptores haberetur. Tac. lib. 2. car. 29. 9.

Virtutis admiratione, quę in nobis appareat quędā consequi solemus
quę iure causę non obtineremus, sicut in Horatio sororis suę inter-
fectore contigit ut ap. Liu. Dec. i. lib. i. car. 14. si tm̄ postmodū
in scelere perseueretur, nihilominus pęna locū habere debet; ut
in M. Manlio uidere licet ap. Liu. li. vi. car. 158. cū seq.
uide .s. in uer. delicta.

Virtuti delicta non debent condonari. Bemb. in hist. c. 12.

Virtuti sicubi sint proposita maxima pręmia ibi quoq inueniūtur
Viri maxima uirtute prediti, pericl. ap. Thucyd. li. 2. c. 96. 17.

Virtute preditis honores etiā inuitis offeruntur. uide .s. in uer.
Moderationē. et Virtus alitur gloria, et pręmijs: sine his autē
Virtutes non efflorescunt, sed depereunt. uide Ang. polit. in
pręfat. in Sueton.

Virtuti parandę ingens est momentum consuetudo, disciplina,
doctrina, et uitę institutio, ut lepido exempl Lacedęmonijs
Lycurgus ostendit. de quo plut. in lib. de lib. educ. cap.
de uita insti. cir. fi. et idem in apoph. lacon. latius, ubi etiā
uidetur probari, quòd exercitatio, et assuefactio ad aliquā rē
est ipsa natura potentior et efficacior. sed contrariū innuit in
uita Thesei, ubi ait in car. 2. p. i. an̄ fi. Theseus declarauit,
uirtutem arti omni, atq exercitationi antecellere, cum ipse
inexercitatus, et rudis uiros exercitatissimos interfecerit:
et sic natura uidetur plus in homine extollendo posse, quàm ars,
aut exercitatio.

Virum unum prudentem magnę militum multitudini pręstare, docemur
Xantippi facinore, de quo polyb. li. i. pag. 49. et 1.99. et Archimedis
opera in defendendis Syracusis, de qua Liu. Dec. 3. li. 4. p. 362. cir. fi.
ubi dicit auctor, quòd primo impetu captę fuissent Syracusę, nisi
unus homo Syracusis ea tempestate fuisset, scz. Archimedes.

Vita anteacta per uirtutem, et bonos mores plurimum Reo prodesse solet, si de aliquo crimine accusetur quod à reliqua eius uita abhorreat. quare Cato iam sex, et octoginta natus annos, cùm accusatus esset, dixit: difficillimū esse, cùm inter alios homines uixeris, penes alios de his criminib᷒ respondere, quę ab aduersarijs obiecta sunt. plu. in ci. ui. c. 148. p. 2 ad me.

Vita pręterita alicuius maximum est argumentum ad pręsentia et futura. polyb. lib. viii. pag. 582. Vbi signat, quòd ex anteacta hominū uita illis de futuris credere uel nōn credere debemus. [illegible] parti in alterutra[m], partim firmū et graue [illegible], non [illegible] [illegible]

Vitę finem [illegible] facere, apud Indorū sapientes pulchrū ducitur. uiuosq[ue] se cremari iubent. quibus autē segnis ętas aut incommoda ualitudo est, ij expectatā mortem pro dedecore uitę habent. nec ullus corporibus, quę senectus soluit, honos redditur. Curt. c. iib. p. 2

Vitę presentis tempus omnino paruifaciendū putabant antiqui Aegyptij; futurę uerò gloriā, quę uirtute comparatur, maximi ęstimandam: Domos nostras diuersoria appellabant, tanq[uam] breui tempore à nobis inhabitandas: Defunctorū sepulchra sempiternas domos, qm̄ apud Inferos infinitū sit tempus, uocabant. Ideo domus ędificandi curā contemnebāt: circa sepulcrorū magnificentiā summum studiū, operamq[ue] impendebant. Diod. Sic. lib. 2. pag. 69.

Vitā contemnere, et uirtutem magnifacere, plurimum differunt. nā hoc semper laudabile: illud aliqū improbandū: qm̄. n. ex uita cuiusquā sequitur commodū, et honestū, mortis fuga non est damnanda. si uerò damnū, aut turpitudo, tunc floccifaciēnda est uita. Vnde illud in Lacedemonios celebratur epitaphiū. Hic cecidere uiri, quîs nec mors, at neq[ue] uita: sed pulchrū, pulchrè uiuere, obire, fuit. plu. multa in hanc sententiā congerit in pelop. in. in prin.

[Left margin note:] et [illegible] c. 182 [illegible] ubi [illegible] uita [illegible] torque[illegible] [illegible] [illegible] iudicio [illegible] [illegible] in magnis [illegible] periculis [illegible] et ad salutē [illegible] singi[illegible] sit.

Vitam siquis ciui, aut socio in bello seruasset, ab imperatore insignis munerib᷒ reddebatur: et Tribuni seruatū decreto cogebant, nisi id sponte fecisset, seruatorem coronare: colebatq[ue] hunc seruatus per omnem uitā tanq[uam] parentem, omniaq[ue] ei oportebat ut exhiberet sicuti genitori. polyb. lib. vi. pag. 513.

Vita cui conceditur, dandi quoq[ue] uitę usus. Tib. imp. ap. Tac. li. 4. c. 48. n.

Vitę rationē singulis annis reddere cogebantur Aegyptij apud suos presides, et unde uiuerent, quóue quęstu sustentarentur, demonstrare: qui hoc non fecisset, morte plectebatur. quę lex ab Amasi eorū Rege utiliter con[illegible]

tuta fuit, et à Solone translata ad Athenienses. Beroal. refert in Sueto. Aug: ca. 39. in prin. et uide. s. in uer. Ociosi. Rhodig. refert lib. x. cap. 37. car. 523. Vbi dicit, quòd siquis ementitus fuisset, morte luebat mendacium. Herod. li. 2. p. sexcent. uide Diod. Sic. li. rer. antiq. 2. cap. 3. pag. 100. 101. Simile apud Rom. apud quos actio aduersus ignauiam constituta erat, et creabatur quęstor, ex ui. auth. de quęstore per totũ.

Viuere is uere dicitur, qui in otio, et quiete uiuit. Sicut censuit Similis Hadriani Imp. pręfectus inter pręcipuos. qui quũ supremos septem uitę annos in agris exegisset, sepulchro suo iussit inscribi. Similis hic iacet, cuius ętas quidem multorũ annorũ fuit, septẽ tñ duntaxat annis uixit. Dion in Hadriano, car. 20. Xiphil. è Dione, in Hadriano, pag. 562.

Nec Viuus nec mortuus is dicitur, qui semiuiuus est. Vti de Clodio Albino, et de Pescennio Augures, Vatesq Seuero responderunt, quòd uenturi quidẽ essent in eius potestatẽ Albinus et pescẽnius, sed neq uiui neq mortui, uti post euenit. Spart. in uita Clodij Alb. car. 260. et in pescen. Nigro. car. 255.

Viui quoq à mortuis seruantur, exemplũ ap. Dionẽ li. 42. pag. 270. uer. Cęsaris in Ath.

Vitã hominum ad. 120. annos peruenire, doctissimi Mathematicorũ iudicarunt, neq amplius cuiq iactitant esse concessũ, addentes, Mosen solũ Dei familiarem, ut iudęorũ libri loquuntur, 125. annos uixisse: qui quum quereretur, quòd iuuenis periret, responsum ei ab incerto ferunt numine, neminem plus esse Victurum. Trebell. poll. in Claudio. car. 191. Argathonius Tartessiorũ Rex annos 120. uixit. Herod. li. 1. pag. 71. Aethiopes uiuunt 120. Herod. li. 3. pag. 193. et quòd anni 120. sint ętas unius hominis, uide Tacitũ li. de orat. car. 215. nº. ante med. Tito tñ Vespasiani imp. filio censurã gerenti, in eo Italię tractu, qui medius est inter Apenninũ, et padum, tres parmę reperti sunt annos 120. nati, duo. 130. placentię, unus 131. Fauentię, mulier uno adhuc anno maior. Arimini tres 137. Velleiatij (est id oppidũ citra placentiã) unus. 150. Galerius felix. ut refert Sabellicus Ennead. 7. li. 4. cir. prin. pag. 157.

Joannes à Strampis, quem, per errorem, à Temporibus multi uocitant ob diuturnam uitam, plus trecentis sexaginta uixit annis, ut cęteri dicunt. paul. tamen Aemilius in Lud. iun. pag. 105. libentius credit eum uixisse annis. 160. Dionys. Halic. Ant. R. li. 4. pag. 326. dicit in nostris regionibus non inueniri qui ad annum decimum supra centesimum perueniat uel saltem illam uitam excedat. post Mosen. 120. annos terminum à Deo esse statutis, quantum temporis et Moses ipse uixit inquit Joseph. antiquit. iudai. lib. 1. cap. 7. in fi.
Vitę magnam partem appellat quinquennium Liu. li. 4. car. 109. cir. fi.

Vitia noscere oportet, ut ab eis caueamus, eorum turpitudinem intuentes. plu. in uita Demetrij, in prin. ubi multa pulchra de hoc exempla.
Vitia semper facultatibus licentiaque, et assentationibus aluntur. Vell. pater. car. 246. n.o
Vitia quis credat quandoque prodesse. et tamen Suilio Cesonino uni ex adulteris Messalinę imperatricis mors ab Imp. Claudio remissa fuit, eo quod in illo fędissimo cętu passus fuisset muliebria. Et sic, ut ibi dicit autor uitijs suis protectus fuit Tac. lib. xi. car. 75.
Vitia corporis non sunt celanda, imo detegenda puellis, quas in Vxores ducturi sumus: ne quasi ignaras fallere uideamur. sic enim fit, ut enixius ab illis amemur, atque appetamur. sic euenit in Galba, sic in Crate, de quibus refert Beroal. in Sueto. et ibi autor de Galba, cap. 3.

Vituli nomine, Galli socordes et stultos designare sunt soliti. Arn. Ferr. in Lud. xii. car. 44. n.o 1.

Vlcisci audere eos, à quibus inuaditur, nihil adeo paruum est, quod seruari non possit. Brasidas in apoph. lac. plu. quod mirum in modum ... seruari non possit. qui cum imbecillus fuerit, et aliquem uulnerauerit uel interfecerit, ferre poterit qui cum imbecillus fuerit ... dicatur ex insidijs aut ex pręparato id fecisse; quasi aliter id patrare non potuerit. quum tamen ipse intendat probare, se prius inuasum, et ex inopinato id fecisse.

Vltio iniuriarũ à uiris acerrime facienda, cùm et pusillis animalibus natura datũ sit illatas iniurias quomodo modo uindicare. Agesil. in apoph. lacon. plu. documentum à puerum mordente mure sumens pag. 34. quamobrẽ Sciraphidã condemnauerunt Ephori, quòd à multis iniuria foret affectus; quasi nihili hominẽ ducentes, quòd si non ultus, sigñ iniuria foret affectus, alijs animum adderet iniurias inferendi. plu. de inst. lac. car. 3. p. i. Vlcisci debet uir, si quis prior in eum sequat siue molestus sit, siue prior iniuriam intulerit. Beroal. in Sueto. ita interpretatur ibi uerbum heroicũ grecũ. in Claud. cap. q... faciunt uerba Stenelaidę ap. Thucyd. li. i. car. 43. q.º concludentis apertũ iniuria non debere consulere an ulciscatur sed eum qui uult inferre iniuriã debere consulere an inferat. Faciunt dicta p Corint. ap. Thucyd. li. i. car. 58. Vbi concluditur dicitur decere uiros fortes, si offendantur ulcisci et è pace ad bellum recurrere, ut postmodo liceat quiete uiuere ~

Vltionis quanta sit dulcedo et vis cognoscemus ex Seruo illo barbaro, qui Asdrubalem Carthaginensiũ imperatorem ob iram interfecti ab eo domini obtruncauit et in tormentis propterea dilaceratus ridebat, uide omnino Liu. Dec. 3. li. i. in prin. et in exemplis citatis .S. uer. Ira et libido ~ et apud Dio. li. 47. pag. 203. uer. amici etiã Triumui. et ap. Thucyd. in Orat. Corinthiorũ ad Athenienses car. 22. q.º Vbi dicũt, ob Vltionis libidinem et amicitias et domestica quęq postponi haberi. Inimicũ Vlcisci uitam accipere est alteram, inquit publius in Mimis in litera. i.

Vlcisci illum, qui prior insidiatur ut iustum est ita quoq usu iã receptum. Antoninus ap. Herodia. id multis exẽplis probat. li. 4. pag. 104.

Vlcisci omnes iniurias priuatas homo debet ne contemptui habeatur, uel opprimatur S. uer. Iniurias. lib. 2

Vltionem mortis filij non esse matri interdictã colligitur ex antiqua historia Smyrnęę illius matrisfamilias, quę apud proconsulẽ Asię Dolabellã confessa filiũ proprium et maritũ Venenis necasse, propterea quod filiũ ex priore uiro ab eis occisũ comperisset, hęsitante Consilio, ad quod remissa erat, quid inter ultionẽ et scelus statui oporteret, ad Areopagitas missa fuit iudices Atheniensis tristiores, quorũ sententia deorũ quoq iurgia dicitur diremisse; qui causa cognita, centesimo post anno cũ accusatore mulierẽ adesse iusserunt ne aut absoluerent uenefica, aut ultrix necessitudinũ puniretur. Amm. Marcell. li. 29. pag. 441.

Vlcisci patris necē debemus: alias hereditatem eius non consequemur.
Ducem Aquitaniæ Sadragesillū nonnulli priuatis inimicitijs occiderant. filij necem patris non persequebantur. bona paterna Dagobertus Rex fisco adiudicauit, ad leges Romanas liberorum querimonias legans, quę impunita nece parentis, liberos hereditate arcerent. p. Aemil. in Clodou 2. pag. 21. n°.

Vltionē iniuriarū Dijs non displicere putabant antiqui, quinimo ulciscentibus eos fauere. coll. argm ex traditis per plu. in uita Niciæ, c. 257. in prin. eandem priscis non displicuisse patet ex absolutione Medeæ, quę Creontem Corinthi Regē cū Glauca eius filia una cū Regia succenderat, et natos proprios in patris Jasonis calamitatē iugulauit propterea quod ab eo post decimū annū repudiata et expulsa fuerat superinducta dicta Glauca contra fidē et iusiurandū ipsi prestitū. Vide Diod. Siculū, re. ant. li. v. cap. 3. pag. 350. 357. ubi dicit, omnes censuisse Jasonem iuste plecti.

Vlciscuntur Dij scelera hominū, scelestos ipsos tradentes in manus offensorū ab eis, uti de Hermotimi in Panioniū uindicta loquitur Herod. lib. viii. pag. 576. 577. Vide. 3. uer. Deus ipse

In Vltionibus faciendis, hi qui mente præditi sunt, qn hostes ulcisci statuunt non id primum spectant, quid merito patiatur proximus, sed magis quid ipsos facere deceat. polyb. li. 12. pag. 738.

Vlcisci contra pares debemus, non contra miseros, calamitosos, et nobis factos supplices. Themistocles apud Thucyd. li. i. pag. 67.

Vltio seu Vindicta non eodē modo expetenda est de pulice ac de Fera ut dixit Claudius imp. cùm ad eū quidā delati fuissent de insidijs cōtra ipsū struendis, et contemptis reliquis Valeriū Asiaticū solum causā dicere iussisset ut ap. Dion. lib. 60. pag. 417. 418. Facit quod refert idem Dion li. 59 pag. 404. quod cùm Gallus quidā Caium Caligulā pro excelso tribunali sub specie Jouis ius dantem uideret ac rideret uiso; cum Caius uocatum percontatus esset, quidnam ipsi esse uideretur? magnū, respondit ille deliramentum. idq impune tulit, quòd esset Sutor: nam huiusmodi homines facilius uulgarium, quàm aliqua dignitate prestantiū libertatem tolerant.

Vltionē differentes, maiori modestia corrigunt offendentes, sed qn ultio fit statim post acceptā iniuriā, Nocentes referūt penā ei condignā sm Cleon. ap. Thucyd. li. 3. car. 141. n°.

Vltio prætermissa ab eo qui Vlcisci posse et debet indiciū aliquod prebet contra eū. Pau. Aemil. pag. 189. D.

Vltro remittere melius est id, quod retentū iri difficile, quàm expe=
ctare, ut per uim auferatur. Quod ita cernens Hiero Syracusanū
Rex iā nonagenarius, ultima senecta uoluisse dicitur liberas Syra=
cusas relinquere, ne (cùm ei Hieronymus nepos adhuc puer, in
regno successurus esset) sub dominatu puerili per ludibrium,
bonis artibus partum firmatumq; interiret regnum. Liu. Dec. 3.
li. 4. pag. 2. post me.

Vniuersalis rerum cognitio multa ad particulariū cognitionē necessaria
docet. nec parum etiā particulariū rerū peritia ad uniuersaliū
scientiā confert. polyb. li. 3. in prim.

Vocis magnitudo fit ex amplitudine fistulę spiritalis, quam medici
cannam pulmonis uocant. Fuit autē Lucius quidā ciuis Romanus
uocis immensę, licet bipedali minor esset et librarū tantū septen=
decim. Sueto. in Aug. cap. 43. ubi et Beroal.

Vocē [illegible] [illegible] uxori [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Sueto. [illegible] cap. 58 [illegible]

[illegible] propriè [illegible] [illegible]

Voluntas occidendi inimicū, neq moribus, neq legibus ullius Ciuitatis ita
comparatū est, ut si nihil factū sit quo id fiat, cuiq; capitis piculū inferat.
Legati Rhodiorū ad sen. Ro. apud Liu. Dec. V. li. V. p 818. infra med.
Augustus tñ Cassiū patauinū, ē plebe hominē quòd conuiuio pleno
proclamauerat neq uotū sibi, neq animū deesse confodiendi eum, leui
exilio puniuit. Sueto. in Aug. cap. 51. imo etiā siquis ambulauit homi
nis occidendi causa idq professus sit non tñ est si interim capiatur, pu=
niendus. ac si interfecisset: quia potest fieri, ut quē peniteat, uel cùm ad eū
iam accessit, quē cogitauerat occidere: sicuti dixit Caligula sibi contigisse
d quo ui. per Sueto. in Calig. cap. 12. in fi. et sicuti contigit Ferdinando
et Iulio fratribus Alfonsi Principis Ferrarię, qui cùm ad fratrē interfi=
ciendū ex proposito sępe accessissent: tñ uel eius humanitate uel benigno
alloquio deterriti, nihil tentarunt; donec deprehensi Hyppoliti instinctu

in perpetuos carceres coniecti sunt. Ioui. in uita Alf. Atest. car. 6. et 7. et Machia. in discurs. in tit. de coniurat. lib. 3. car. 152. Facit quod. s. uer. Consiliū non punitur. et uer. Cogitasse. j. lib. 2.

Voluntates, aiebat Cato Censorius, neq legibus, neq pœnis fiunt obnoxiæ. Beroal. in Sueto. Tyb. cap. 28.

Voluntate alicuius facta scelera non dicuntur, quæ eo patiente tantùm ac dissimulante facta sunt, nec, cùm posset et ius haberet, uindicante. uide in uer. peccari. lib. 2.

Voluntatem, et sententiā, non autē uerba esse intuenda, ut in uer. Mens. s.

Voluntatem ac fauorem consentientis populi, pro omnibus iussis sibi esse ac futuram, inquit posthumius consul ap. Liu. dec. 1. li. x. p. 261. prope fi.

Voluptates immodicæ, et nimia bona perdunt illos, quos antea nulla malorū uicit uis. ut in Annibalis militibus est apud Liu. uidere dec. 3. li. 3. p. 4. 331. post me. et plu in uita Annib. car. 114. p. 1. in fi. de eisdē loquens ait Corrumpunt. n. blandæ uoluptates omne robur animi, indolemq uirtutis ingeniū labefactant, consiliū eripiunt. quo quid perniciosius humano generi afferri potest? Merito igitur plato escam malorum appellat uoluptatem. etc. idem in ui. Cato. sen. par. 2. car. 1 in prin. dicit ex sententia platonis uoluptates corpori adiunctas maximā calamitatem, et perniciem animo afferre. easdem autē ablegatas, et abiectas, animum sincerissimum et purissimum reddere.

Vox etc. sup. Vocis

Vrbes domibus, et tectis, et congestu lapidum stant. muta i[illegible], et inania intercidere ac reparari promiscue possunt æternitas rerū. et pax gentium, et mea cū uestra salus incolumitate senatus firmatur. inquit otho Imp. ap. Tac. li. 17. car. 142. η°

de C. Vrsanio Trib. pl. facit mentionē Liu. Dec. 4. li. 3. pag. 560. añ me.
Vrsanius autē dictus est à nomine familię, quę Vrsaniorū dicebatur.
quod ideo uolui notatū: quia multi dicunt, Vrsinos proceres Ro=
manos modernos, non esse ex antiquis Romanis, uel eo argumēto probari:
quòd eorū nomine nulla familia Romę appellata, in antiquis memo=
rijs legatur: et tn̄ hęc familia fortasse olim dicta est Vrsania,
quę nunc, paucis mutatis, et mutatis literis, Vrsina uocatur.

Vsucapere à iure publico Regionē aliquid ui raptū, eodemq uitio re=
tentum, nulla temporis longinquitas, nulla uetustas, reclamantibus
iustis dominis potest. p. Aem. in oratione quadā oratoris Galli, p. 201

Vsuras quomodo limitauerit Lucullus, ui. plu. in ei. ui. c. 241. p. 1. p.
Vide plura de Vsuris, quales permissę fuerint per l. xii. Tabularū.
et postea, ap. Tac. li. v. car. 61. nº. Vbi uidebis quę mala inde pro=
uenerint Romę. et quòd omnes senatores excesserant modū p Iuliū
Cęsarem lege statutū. — Alex. seu. imp. foenus publicū trientariū
exercuit, ita ut pauperibus plerisq sine usuris pecunias dederit
ad agros emendos reddendas de fructibus. ap. Lamp. c. 125. idem
usuras Feneratorū contraxit ad trientes pensiones, etiā pauperibus eiusdem
car. 127. in prin. Vbi addit quòd senatores si fenerarentur, usuras
primo accipere uetuit, nisi aliquid muneris causa acciperent: postea
tn̄ iussit, ut semisses acciperent donum munus tn̄ sustulit.

Vsus longo tempore aui unus est legū corrector. quas leges non aro, uet
cę anteing legū emendę sunt. Liu. Dec. v. li. v. pag. 523. in prin.
Vsus et abusus contraria sunt. uti .n. est cū honore, abuti cū iniuria.
Vnde sicui ususfructus legatus est, non uidetur legatus abusus. ut sic
legatarius possit rem deperdere. et cui legatus est ususfructus bonorū illi
non potest uideri legatus usus penoris, neq uini, neq olei; et id genus rerū
aliarū, quę utendo consumuntur. Beroal. ref. in Sueto. Nero. cap. 42. i p.

Vtilitas nisi maior proponatur in successu rei, quam detrimentū in defectu, non est ulla res aggredienda. uide. s. in uer. spes.
Vtilitas est coniuncta cū iustitia. s. uer. Iustitię.
Vtilitati nunq̄ ab aliquo fuit usqueadeo prepositū ius, ut prestita occasione aliquid per uim acquirendi non id fecerit. Thucyd. li. 1. c. 38. p.

Vulgus uana, et leui quaq̄ aura mobilis est. Liu. Dec. 3. li. 4. p. 361. 1 p. et de Vulgi inconstantia magnum documentum habemus in L. Quintio Flam. de quo plu. in locis alleg. in uer. sodom. s.
Vulgus semper ad res nouas leuissimum est. Herodia. li. 7. pag. 167.
Vulgus fere semper prauo quodā studio (quo etiam in certaminibus ludicris utitur) deteriori atq̄ infirmiori fauet. Liu. Dec. v. li. 2. pag. 735. ante med. et est pag. ante pe.
Vulgus siqui precellant modo etiamsi uel ad iniuriam, uel ad inuidiam, uel ad iram uel ad ambitionem potentia sua non abutantur, uelut graues odit, molestisq̄ persequitur. plu. in pario car. 326. p. 1.
In Vulgo nihil modicum: terrere ni paueant: ubi pertimuerint impune contemni dicebant quidā ex primoribus Drusi Tiberij imp. filij apud pannonicas legiones existenti. ap. Tac. li. 1. car. 6. p. Exemplū in petro Valuomere seditiosorū hominū Romę antisignano, et in nonnullis alijs qui Leontio Vrbis Rectore iubente comprehensi, et tormentis subiecti tribuliū auxiliū nequicq̄ implorantes puniti fuerunt, Vulgo statim dilabente. Vide Marcellinū li. 15. pag. 56. 57.

Vulnerato, uel uerberato non est credendū de persona Vulnerantis, uel uerberantis: quia sepe fieret, ut innocentes circumuenirentur: cùm inueni sint aliqū, qui seipsos uulnerarint, ùt aliquos opprimerent calumnis, sicuti fecerunt Lucani quidam, de quibus Liu. Dec. 1. li. 8. p. 208. cir. me uel ut eos ipsos, ad quos quererentur decinerent: ut Sextus Tarquinii filius in

gasinos fecit ut Dion. Halicarn. antiq. Ro. li. 4. pag. 385.
et Liu. dec. i. lib. i. pag. 20. in fi. et seq. et Zopyrus in Baby-
lonios, ut Just. li. i. in fi. et Pisistratus in Atheni[illegible], de quo
Mauria. in discurs. li. 3. cap. 6. car. 3ii. et plu. in ui. Solo. car. fi.
p. 2. ad med. et sicut fecit Sosis quidā in Dioni, ut sic ibi inui-
diā conflaret: licet fraus detecta fuerit cum ex alijs indicijs, tum
ex eo etiā quòd plagę non essent profundę, sed per summa corporis
actę, et multa habentes initia, cum is (uti par est) ictus ex dolore
remisisset, iterūq subinde rursus adegisset. quocirca pop. Syracu=
sanus morte damnauit Sossidem calumniatorem. plu. in ui. Dionis.
car. 35i. p. i. et abinde. De Zopyro supradicto latius ap. Herod.
li. 3. pag. 2i2. et seqq.

Vultus animiq constantia, quę in perdica extitit, sola fugauit
Meleagri satellites ad eū necandū missos. Curt. li. x. car. i54. in fi.
Vultus conscientię bonę uel prauę indiciū pręstat. ut et Alex. mag.
censuit in philippi medici sui crimine. Curt. car. 7. p. i.

Vxor est domus domina, atq [illegible] sicut maritus dominus et [illegible]:
et [illegible] inter ipsos communia esse debent, ac pariter imperare.
plu. in prob[illegible]. car. 44i. quanta autē potestas in maritos uterētur
uxores apud Romanos, licet ex uerbis Cato[illegible] conijcere de quo[illegible]
plu. in ei. ui. car. i46. p. 2. ad med. qui sic dixit. Omnes homines
[illegible] imperant, nos omnibus [illegible]: nobis autē [illegible]
Themistocles etiā dixit. O uxor Athenienses Grecis imperant, ego Athe=
niensibus, tu mihi, tibi filius. plu. ibi. et in uita Themisto
Vxor eius qui mortuus esse dicatur, non ante in uxorem ducenda est
quàm eius maritus mortuus [illegible] idest certissimo ut ea in=
terpretor, nuncio cognoscatur; ut Attalo fratri dixit Eumenes,
[illegible] plu. in eius [illegible] scribit.
Vxoris Elisę in demortuū Acerbā fides, quę potius quā alij uiro iungeretur
sibi ipsi mortem consciuit, describitur à Justino, li. i8. car. 8i. et 82.

Vxores apud Erulos que defuncto uiro non laqueo apud eius sepulchrum non longe post uitam finissent, ignominia notate uiuebant, et odisse uiri propinquos conuincebantur. procop. li. 2. pag. 90.

Vxoris socie uiro nedum in rebus uoluptuosis, sed etiã grauibus exemplũ Beatrix uxor Ludouici Mori ducis Mediolani ap. Guic. li. 2. c. 119.

Vxorem cũ marito sine offensa uiuere, magne laudis est propterea quia in sepulcro uxoris suę adscripserat se cum ea à pueritia per an̄ xxxi. sine offensa uixisse. ap. Laziũ li. 5. car. 641. in inscript. inuen. L. Bonitii.

Vxori non licere quauis de causa Virũ suũ, quicum comunes liberos habet interficere, indicauit Alex. etiã in ea que magnum sibi beneficium propterea pepererat. Curt. car. 107. cir. fi.

Vxoris Mithridatis Regis ponti in ipsũ Mithridatem insidię; que tñ ipsa fuit autẽ Laodice? suimet insidijs petita fuit; apud Iust. li. 37. c. 1. p. 2. Cleopatra quoque Regẽ syrię Demetriũ uirum suũ interemit, ut est apud Flo. in Epit. li. 60. in fi. quin et filiũ suũ Seleucum. ut ibidem. Thebe autẽ prima dicitur ex Grecis fuisse que uirũ suum Alexandrũ pherçũ iugulauit. plu. in ui. pelop. in fi. Liuia Drusi uxor filij Tiberij imp. capta Aelij seiani amore, cũ quo adulterio se miscuerat viri sui necem necandi consensũ prestitit ipsi seiano, vide s. in ver. Adulteram. Agrippina quoque Claudij Jmp. uxor, et fratris eius filia, adulterium cũ pallante liberto comisit et deinde uenen. Claudiũ ipsũ sustulit. uide Tac. li. 12. in fi. —

Vxores etiã quinquaginta licebat Maurusijs habere. proc. bel. vand. 2. pag. 317. Valentinianus imp. Valentiniani iunioris ex Iustina pater legẽ tulit, ut omnes uiri, qui uoluissent immune bina matrimonia susciperent. Jorn. de regn. succ. pag. 676.

cũ Vxore sua Ladice Rex Amasis rem habere nequibat, cum tñ alijs mulieribus uteretur: et tñ postea facto per eam Veneri uoto cępit cũ ea concumbere. Herod. li. 2. ad fi. Theodoricus Burgundiorũ Rex cũ uxore sua coire nunq̃ potuit, et eam ad patrem remisit integrã, aduerso rumore, quod ferretur pellicibus ad insaniã usque deuinctus, sancti nobilissimique coniugij usu perfrui, et Virginis florem delibare nõ posse, uelut maleficiis artibus, carminibusque prohibitus. pau. Aemil. car. 18. n°.

Argumenta ex antiquis Historijs sumpta quibus [illegible] condiuntur, et decorentur

Liber secundus

Accusans et conuincens largitionis, ob magistratū quęrendum, duos eadem de causa, aut minori etiā, quàm cuius ipse damnatus erat aut unum maioris criminis, impunitate sui peccati donabatur legibus à pomp. mag. constitutis. Dio li. 40. pag. 89. uer. iudi .. a pomp.

Accusans filiū suum insidiarū, iudicio Cassij salutem filij premiū delationis habuit, Dio li. 47. car. 210. uer. palla.

Accusatoris et iudicis partibus eundem fungi, absurdum est ut ad Augustū inquit Mecęnas ap. Dion. li. 52. p. 298.

Accusatore non probante, Reus absoluendus est etsi nihil ipse praestiterit Namq si accusare satis esset, nunq aliquis innocens esse posset, ut respondit Julianus imp. Delphidio oratori exclamanti, ecquis florentissime Cęsar nocens esse poterit usq, si negare suffecerit? Marcellin. lib. 18. in prin. vide .. verbo obiecta.

Accusatores, qui insonti periculū fecisse deprehenduntur, exilio multandi sunt. Tac. li. 13. car. 92.

Accusans aliquem cędis apud Areopagū, iusiurandū dare, et exitiū tum sibijpsi, tū genti, tū familię suę imprecari cogebatur insistens consecratis carnibus Apri et arietis et Tauri etc et si mēdacij conuictus esset, nihil aliud consequebatur, nisi ut liberos suos, et omnem familiā nefario et exitioso periurij scelere contaminaret. sin iure accusasse etc Demosth. in Aristocr. pag. 178. et 179.

sine Accusatore non potest quis damnari. Aur. imp. Addit quod non possū reum facere quem nemo accusat. Spart. in Auidio, c. 241 n°.

Accusatoris auctoritas Reo nocere non debet. Vid. Cicer. pro L Muręn. c. 138

2. Acubus ueneno oblitis nonnulli, Domitiani tpe, ceperūt quos collibitū esset, pūgere, qua ex re multi eorū ne sentientes quidē moriebantur: multi ex iis cum essent delati, supplicio affecti sunt: idq non solū Romę, sed in omni fer. orbe terrarū factum est. Dion in Domit. p. 546.

Commodi quoq temporibus multi non solum in Vrbe, sed etiā sub omni fer. imperio Romano necabātur à maleficis hominibus, quòd acus oblitas ueneni quibusuis precio atq mercede adducti in alios coniicerent, ob eamq causam innumerabiles homines interibāt. Xiphil. è Dio. in Cōmodo, pag. 575. in fi

i. Acta triū pontificatus æmulorum, concordiæ gratia, confirmata fuerunt in Concilio Constantiensi; quòd iure hactenus ambiguo, ignorationi ac errorem mortaliū fraudi cuiq͂ esse non cōueniret. Cūm Venceslaus Augustus sordibus, et ignauiā iam infamis, ut dehonestamenti Cæsarei nominis, à Germanis proceribus imperio exutus fuisset anno 1400. et propterea Robertus Bauariæ dux Cæsar dictus, in Italiā in Mediolanensem duxisset. cum pernegans ducem, quem largitione corruptus dixisset Venceslaus, cui ob indignitaté imperium fuerat abrogatū, acie cōgressus uictus fuit, et sic Marte et Fortuna Iudice ducatus eius confirmatus fuit uti legitimus. Pau. Aemil. in Car. vi. c. 217.

Adoptio, lege curiata fiebat apud pontifices, more Rom. Tac. li. 17. c. 130

Adoptio apud antiquos Romanos frequens fuit. Apud maiores nostros, inquit Vlpius Crinitus, Valeriane Auguste, quod et familiæ meæ propriū fuit ab optimis quibusq͂ in filiorū locū fortissimi uiri semper electi sunt, ut uel senescentes familias, uel fætus matrimoniis iā caducos substitutæ fecunditate prolis ornarent. Hoc igitur, Vop. in Aureliano car. 203. 2º.

Adoptio simulata, in nulla parte muneris publici iuuare debet, ac nec usurpandis quidē hereditatibus prodesse. quod senatusconsulto Romæ cautum fuit. Tac. li. 13. car. 112.

j. Adulterio deprehensi mas et fœmina eodē supplicio securi subiiciebatur lege Tenediorū Regis, qua pœna conuictus adulterii filius eius percuti ab ipso iussus est. in cuius rei memoriā cudi iussit nummos, ab una parte quorū duo erant capita, ab altera securis. pier. Valer. Hierogl. li. 32. p. 227. 2º. Vbi de Bicipitio.

Adulteria cur morte non puniantur in hominibus, cum etiā Belluæ natura duce ad mortē adulteris inferendā accendantur? exemplū in Crathi pastore Caiaro, cuius dormientis cerebrū caper cornibus in eum incitatis elisit, propterea quòd deprehensus esset ab eo cū capella, quā amabat venerea copula misceri. refert pier. Valer. Hierogl. li. x. car. 73.
— in capra

Adulteros morte dignos esse, iudicio diuino comprobari potest ex ijs quę pau. Aemil. refert in philip. Valo. pag. 184. 185. Vbi loquitur de Delphino Adobrogu et de somnio caroli filij Joannis Bohemię Regis. uide .s. uer. prox. ubi Sesostris Regis filius Rex et ipse adulteras omnes uiuas combussit.

de Adulterio pęnam primum omniu Hyettu sumpsisse satis constat. de quo sic scribit pausan. in Bęotica, siue lib. 9. Ad Orcomenu Mynię filiu Orchomenioru regnu obtinentem, Hyettus uenit Argis fugiens, ob Moluri Aristantis filij cędem, quem in uxoris adulterio deprehensu interfecerat. Ei parte agri etc. Multo .n. post etc. Sed tn inuenitur apud Diod. Sic. li. 2. p. 79. Sesostris filiu Aegyptioru Regis oculis captum decimo post anno responso ei reddito ut placato Deo, qui in Heliopo. coleretur, faciem mulieris inspiceret, quę nullu, nisi propriu nosset uiru. ab uxore propria orsu, cum multas expertus esset nullam iniuriae incorruptam, pręter hortulani cuiusda, quam uiso restituto uxore, cęteras reliquas omnes in Villa quada uiuas combussit, quem locum etc.

In Adulterio spontaneo deprehensus, legibus Aegyptioru, uirgis cędebatur ad mille plagas: Mulier naso mutilabatur. quo dedecore multu incontinentia maculatus, ea mulctaretur parte, qua maxime facies exornatur. Diod. Sic. li. 2. p. 102. 103. Vbi etia dixerat, ei qui mulierem libera uiolasset, uirilia execari iussa eisdem legibus.

Adulteru deprehensu, apud Arabes. mors eusestigio sequitur: Adulter aute non alius intelligitur, quam qui aliunde genus ducit: nam omnibus consanguineis una est uxor. Rhodig. li. x. cap. 35.

Cotra Adulteros leges tulit Seuerus imp. ex quibus tria millia Męchoru accusata fuerunt. Dion in seuero, pag. 602.

Adulteru non solum uxoris sed et matris, filię, concubinęq interficere impune licebat lege Draconis. s. uer. Homicidiu.

Adulteros Ruffinę, consciosq adulterij una cu ipsa Ruffina Hemonensis supplicius sub Valentiniano et Valente imp. interfecit. Marcell. li. 28. pag. 406. 407.

Adulteros qui suis cu Vxoribus deprehendunt, non ob hanc causa eos interficiunt quod ita reddant impudicas: sed quia ipsos existimant ab eis auferre charitatem erga uiros, itaq ijs ut hostibus utuntur. Rex Armenię ap. Xenoph. in pędia Cy. lib. 3. pag. 88

Adulterȩ facile inducuntur ad omittendos et repudiandos maritos.
Vide Tac. li. 13. car. 94. 2º. Vbi loquitur de pontia. et de Octauio
Sagitta — et li. 19. c. 170. Vbi de Carthimandua Regina [illegible],
quȩ spreto et eiecto Venutio marito, armigerum eius Vellocatum
in matrimonium, regnumq; accepit. Vnde pro marito fuere
studia ciuitatis —
Adulteras omnes, ueneficas etiã esse. dixit Cato. quod et quinti
lianus tradit in quinto: nam maritos ueneno interficiunt.
Vide Apul. li. 2. car. 54. 2º. ubi Beroal. et car. 56. 2º.
Budeus in annot. prior. in pand. in tit. de contrah. empt. c. 621.
exemplũ in Fredegunde aduersũ Regẽ Gallorũ Chilpericũ uirũ suũ
propter amorẽ erga Landricũ adulterum. uide ap. pau. Aemil.
li. 2. in Chilp. i. car. 15. [illegible].
Adulterȩ produnt adulteris secreta maritorũ suorũ. Corn. Tac.
li. 4. car. 44. in fi. Vbi de Liuia — et maritos oderunt.
Romanus Argyropylus Constantinopolitanorũ Imp. Zoȩ uxoris
insidijs. et Michaelis paphlagonis adulteri dolo intra balneas
aquis immersus obijt. Egnat. car. 331. in Romano Argyrop.
Et ab adulteris, contumacia, et odijs in maritum accenduntur
Tac. lib. i. car. 10. 2º.
Adultera mulier nihil flagitii recusat facere: neq. n. fœmina
amissa pudicitia alia abnuerit. Corn. Tac. li. 4. cir. prin. car.
44. A. Vbi exemplũ in Liuia Tiberij Imp. nuru. quod omnino
uide. et s. in uer. Matris. Vbi mirũ exemplũ in Euridice Regina.
Agrippina quoq; Neronis imp. mater cũ pallante liberto stupri
consuetudinem habens Claudium Imp. maritũ suum ueneno
sustulit. Tac. lib. 12. in fi. Vide. s. [illegible] eodẽ uerbo.
Adultera mulier se ac maiores et posteros fœdat Corn. Tac.
li. 4. cir. princ. car. 44. A.
Adulterȩ impudentissimȩ et prȩ amore furentis exemplũ uide in
Messalina Claudij Imp. uxore ap. Tac. lib. xi. car. 71. 73. 79.
Vbi mira uidebis.
Adulteriorũ Albucillȩ [illegible] Grasicius in insula deportatus fuit
[illegible] Fregellanus amisit ordinẽ senatoriũ, Tiberio imp. Tac.
lib. v. car. ult.

Adulteri Margaritę, et Blandę uxoru Ludouici, et Caroli filioru Regis philippi pulchri Francoru, uerendis conualsis, cute nudati, unco rapti, resti tandē suspensi, pęnas insessi nobili, i ii tori graues illustres dederē. Janitor conscius ceruice luit. Margarita in custodia morbo sine anima intercepta defuncta est, Blanda in custodia perpetuā coniecta nullas preterea pęnas dedit. sed dirempto matrimonio quasi nō potuisset consistere, quod eam e' sacro lauacro suscepisset. alterū contraxit Carolus authore pont. pau. Aemil. in pulchro, pag. 174. 2º. Vnde colligi pot qd
Adulterii conuicta Vxore, non tn̄ propterea maritus alterā ducere potest illa uiuente. uide ibidē.
Adulteriū cōmissum à Rodorico Visigottorū Rege cū uxore Juliani comitis Visigotti, causa fuit ut omnis Visigotthorū nobilitas Rhodo-rico ipsō post durā prelia caderet, et tota Hispania in ditionem Saracenorū ueniret quos Julianus ira percitus euocatos ex Africa nauibus per fretum Herculeum in Hispaniam traduxit. pau. Aemil. li. 2. in prin. pag. 26.
Adulteriū cū Sospitis uxore commiserat miles. cum propterea Imp. Aureli-anus ita puniuit ut duarum arborum capita inflecteret, quas ad pedes militis deligaret, easdemq subito dimitteret, ut scissus ille utrinq penderet. Vopisc. in Aurel. car. 200. 2º. Idem Valerianus Ancillā suā, quę adulteriū cū seruo suo fecerat, capite puniuit. Vopisc. i Aurel. c. 215. 2º.
Adulteri morte mulctandi sunt, sicuti fecit Tiberius Imp. in Sempronium Gracchū quendā adulterū Julię uxoris eius. Tac. lib. 1. car. 10. in fi. Phaon quoq hominū pulcherrimus Veneris munere factus, in adulterio deprehensus iugulatus fuit. Ęlian. li. 12. car. 71.
Adulteri morte affecti exemplū uide ap. Tac. li. 4. car. 51. 2º. Obijt imp. et ... Antonius multa claritudine generis sed improspera. nā patre eius Julio Antonio ob adulteriū Julię morte punito, hunc admodū adulescentulū ... item Mamercus Scaurus obiecto ei adulterio Liuię, et Magorum sacrīs mortem sibi consciuit. Tac. lib. v. car. 64.
Adulterū licet interficere quamuis is legatus sit, Theodatus Rex Gothorū ap. procop. de bel. goti. li. 1. pag. 15. Adulterij in uxorē suā per dolū cōmissi causa Maximus senator Valentinianū imperatorē Rom. interfecit imperiū inuasit. Eudoxiaq Valentiniani uxorē matrimonio sibi iunxit qua postea uocante Gyzericū Regē Vandilorū ex Africa, Maximus fuit enecatus, procop. bell. Vandil. li. 3. p. 312.

Adulterij sicut siquod aliud, grauem horrendamq pœnã exigit, et (ut puto) homicidij pœna non minorem: Homicida .n. persæpe unius tantum sanguinaria manu uitam euertit. Scelestus uerò adulterij perpetrator quamplurimos ferè ẽ medio tollit, maritum, liberos, cognatos, aliosq, dum uno uulnere dilacerato matrimonio omnes prosternit. Verũtñ quia, quum olim id facinus morte puniretur, uisũ est posterioribus minorem proferre sententiã, ac uerò nos ferè ad benigniora procrastinar; quam illi constituerunt pœnã, ut nempè nasus detestandi idei ambobus abscindatur, hanc et nos statuimus, etc. Leo imp. constit. 32. pag. 525. Alexandro Magno cùm puella quædã noctis bona parte peracta deducta esset, ut cũ eo dormiret, et quærenti tarditatis causam illa respondisset, expectasse se donec maritus cubitũ iret; commotus Ministros acriter obiurgauit reducite inquiens. hanc parum .n. abfuit, quin culpa uestra factus fuerim Adulter. pier. Valer. Hierogl. li. 34. p. 247. et n.o

Adulterij pœnã euadere non debet, qui ab adultera ultro se accitũ et unã intra noctem proturbatũ dicit, quemadmodũ contigit Traulo Montano equiti Romano à Messalina Claudij Imp. uxore. nam nihilominus morte affectus fuit. Tac. li. xi. car. 75.

Adulterã, idest eam cu qua adulterij consuetudinẽ aliquis habuit, uxorẽ postea ducere prohibetur, pœna in eum constituta, ut colligitur ex Dione Hist. li. 54. p. 326. In censura inquit cùm adduceretur ad Augustũ adolescens quidã qui mulierem, cu qua adulterij consuetudinẽ habuisset, uxorem duxerat, essetq multis accusatus, diu anceps hæsit, cùm neq conniuere ad eam, neq pœnam irrogare auderet (quia seq et ipse Augustus similia delicta fecisset) tandẽ collecto animo, seditiones inquit, multa mala nobis attulerunt, ea obliuioni demus id uerò curemus nequid simile in posterum fiat.

Adulterq mortẽ merentur. Aemilia Lepida crebris criminibus [illegible] maritũ insecuta, à delatoribus [illegible] cõ seruũ adulterũ cùm non dubitaretur de flagitio, omissa defensione, finem uitæ sibi posuit. Tac. li. v. car. 66. n.o et cùm Julia Tiberij uxor.

ab Au...sto patre suo ob impudicitiā pandateria insula, mox oppido Rheginorū, qui siculum fretum accolunt clausa fuisset, mox à Tiberio imperiū adepto extorris infamis, et demum omnis spei egena, inopia, ac tabe longa perempta fuit. Tac. lib. 1. car. 10. B. Phero Aegyptiorū Rex et Vxorē suam, et omnes, quarū lotio è cecitate non cōualuit, quia ex oraculo erant adulteræ, uiuas concremauit Vide historiā ap. Herod. lib. 2. pag. 146. 147.

Adulteræ in exiliū mittebantur quandoq. Tac. li. 4. car. 51. Cæsar (de Tiberio loquitur) obiectā sibi aduersus Reos inclementiā eo peruicacius amplexus, Aquiliam adulterij delatā, cum Vario Ligure, quanq Lentulus Getulicus consul designatus lege iulia damnasset exilio puniuit. Vnde colligitur, quod Legis Juliæ pœna in adulteras, non erat mors. Idem li. eod. car. 56. n°. per idem, inquit tempus Julia mortem obijt, quam neptem Augustus conuictam adulterij damnauerat, proiiceratq in Insulā Trimerū, haud procul Apulis littoribus –

Adulterium à se commissū cū aliqua fatenti non est fides habenda, quia fieri potest, ut premio à marito inductus id mentiatur sicuti Nero Anicetū induxit ap. Tac. lib. 14. cir. fi.

Adulteriū semel cōmittere feminis Babylonijs permittebatur imo iubebatur. et erat necesse. Herod. li. 1. p. 92. 93. 94. Vbi dicit in Cypro quoq similem quandā legē esse.

Adulteria in Germania, licet adeo populosa, sunt paucissima: quorum pœna presens, et maritis permissa. accisis crinibus nudatā coram propinquis expellit domo maritus, ac per omnē uicum uerbere agit: publicatæ .n. pudicitiæ nulla uenia e Tac. in li. de Germ. morib. car 206. ante med.

Adulteria non noscebant Agathyrsi, utpote in cōmune cū mulieribus coeuntes. Herod. li. 4. pag. 296. Neq itē Gindanes, quorū uxores preclarissimæ censebantur, uti quæq cū pluribus uiris rē habuerat. Herod. li. 4. p. 322. Nasamonibus mos erat, cūm quis primum ducebat uxorem, prima nocte ut sponsa singulis conuiuas obiret Veneris gratia, et ut quisq cū ea concubuerat. donū daret illi

quod secum habebat domo allatū. Herod. li. 4. pag. 321.
In Insula quadā Aethiopici maris mulieres non nubebant, sed omnibus erant cōmunes. Diod. Sic. antiq. li. 4. p. 195. cap. 13. Ichthyophagis idē moris fuisse tradit Diod. li. 4. cap. 3. pag. 211. Hylophagis idē mos est, ut idem dicit li. 4. p. 220.

Adulterā Faustinā Aug. suā uxorem, et consobrinā M. Antoninus imp.r non solum nō puniuit, cùm fuisset admonitus, sed et laudauit defunctā eā. Vide Capit. in eius ui. car. 49. et 51. quin et adulteros uxoris promouit. uide ibid. car. 53.
Helu. pertinax imp. circa uxoris pudicitiā minus curiosus fuit, cùm palàm citharędū illa diligeret. ipse prętereà Cornificiam infamissime dicitur dilexisse. Capit. in eius uita, car. 73.
Seuerus Imp. domi minus cautus fuit, qui uxorem Juliam famosam adulterijs tenuit, licet etiā coniurationis conscjam: qui licet nimis utili esset Reipublicę cùm tū nimis etiā crudelis esset, de eo senatus ita iudicauit, aut nasci non debuisse, aut mori. Capitol. in eius uita, car. 85. 17.

Aduocati nomen, quamuis nunc uilius uideatur, et Doctores ęgre ferre solent, si eo nomine appellentur: tū etiā de dignissimis, et maximis uiris prędicatū reperitur: Nā C. Lelius prefectus classis, et M. Sempro. Tud. legionis prefectus, cùm in petendo prœmio muralis coronę unus ex socijs naualibus, et alius ex legionarijs concurrerent: aduocati dicuntur fuisse utrius sui corporis militis. Vnde apparet aduocatum dici non rabulam quemlibet forensem quive profiteatur artem pro alio postulandi: sed quemuis, qui alium aiuj in iudicio, licet semel. et clarissimus uir sit. et non esse nomen artis, aut professionis huiusmodi, sed nomen offi . . . et uiri fauentis esse. Liu. Dec. 3. lib. vi. pag. 419. cir. fi. Vnde M. popilius vir consularis dicitur pro quibusdā centurionibus, qui emeritis stipendijs nolebant amplius nomina dare; aduocatus uerba fuisse: et eū Liuius aduocatū appellat. Liu. Dec. V. li. 2. p. 702. ...

patroni etiã appellabantur, qui causã pro alio defendendã receperant. plu. in uita Marij. car. i. p. 2. ad med. Aduocatũ autem, idest actorem causarũ non piguit Germanicũ agere etiã cum triumphalis esset. Sueton. in Calig. cap. 3. et Beroal. vide Imag. d Nob. cap. 29. n° 17 et 184

Aduocatis ut litigatores pro patrocinijs certam, iustamq mercedem darent, lege cauit Nero. ut ait Sueto. in eius ui. cap. 17. ibiq id confirmat Beroal. multis exemplis. Sed antiquitus lege Titia cautum erat nequis ob causã orandam pecuniam, donumue acciperet. Sed disceptatione inde facta super hac materia in senatu Romano et tandẽ decretum per Claudiũ Imp. factum ut usq ad dena sestertia possent Aduocati, siue oratores capere quę egressi repetundarum tenerentur. uide apud Tac. li. xi. car. i. et seq. Sub initio imperij Neronis arbitrio senatus constitutũ fuit nequis ad causã orandam mercede aut donis emeretur. Tac. li. 13. pag. 2. et postea restitutũ fuit senatusconsultũ, pęnaq Cincię legis aduersus eos qui pretio causas orauissent. Tac. li. 13. car. 94. Vbi de P. Suilio.

Aduocati siue patroni non cogebantur aduersus clientes testimoniũ dicere, more et lege Rom. sicut ait Hortensius quem refert plu. in uita Marij, car. i. p. 2. post med.

Aduocati non tantũ apud eos quibus profuerunt, fauoris habent quantũ eorum, quos offendunt animos à se abalienant. Vide Dion. lib. 78. pag. 41. uer. Ciceron. mores.

Aduocatos i. patronos causarũ male plexerunt Barbari Variana clade: quũ alijs oculos foderent, alijs manus amputarent. Vni quoq lingua recisa fuit: quã manu tenens barbarus. Tandem, inquit, Vipera sibilare desiste. refert Beroal. ap. Sueto. in Aug. cap. 23.

Aduocatores qui appellantur Venetijs, si pecunia corrupti contra Reos aliquos desinant loqui, uel tergiuersentur, et colludant, multandi sunt et in carcerem conijciendi: uel in exiliũ dandi, si capi non possint: sicuti fecerunt Athenienses in Demosthenẽ ob Harpalo pecunia corruptũ. plu. in ui. Demosth. car. 369. p. 2. cir. prin. quinimo ne pecuniam accipiant à Reis, aut litigatoribus, deportationis in insulas pęna sancitum est, sicuti euenit Dñico Bollano de quo uide seuerũ decr. apud Bemb. hist. li. 2. car. 17.

Aduocati uel oratores, si quid in eorũ orationibus, et causarũ patrocinijs dixerint, quod postea contra se [illegible] uti possunt restrictione, qua usus est Ci. in orat. pro Cluent. car. 46. p. 2. et car. 47.

Aduocatus gentis Aloysius à Gastone Imperatore Gallorū securi percussus fuit, quod defectionis ad Venetos Brixiensibus autor fuisset. Iou. in Alf. Atest. pag. 31.

Aediles qui sint, et sacrosanctos eos appellari à Liuio et Festo refert Berold. in Apul. c. 29.

Aegyptij, sunt homines uentosi, furibundi, iactantes, iniuriosi auidiq; nouarū rerū. Berold. in Sueto. lib. 1. cap. 3. Vide multa apud Spart. in Aemiliano, car. 277. q. et seq. et latius in Saturnino c. 257. Ubi recitat Hadriani imp. litteras de moribus Aegyptiorū. Et inter furentiū crudelissimi. Polyb. li. xv. p. 801. et mores eius gentis ... ideoq; Augustus nullū senatorem praefici Aegypto uoluit et quod plus est, uetuit quemquā senatorē adire Aegyptū absq; licentia sua, uide Dionē li. 51. pag. 279.
Est genus hominū controuersū, et adsuetudine perplexius litigandi semper laetissimū maximeq; auidū multiplicatū reponere, si compulsori quicq; dederit ut leuari debito possit uel saltem dilationes impetrare aut criminis uitandi formidine diuites pecuniarū repetundarū interrogari. Marcell. li. 21. pag. 244 et lib. 22 p. 260. Ciuitas (inquit) Alexandrina suopte motu etiā ubi causae non suppetunt, seditionibus crebris agitatur et turbulentis.

Aemulos habere rei est utilis. Vell. pater. lib. 2 in princ. potentiae Romanorū prior Scipio uiā aperuerat, luxuriae posterior aperuit quippe remoto Carthaginis metu, sublataq; imperij aemula, non gradu, sed praecipiti cursu à uirtute descitum, ad uitia transcursū, uetus disciplina deserta, noua inducta in somnū à uigilijs ab armis ad uoluptates, à negocijs in otium conuersa ciuitas —

Aequalitas minime bellum efficit: id opulentis inopibus placet cum hi quidē mensura, ac numero, illi uirtute et dignitate eqūm se habituros esse opinentur. ut plu. ait solonem sensisse, in eius ui. car. 33. p. 2. ante med.

Affectus non tolluntur philosophia, uel imperio. itaq cum M. Antoninus mortuū educatricem suam fleret Antoninus pius Imp. eius pa adoptiuus uocatus ab Aulicis ministris ad ostentandā eius pietatem dixit. permittite illi ut homo sit, neq n. e. Jul. capit. in ei ui. 3.

Aleę lusus (sunt autē omnes in uarietate fortunę consistentes) ue titi erāt legibus Romanis: Vnī Horatium, seu malis uetita legibus alea. Hic Cicero Lenticulū collusorē Antonij de alea condemnatū fuisse tradit. Sunt autem Aleatores illiberales et sordidi: qm in sordido lucro uersantur, ut inquit Aristoteles. refert Beroal. in Sueto. Aug. cap. 71.
Aleam Germani exercebant tanta lucrandi, perdendiue temeritate, ut cum omnia defecerant, extremo ac nouissimo iactu de libertate ac de corpore contenderent: Victus uoluntariā seruitutem adibat, quis iunior quamuis robustior alligari se, ac uenire patiebatur: ea est in re praua peruicacia. ipsi fidem appellarāt. Tac. li. d germ. mor. c. 200. i fi. et 207.
Aleę quando et à quibus inuentę. Herod. li. 1. c. 46.

Alexandrum Magnū expressū uel auro uel argento gestitantes dicebatur apud Romanos, in omni actu suo iuuari. et ideo z Spart i quiete c. 274.
Aliena in area templū ędificare. precio tantū non solum, ut Reges quid. potuit ut nobili exemplo indicatur apud pau. Aemi. … 3. in fi.
Ambitio adeo per leges Venetas coercetur, ut siquis donat aliquid eis, qui illū ad suffragia legerunt, uti magistratus crearetur (quo seniores ad eū in posterū renunciandū fiant) in ea insula, quę decemuiris placuerit exul esse iudicat ur, et eo relicto loco captus, fędiore in Vrbis carcere uitā producere ac relinquere cogatur. Bemb. Hist. li. 7. car. 110. pº et 111.

Ambitus conuicti lege Romanorũ promulgata per consules et confirmata per populũ ex rogatione C. Cornelij Tribuni plebis neq magistratũ gerere neq senatoribus esse licebat, et pecuniaria insuper mulcta irrogabatur. Dion li. 36. p. 12. Augustus uero statuit ut ij qui largitionibus factis magistratum aliquem amisissent quinquennium magistratibus arcerentur. Dion li. 54. p. 321.

Amicitia, ut inquit Aristoteles, res est in uita maxime necessaria. adeo ut sine amicis nullus eligeret uiuere, licet cuncta possideret alia bona. uide omnino Beroal. ref. in Sueto. Aug. cap. 66.

Amicitiã, societatem cũ illis studiose contrahimus, quos ad ea, quę curanda sunt et consilio uidemus et animo paratos. Demosth. philip.

Amicitię tamdiu ualent et permanent, quandiu gloria et potentia inter amicos ęqualis est: ubi alter alterũ excellit, mox ex amicitia ad discordias deuenitur. Dio. lib. 37. pag. 63. uer. ex amicis.

Amicitię reconciliatę, sunt obnoxię suspicionibus. uide Dio. li. 45. pag. 169. uer. eorũ qui in gratiam &c.

Amicitias immortaleis, inimicitias mortaleis debere esse, prouerbio uulgatũ est. Q. Cęcilius Metellus, ap. Liu. Dec. 4. lib. x. pag. 732. in fi. cũ seq. ubi multa uerba inuenies apta, ad hortandos aliquos inimicos ad odia mittenda, et finienda.

Amicitię, aut familiaritatis antiquę causa non debemus eis ignoscere, qui ex amicis inimici facti sunt. nam exulcerati suspicionibus amare nos nequeunt, et crudeliores inimici sunt qui obliti ueteris familiaritatis se inimicis nostris iunxerunt. Diadum. ap. Capit. car. 103. in eius uita. Contrariũ seruauit M. Brutus, qui Gelliũ poplicolã insidiarũ conuictum nullo supplicio affecit cum eum semper inter primos amicum sibi Brutus duxisset ac M. Messalam fratrem eius Cassio coniunctissimũ uideret. Dio li. 47. pag. 210.

Amicitiam, fidemq uiolanti, amicũ et fidelẽ permanere pmagnũ uirtutis premiũ esse ducebat M. Antoninus. Xiphil. ex Dio. in eius uita p. 500.

Amicus uir solers et bene sentiens, omniū possessionū est preciosissima possessio. Darius Rex ad Histiæum ap. Herod. lib. v pag. 343.
Amantis suos non hoc est officiū, ut illos ea cōmittere patiatur, unde necessario pericula, infamiaq consequantur: sed ut eos optima queq doceat, à malis admonendo castigandoq coerceat. ut ad suos milites seditiosos dixit Cesar, Dio lib. 41. pag. 102. uer. Oratio Cesaris.
Amicorū non hoc precipuū munus est prosequi defunctū ignauo questu, sed, quę uoluerit, meminisse: quę mandauerit, exequi. Flebunt Germanicū etiā ignoti: uindicabitis uos, si me potius, quàm fortunā meā fouebatis, inquit Germanicus morti proximus ad amicos assistentes, cùm existimaretur, ueneno per Gn. Pisonem et Plancinā fuisse petitus apud Tac. li. 2. cap. 28.
Amicorū salutem, et familiariū esse defendendā, uel ipsa repugnante iustitia, docemur exemplo Probi prefecti pretorio Valentiniani imp. de quo Marcellin. li. 27. pag. 392. 393. Vbi tn̄ autor eum arguit.
Amicis carior esse nobis debet tota Resp. In Alex. Seuero imp. cap. fi.
Amici optimi exemplū, uide ap. Tac. lib. 16. in fi. in Cassio Asclepiodoto erga Soranū.
Amicus meus qualis est, talis et ego presumor. Demosth. in Androt. pag. 166. qualescunq, inquit amari à uobis et defendi consenbit, ipsi similes esse uidebimini.
Amicos qui habet, et inimicos habeat esse necesse, ut dicebat Chilo Lacedę. quē ref. Berоal. in Sueto. Nero. cap. 47.
Amici clàm reprehendendi sunt de eorum delictis: aut saltem apud communem aliquem amicum. ui. s. in uer. peccat. et uide ap. Sueto. in Tito Vespas. cap. ix. in fi.
Amici mores noueris, non oderis, inquit prouerbiū. Vn̄ Horatius: ac pater ut gnati, sic nos debemus amici, siquod sit uitiū nō fastidire. idem fecit Augustus erga suos amicos. uide Sueto in Aug. cap. 66. in prin. et ibi Beroal.
Amicus ab hoste non, aspectu facie, discernitur. aut nomine audito, sed usu et operibus: amamus .n. omnes iuuantē, ledentem odimus, non ut humanis legibus iussū fuerit, sed iuxta sempiternum naturę ius nullo antiquandū tempore, et firmiter inherens omnibus sensum habentibus: ideoq et amicis ob acceptā iniuriā renunciamus etc. Dionys. Halic. l. 8. p. 132. 133

Amicum alicuius principis inimici nostri si uelimus ab eius amicitia quacunque de causa auertere, nulla melior erit ratio quàm qua usus est Annibal in Fabium Max. nam cùm à perfugis ei monstratus ager dictatoris esset, omnibus circà solo æquatis, ab uno eo ferrum ignemque et uim omnem hostilem abstineri iussit, ut occulti alicuius pacti ea merces uideri posset. quod quidem inuidiam dictatori non modicam fecit. simili aliquo modo et nos facere debebimus. sicut et Romanorum legati fecerunt in eundem Annibalem, dum is apud Antiochum esset: nam assiduo cum eo colloquio suspectum eum Regi reddiderunt adeo ut Rex tanquam hostem et proditorem suum deinceps oderit. de primo Liu. dec. 3. li. 2. pag. 305. post me. de secundo. Iustin. lib. 31. cap. iii. par. sec. cum prin. seq. et Liu. dec. 4. lib. v. pag. 600. an med. quamuis Liuius secutus hoc sua sponte, non consilio petitum dicat, ut uilior ob ea Regi Annibal. et suspectior ad omnia fieret. ut idem Liu. eo. lib. pag. 602. usque ad med.

Amor, secundum philosophos, est ministerium deorum ad curam, et ad conseruationem Iuuenum hominibus exhibitum. plu. in Rom. et Thesei comp. post prin.

Amorem passieni Crispi in arborem meri, uide ap. Beroal. in Sueto. Nero. cap. vi.

Amor in concubinas efficit ut mariti abhorreant ab uxoribus. Vide supra in uer. ab Vxorious. et exemplum in comite Flussati apud p. Aemil. in Car. vi. car. xii. n°.

Amor tollitur, siquis amati sanguine interempti se sublauet, ut fecit Faustina Aug. M. Antonini Aug. uxor cùm Gladiatoris amore deperiret. Capit. car. 48. n°. et seq.

pro Amatorio mortiferum uenenum quidam inscienter et decepti propinant aut propinare parant etiam parentibus. sicuti euenit Nauarræ Regis dolo cuidam adolescenti filio comitis Flussatis, apud pau. Aemil. in Car. vi. car. xii. n°.

Amatorij ueneni exemplum, ui. ap. Sueto. Calig. ca. 50. ubi multa per Beroal.

Amoris causa patrata non merentur magnā pęnā. Tyberius quidem Cęsar Mundum quendā Juuenem, qui paulinam matronā Romanā, per fraudem sacerdotū Isiacorū, qui pecunia corrupti, sub specie Anubidis amatorem paulinę amplexibus copulauerant, in templo Isidis constuprauerat, non alia pęna, quam exilio affecit, dignum eum maiore pęna non iudicans, quod amoris uehementia deliquisset, licet sacerdotes illos, et libertā Mundi, quę omniū malorū extiterat coagulū, in cruces adegisset, templū Isidis euertisset, statuā ipsius deę in Tyberim iactari pręcepisset. Beroal. refert in Suéto. Tyb. cap. 36. Octauius sagitta, pontiā posthumiam stupro cognitā, et nuptias suas abnuentem, impotens amoris interfecerat, senatusconsulto in Insulā ablegatus fuit. Tac. li. 20. car 157. pisistratus Atheniensiū Tyrannus cum quidam Adolescens amore accensus filiam eius Virginem in publico osculatus esset hortāti uxori ut ab eo capitale suppliciū sumeret, respondit si eos, qui nos amant interficiemus, quid ijs faciemus, quibus odio sumus? Valer. Max. li. v. cap. i. quem refert Tiraq. de pęn. temp. aut remitt. causa 4. nu. 5.

[illegible] antiquit [illegible] lib. 13. [illegible]

Ancillarū etiā hospitū pudori parcendum est. V. uer. Milites

Angarię ibi ponendę, ubi ferri possunt. Vide V. uer. Grauamina

Anglorū uniuersas copias sexaginta millia peditū esse cauisse [illegible] Johannes Viennensis dux [illegible] mari [illegible] ab Rege Carolo vi. creatus cū quibus se congressū testatur. Sed dux Joannes Reg. patruus dixit se compertū habere in Anglia ad centum millia sagittariorum, decem millia equitum fuisse conscripta. pau. Aemil in Car. vi. p. 210 211.

Animas humanas à corpore solutas an aliquis locus sit qui recipiat. hesitare uidetur Dionys. Halic. in Veturiæ ad filium Coriol. oratione, Lib. viii. pag. 154. Et an
Animæ sint mortales, uel immortales, eo. lib. p. 164. Si igitur inanis, corrupto corpore simul etiã animæ substãtia quæcunq tandẽ ea est, interit. haud uideo quomodo beatus credere debeam, qui nullo ex uirtute fructu percepto, etiã pereunt propter eam: Quòd si immortales sunt nostræ animæ, ut quidam existimant &c.
Animas non interire, sed ab alijs post mortẽ transire ad alios, Druides uolunt persuadere: atq hoc maxime ad uirtutem excitari putant metu mortis neglecto. Cæsar Bel. Gal. l. vi car. 66. 67.

Animus hominũ in auribus habitat. in uerbo Auris.
Animi hominũ sunt qualia eorundem studia. [illegible] uer. Studia
Animo magnum aliquod facinus agitans, necesse est aliquid turbatius, et inquietius uel faciant uel dicant, quam consuetudo sit eorũ, qui nil mali uersant animo, sicut illi fecere, qui Sfortiã illũ magnũ interficere parabant, de quibus Pau Jou. in eius uita, car. 145. cap. 55.
Animorũ et corporũ uitia similitudinem quandam habent, et eandem ferè sanationẽ requirunt. Vi. Liuiã ap. Dion. l. 55 p. 391
Animis imperare perinde ac linguis non æque possumus. Curt. l. [illegible] car. 110. p. [illegible] Jouis filiũ (loquitur de Alexandro Magno) non dici tantum se sed etiã credi uolebat, tanq perinde animis ac

Annona quum est arcta, debemus ciuibus nostris, si qua possumus ope, subuenire: nec frumentum nostrũ nimio precio uendere uide. [illegible] in uer. Militi. eo. li.

Annulo aureo apud antiquos Rom. non modò libertis, sed nec ingenuo quidem ulli licebat uti, nisi senator esset, aut equestris ordinis. Dio li. 48. pag. 237. uer. annuli.

Anulo alicuius ad nos allato in signu, quòd ille nos acceriat, aut à nobis aliquid requirat, non temere fidem habere debemus, ne decipiamur, uti decepta fuit Uxor Maximi senatoris Rom. à Valentiniano imperatore, qui anulo Viri ad eam misso, quem talis ludens uicerat, cùm nomine Mariti significasset, ut in palatiu se conferret salutatu imperatricem Eudoxiam, eidem in palatium ingressę uitium obtulit, Vide procop. bel. Vandil. li. 3. p. 312.

Annus magnus et uerus est, quo eadem positio cęli. syderumq, quę cum maxime est rursus existit, isq annus horu quos uocamus annoru xii. Dccclxiii. complectitur. Tac. li. d orat. car. 215.

Annu Cęsar ad eum, qui hodieq obseruatur, modum constituit, cùm antea Lunę reuolutionibus Menses ęstimarent. Dio li. 43. p. 190.

Annis nonnullę gentes trium mensium utebantur aliquę, quattuor, aliquę sex, aliquę decem, aliquę unius mensis utebantur. de quo uide plu. in ui. Numę, car. 28. p. 2. in prin.

Antiqui qui dicantur, Tac. lib. de orat. c. 215. 217. 19°. ad p.

Apollinis certamen de musica cu Marsya uide ap. Diod. li. 4 pag. 261. 266.

Arbiter, siquid ab eo seorsu postulatu fuerit ab altera partiu ante compromissum, licet promiserit se facturu: non tn seruare tenetur. sicuti indicauit Carolus V. Cęsar, cùm in eum compromisissent Clemens pon.

Max. et Alfonsum Atestinum de lite Vrbis Mutinę : et seorsum quiddã petijsset Clemens, promisissetq Carolus : non .n. postea seruata fides est . uide Joui. in Alf. Atest. pag. 53. et seq. Sicut etiã fecit Hercules Dux Ferrarię arbiter electus inter Venetos, et Florentinos de pisano bello componendo : nec .n. ea seruauit Venetis, nec secundũ ea iudicauit, quę ante compromissũ pollicitus fuerat . Bemb. hist . li. 4 . car. 62 . Nec .n. equũ est, Arbitris electis uelle leges imponere, secun-dum quas iudicent nec eorũ iudicium anteq properatur inspi-cere, licet ostendere ipsimet arbitri uelint ut per Bem. ibidẽ .

Arbitrio iudicandi alicuius permisso simpliciter, intelligitur, non ut nefarie et iniuste . sed ut legitime rite sancte iudicetur esse permissũ . plu. in phoci . car. 332. p. i.

Arbitrio et fidei alicuius se suaq omnia permittens ; ea omnia facere debet, quę sibi ab eo imperantur : etiã si sui moris nõ sint. nec potest cum iam permisit abnuere imperiũ ullo modo . quod M. Acilius Glabrio imp. iudicauit cum Aetolorũ legatos, qui ex decreto gentis supradicto modo deditionem fecerant, et postea quędã recusabant catenis uinciri iussit, ni propere pollicerentur quod fieri iusserat . Liu. dec. 4. li. vi. pag. 627. in fi. cũ prin. seq.

Artifices Aegyptij soli omnia rerum publicarũ cura, nullũ nisi aut legione permissũ . aut a patribus traditũ opus exercebant et siquis opifex ad rempublicã accessisset, aut plures exercuisset artes . magna mulctabatur pęna . Diod. sic. lib. 2. pag. 18

Assassini populi phęniciis attributi, qui a pueris ita instituti sunt ut sibi persuadeant, in rebus humanis nihil antiquius esse, quàm pro publica salute . et pro sua lege (Mahumetani autem sunt) mortem oppetere : omnes ita animo affecti, ut cęlestem immortalitatẽ

adepturos se munere numinis confidant, si hereses sue, quasi comun. commodi, sanctitatisque hostes occiderint. Cui prouincia euenerit alicuius e nostris proceribus interimendi, is ut unus e nostris se nostrorum turbe immiscens, per fallaciam cedem facit, sibi minime parcens, gnarusque sibi statim occumbendum esse ꝫ inqt Pau. Aemil. in Lud. iun. pag. iii. sed fama postea obtinuit ut omnes sicarij Assassini dicerentur. p. Aemil. in D. Lud. pag. 153. 7º.

Assentatio immoderata, fraude non caret. v. uer. Modum.

Assessores magistratuum, siue iudicum, siquid iudices corrupti pecunia perperam iudicent; et ipsi puniendi sunt. uide in uer. Iudices. f. eo.
Assessoribus Alex. Impr. salaria quidem instituit sed tamen sepe dicebat eos esse promouendos qui per se Remp. gerere possent non per Assessores ꝫ Lampr. car. 135.

Astrologos et prestigiatores Vrbe Roma eiecit Agrippa. Dion li. 49. in fi. uide f. uer. Magi et Mathematici, et in uer. Mathematici.
Astrologos, aut Chiromanticos deridere potius, quam tollere debemus exemplo Anglorum Regis Henrici qui cum quidam diuinator ex astris predixisset eum eo anno periturum, aduersiuit hominem et inter cetera percontatus num ex astris certa predici possent: aiebat: num ipse esset eius artis peritus, annuebat, sperans se tanto pueris habitum iri a Rege. Tum Rex dic igitur mihi ubi tu futurus es his festis Natalitijs? instabat. n. Natalis Domini, hereont: quum urgente Rege, negaret se hoc certum predicere; ergo, inquit Rex, ego sum artis peritior, quam tu. nam scio te futurum in Turri; simulque innuit ut duceretur. Illinc ubi satis refrixerat diuinandi calor, cum uita dimissum esse. Erat. ref. in Ling. car. 37. p. 2.

Atrebatiū comitatus cedit etiā fęminis seruata gradus prerogatiua, ut si fęmina gradu propinquior sit masculo preferatur: nec filius succedat in locū patris premortui, iudicio philip... pulchri Gallorū Regis, qui dictū comitatū Othoni Burgūdię comiti, quod is in matrimonio haberet Mathildem Comitis Roberti filiam, attribuit, reclamante adolescentulo Roberto, eiusdem Roberti ex philippo filio ante obitum pātris defuncti nepote, p. Aemil. in philip. pulchro, car. 170. n.º

2 Audacia, et securitas reorum, fallax est bonę conscientię signum. uide .ſ. in uer. Reorū.
Audacia hostis, licet aliàs uiribus inferioris, perterret homines ut in L. Cassio uidere fuit, quum in Hellesponto obuium habuit Cęsarem, de quo no. in uer. Maiestas, ſ. co. li.
Audacia non caruerunt, etiā uilissimę sortis homines in trucidādis summis Imperatoribus. ut patet in Sueto. in ui. Aug. ca. 19.

1. Auctoritates Oratorū per aduersariū adductas, sic reprobabimus omnes illę orationes causarū, et temporū sunt non hominū ipsorum ac patronorū: nam si causę ipsę pro se loqui possent, nemo adhiberet oratorem: nunc adhibentur ut ea dicant, non quę sua auctoritate constituantur, sed quę ex re ipsa, causaq ducantur. est in Ci. in Orat. pro Cluent. car. 46. p. 2. et car. 47

Auguribus, inquit ille, nihil credo, qui aures uerbis ditant alienas suas ut auro locupletent domos Beroal. no. ap. Sueto. in Iul. Cęs. cap. 84. n.º 30.

Aures mediocres notam habent morum optimorũ, ut inqt Aristoteles: quę uero magnę ultra modum sunt, loquacitatis, et stultitię sunt indices, ut refert Beroal. in Sueto. Aug. cap. 79. ad fi.
Aures, sunt sedes animi. probe nunc discito hoc, animũ in hominũ habitare auribus: qui bene audit, eius corpus uoluptate perfunditur: qui uero male, is exacerbatur ꝛ xerxes ad pythiũ ap. Herod. li. 7. pag. 464.

Aurifices, et conflatores solent furtim ex auro surripere ut declarat exemplũ pulcherrimũ, de quo Beroal. remiss. tñ in Sueto. Gal. ca. 12.
Auri plus est in rerũ natura, quam argenti. sed aurũ per uarios brattearũ, filiorũ et liquationum usus perit. argentum autem in suo usu manet. Aurelianus imp. apud Vopiscũ car. 215.
Auro ita quidẽ abundabant Aethiopes, ut carcerati omnes apud eos uinculis aureis alligarentur. Herodotus li. 3. pag. 104.
Aurũ expugnat, quod uis expugnare non potest. Arn. Ferr. exemplũ refert in Lud. xii car. 29. in fi. cũ prin. seq. Vbi Bernardinus Curtius quem Ludouicus Sfortia Arci Mediolanensi praefecerat, uocatus ad colloquiũ qui toto triennio arcem facile defendisset et auro expugnatus est.
Aurum quid facit in sanctis? s. uer. Sanctis.
Aureũ uoco id nomisma, quod uigintiquinq denarios continet: sic. n. nostrates aureum accipiunt inquit Dion li. 55. pag. 371.
Auro siquis argentũ publice priuatimq miscuisset, siue argento ęs, siue ęri plumbũ, capitale esse cauit Tacitus imp. cũ bonorum proscriptione. Vop. in Tacito, car. 220. p.°

Bellū cuicunq inferenti resistere, neq deprecari, Germanorū consuetudinē esse à maioribus traditam dixerunt Cęsari Germanorū Legati. Ces. Bel. gal. li. 4. car. 37. p. 2.

Belli in initio lege communi Gallorū omnes puberes armati conuenire coguntur: et qui ex his nouissimus uenit, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. Cęs. v. bel. gal. car 61. p. 2.

in Bello siquis omnes secundos rerum euentus expectet errat inquit Vercingetorix ap. Cęs. bel. gal. vii. car. 82. p. 2.

Bona si sperent se adepturos, quę cū malis coniuncta sint, pleriq hominū adeò stulti sunt, ut statim incensi cupiditate melioris, quod peius est negligant: cùm autem id quod malum erat, aduenerit adeò grauiter et molestè ferunt, ut se maximè cupiant ab optimis quibusq rebus abstinuisse. Xiphil. è Dione. in Nero. in prin.

Bonus ex mala conuersatione efficitur malus. unde Salust. in Coniurat Catil. pag. 10. ~~inquit~~: quòd siquis, inquit, etiā à culpa uacuus, in amicitiā eius inciderat, quotidiano usu, atq illecebris facilè par, similisq cęteris efficiebatur. homines. n. perfacilè in deterius, malorū consuetudine permutantur: unde legimus ap. Liu. li. 3. Dec. i. p. 79. i. pri Fabium uirū cętera egregiū, cùm per xuiratum, Appij collega, ei socius factus esset peroreui simillem eiusdem factum esse. de qua etiā re pulchre perpendit Machiauel. Discurs. li. i. cap. 42.

Virtutem tradet tibi consuetudo bonorum,
Fac sectere bonos, qui bonus esse cupis.
Quòd si te fortuna malis inuoluerit, ante
Siquid erat mentis, scito perisse, bonæ.

Nam sicut polypus colorem loci, cui adhęsit, refert, ita eos mores quisq induit, quales sunt illorū quibuscum familiariter uiuit.

Cesa, idest ictus gladij cęsim factus, quouis impetu ueniat, non frequenter interficit: puncta uero [illegible] uncias adacta, mortalis est. uide de hoc Beroal. ref. apud Sueto. Calig. cap. 58.

In Calamitate incidentiū quidā ueniam, et miserationē merentur: quidā excusari non possūt. exemplū utrorūq. uide ap. pol. 5. li. 9. [illegible]

Cancellarij nomen Arcadio et Honorio Cęsaribus iam [illegible] (cui tunc literę erant) receptum fuisse, ex eorū sanctionibus apparet. pau. Aemil. in philip. i. pag. 94. ubi multa de dignitate Cancellarij franciq.

Cantus et Citharę studia Imperatori fęda esse indicabatur a [illegible] ideoq. Seneca et Burrus conabantur Neronem Imp. ab eis auertere qui tn̄ ea studia laudabat rationibus, ut per Tac. li. 14. car. 100 Alex. Mam. pinxit mire cantauit nobiliter sed nunq. alio conscio nisi pueris suis. inquit Spart. in eius uita car. 127. [illegible]

Capillos et barbam fucans, ut Junior uideatur, in animo quoq. [illegible] censetur. Chij cum Oratorē quendā senem ad Lacedęmonios destinassent, isq. quòd eum puderet senectutis, canitiem succis fucasset et publicè dicere incepisset, surrexit Archidamus in ea tum Resp. longè princeps dixitq.: Quam obsecro sermoni incolumitatem habiturus esse hic, qui mendacium non in animo solùm, uerùm etiam in capite circumfert? pier. Valer. Hieroglyph. li. 31. p. 220

Captiuæ fœminæ nunquid reposcentibus propinquis absque pretio sint dimittendæ, quando maxime inter Christianos bellum geritur, ad id cogi milites debeant, in disceptationem quandoque uenit inter Hispanos et Italos. quam ita decidit Franciscus Rex Gallorum: nam donatis militibus ex merito cuiusque dato exultas muneribus fœminas absque pretio liberaliter dimisit. Joui. hist. li. 41. car. 210.

Captiui nobiliores debentur ei, cuius auspicijs bella geruntur. ui. 5. li. i. in uer. præda. tamen Andreas Auria noluit Regi Gallorum reddere captos à se illius auspicijs Alfonsum Vastium, et Ascanium Columnam. Joui. hist. li. 26. car. 60. Jouinus equitum magister Valentini imp. cum Rex quidam Alemannicorum agminis ab hastarijs captus patibulo suffixus fuisset, in Tribunum animum uertere statuit, ausum hoc inconsulta potestate superiore facere, eumque damnasset, ni militari impetu commissum facinus atrox documentis euidentibus constitisset. Marcell. li. 27. pag. 373.

Captiuus an iure militiæ dici possit præfectus, qui dum iussu imperatoris de pacis conditionibus agit postea imperatore sese ad arbitrium uictoris dedente, retinetur et comprehenditur: hic tamen se eius perscriptæ legis beneficio uti nosse ui. Joui. hist. li. 26. car. 53. ubi Vgo pepulus in tali specie ab Hispanis captus liberatus fuit à Vastio.

Captiui siquid promittunt uel per syngrapham, uel alio modo, non esse ratum. et ideo capto Clemente &c. uide Joui. hist. li. 25. car. 27. et Arn. Ferr. in Fr.^co Vales. car. 121. n.^o F. et 123. C. Vbi de promissionibus Fr.^ci Regis captiui factis Carolo V dicitur. n. metu carceris perpetui pollicita irrita esse et à capto homine ui, doloque extorta non esse seruanda.

Captiuum dimissum sub fide redeundi, nisi quædam pactiones adimpleri potuerint bellum indicere captori suo non posse, iactauit Carolus V imp. contra Fr.^cum Vales. Regem Gallorum, ap. Arn. Ferr. c. 123 C

Capitis partem anteriorem Abantes; eo quòd natura bellicosi essent et cominus pugnandi, ac preter ceteros manus cū hostibus conserendi peritiā tenerent; ne ullas hostibus ad capiendū ansas darent abradebant. plu. in uita Thesei car. i. p. 2. ad me. Vide Ci. qui inuehitur in c. Fanniū, quòd capite et supercilijs abrasis incederet in orat. pro Q. Roscio com. car. 48. p. i. Non ne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa olere malitiā et clamitare calliditatem uidentur? – et mox: qui idcirco capite et supercilijs semper est rasis, ne ullum pilum uiri boni habere dicatur.

Carcer erat Romano uiro extremū suppliciū. plu. in Cato. iun. car. 336. p. 2. in prin.

in Carcerem conijcere aliquē propria auctoritate licet in delicto deprehensū non licet cuiq̄. ideo inter cetera Alcibiadi obiectū fuit quòd Agatharchū scribam, et pictorem cū concubina sua deprehensum concluserit et eū legibus non tradiderit, Demosth. in orat. con̄ Midia . . . Rhet in cuius enarrat. pag. 306. super uer. compegit in carcerem.

Carceratus iurans se aliquid facturū, uel non facturū, ad hoc ut è carcere liberetur non tenetur postea iuramentū seruare . . . uer. Iurisiurandi fidē.

Cardinales testari non possūt. Vt uidetur innuere Bembus hist li. x. car. 161 in . . . Eodem . . . tempore. Julius certior factus Cardinalē Rotomagensē in Gallia mortem obijsse incredibili letitia est affectus. is auri libras ter mille . . . pecunię testamento legauerat quas omnino Julius ea de causa quòd legari iure non potuerint, sibi dari postulauit. frustratusq̄ ea postulatione est: nihil enim profecit.

Sed eorū ōbna, sicut et aliorū sacerdotū, ad pontificē iure perueniunt Idem Bemb. eod. li. car. 160. et de eodē Juli. loquens ait. quas ad res . . . ei animos addiderat, quòd plerosq̄ ex ijs, qui Romę erant sacerdotes magnis thesauris prediti, ea ętate mors sustulerat. quibus thesauris iure ad se redeuntibus ditior factus fortunā ipsā tangere suis uelut cogitationibusq̄ dictitabat.

Cardinalatus dignitas spurijs conferri non solet. §. uer. spurij

Carnifex qui coiuit cū Claritate, quę cum duceretur ad mortē ob adulterij crimen ne uelamenta quidē secreto membrorū sufficiens habere permissa fuit, uiuus exustus fuit sub Valentiniano imp. ap. Marcell. li. 28. pag. 403. 404.

Carpum oppidū, post diuturnā cū Alberto pio litem à Carolo. V. traditur Alfonso. Iou. in Alf. Arist. pag. 54.

Castrari mares, lege uetuit Domitianus, ut ref. Sueto. in ei. ui. ca. 7 et Dion pag. 543. 544. in prin.

Census apud Romanos fiebat cū iureiurando bonę fidei, adscriptis ętatis annis, et parentū nominibus, atq adeo liberorū etiā atq coniugum: ad hęc quam quisq regionem Vrbis, quem pagum incoleret: ei qui non conferetur pęna proposita, ut bonis in fiscū redactis ipsis uirgis, sub hasta ueniret. Hęc lex inducta per Seruiū Tullium Regem diu à Romanis seruata fuit. Dionys. Halic. li. 4. p. 337. 338

Chij, hominū nequissimi olim habiti fuerūt. pier. Valer. hierog. li. 31 pag. 220. Vbi de pisce.

Christiana fides, et religio preferenda est ipsi vitę, sicuti fecit Albanus Armerius ex prefectis Venetis captus à Turcis et Byzantium perductus, dum ei rex vitam se concessurum esse dixisset si Maumetum Turcarum deum deinceps coleret: namque negans id unquam se facturum in duas secus partes magna constantia voluntate mortem obijt. Bemb. hist. li. v. car. 67. nº.
quę tamen à Romanis habebatur pro exitiabili superstitione, tempore Neronis, et postea. Tac. lib. xv. car. 116. Ergo inquit, abolendo rumori Nero subdidit Reos quos per flagitia invisos vulgus Christianos appellat. auctor nominis eius Christus, qui Tyberio imperitante, per procuratorem pontium pilatum supplicio affectus erat. repressaque in presens exitiabilis superstitio rursus erumpebat non modo per Iudęam originem eius mali, sed per Vrbem etiam, quo cuncta undique atrocia, aut pudenda confluunt, celebranturque. Igitur et Suetonius in vita Neron. cap. 16. c. 528. Afflicti inquit supplicijs Christiani genus hominum superstitionis novę ac maleficę. Severus imp. iudeos fieri sub gravi pęna vetuit. idem etiam de Christianis sanxit. Capitol. in Severo, car. 85. Spart. in Saturnino referens epistolam Hadriani imp. de Aegyptiorum moribus ait. Illi qui Serapim colunt, Christiani ~~colu~~ sunt et devoti sunt Serapi. qui se Christi Episcopos dicunt. Nemo ex iis. ioi. c. 287. Alexander tamen Severus imp. in Larario suo inter ceteros Christum quoque habuit Lampr. car. 128. et Christo templum facere voluit eumque inter Deos recipere. quod et Hadrianus cogitasse fertur qui templa in omnibus civitatibus sine simulacris iusserat fieri ad id ipsum: sed prohibitus fuit ab ijs qui consulentes sacra repererant omnes Christianos futuros, si id optato evenisset, et templa reliqua deserenda. Lampr. in Alex. c. 134. Et vide ibi Ignatium. Aurelianus contra Christianos despiciebat Miror inquit vos patres sancti, tamdiu de aperiendis sibyllinis dubitasse libris proinde quasi in Christianorum ecclesia non in templo deorum omnium tractaretis. Vop. in Aureliano, car. 205. nº.

Christiana pietas non alijs quam quibus nata est, moribus retineri potest. P. Aemil. in Lud. pag. 152.

Christianis sacerdotibus multum ius esse facultatum potentiarum asserebant Fraterculi, de quibus .V. uer. Fraterculi.

Cibū ad fraudē suā positū feræ bestiæ plerunq aspernantur et respuiunt: ideoq turpe fuerit hominibus, si cæci, specie parui beneficij ad futurā perniciem inescentur. ut aptissime dixit Callicrates in concilio Achæorū et uide omnino Liu. dec. 5. li. 1. pag. 747. inter prin. et med.

Cinædi apud Romanos lege scatinia puniebantur. Sueto. in Domit. et ibi Beroal. cap. VIII.

Citatus ad unā causā, uel articulū, non debet super alia causa, uel articulo interrogari uel alio modo uexari: argū eius. qd refert Liu. dec. 4. li. 1. pag. 529. post prin. ubi dicit non licuisse legibus Achæorū de alijs rebus ad populū referre (seu ad consultādū) quàm propter quas conuocatus esset.

Citans in ius eū, qui uel æger esset. uel aliàs inualidus uel senex lege xiiirali iubebatur citato iumentū dare quo uehiretur. refert Beroal. in sueto. Aug. cap. 38.

Citatis non comparentibus, facilè secundū præsentes ius est dandū: more Claudij qui absentibus aliquibus secundum præsentes facillime dabat nullo delectu culpæ nisi quis in aliqua necessitate cessasset. Sueto. in Clau. cap. XV.

Citati non cōparentes, etiā ubi de uita agitur, ab omnibus iudicio causa damnari debent ex lege Augusti de qua s. uer. Rei contum.

Ciuiū unūquenq natos liberos profiteri tertia die ab nominis impositione apud præfectos ærarij saturni. M. Antoninus philos. imp. primus iussit. et in prouincijs tabularioru publicorū usum instituit apud quos idē de originibus fieret, quod Romæ apud præfectos ærarij, ut si forte aliquis in prouincia natus causā liberalē diceret, ... in ... fieret. Capit. i eius uita

Ciuē unū malle seruare, quàm mille hostes occidere dicebat Scipio cuius sniam frequētabat Antoninus pius imp. Cap. in ei uita cir. 20 ...

Ciuitate aliqua nobis federata deficiente in discrimine belli ad hostes nostros et eos accersente ad opem suã, et damnũ nostrũ, si ea postea à nobis capiatur se dedens arbitrio nostro, nunquid rebellionis autores tm̃ morte mulctandi sint, an uero omnes iuuenes, ac reliqui in seruitutẽ rapi? Et Athenienses quidẽ de Mitylenis deliberantes primo decreuerunt omnes necandos, et ita fieri mandarant: postea uerò die sequenti eos penituit et iterũ conuocati et consulti contrariũ decreuerunt. Vide Thucyd. li. 3. car. 144. in sequentibus Vbi duas orationes uidebis inter se contrarias pulcherrimas Cleonis, et Diodoti.

Clementia, imperatorũ dos prima. Vop. in Aurel. c. 214. in fi. Vide mirũ clementis animi exemplũ in Spart. in Auid car. 248. Vbi loqtur de M. Aur. philos. et c. 249. n°. dicens Non. n. quidq̃ est, quod imperatorẽ Romanũ melius cõmendet gentibus quàm clementia. Hęc Cęsarem deum fecit, Hęc Augustũ consecrauit ꝛ
Clementiam infinitã Caroli magni in Vuestphalos ui. ap. p. Aemil. li. 3. p. 48. n°
Clementiã plus proficere quàm sęuitiã uide Liuię cũ Augusto colloquiũ ap. Dion. li. 55. pag. 343. et effectũ ipsũ ex clementia sequutũ car. 345. nam cùm Augustus quereretur, homines non deterreri ab insidiando uitę ipsius et imperio ob pęnas aliorũ, qui idem tentarant, ut car. 342. et consiliũ Liuię secutus ignouisset CN. Cornelio Cinnę Magno et alijs qui postremò in eum cõiurarant, et Cornelio etiã consulatũ donasset, eo facto ita sibi omniũ animos deuinxit, ut non modò insidię contra ipsũ nullę deinde componerentur sed opinio quoq; omnis earum interciderit, inquit autor.
Clementię inanem speciem uincit salutaris vigor, Ammi. li. 29. pag 436.
Clementiam calamitosis prestari par est ab his qui extra crimina sunt cum cui tandem omniũ illa in tanta rerũ futurarũ obscuritate reseruetur incertum sit. Demosth. in Aristocratem, pag. 175.

Clerico non licet tabernam, aut ergasteriũ habere. refert ex decretis Beroal. in Sueto. Aug. cap. 32.

Clientũ in patronos officiũ, apud priscos Romanos, hoc erat: patronos obseruare: non honoribus tantum sed etiã copijs suis in filiarũ locandis, et in dissoluendo ære alieno, eis adesse. Clienti autẽ in patronũ testimoniũ dicere, lex nulla, nec magistratus cogebat. At in posterũ, manente cæterarũ necessitudinũ iure, primatibus pecuniã ab inferiori loco hominibus accipere, turpe, ac sordidũ est habitũ. plu. in ui. Rom. car. 10. p. 2. post prin. et ui. ĩ. in uer. patron. Quanta autem necessitudo esset inter clientes et patronos, quantũq alter alteri teneretur, uide latè per Beroal. in sueto. li. i. cap. 2. ubi multa pulchra de hac materia. et cap. 71.

Clientibus nefas more gallorũ est, etiã in extrema fortuna deserere patronos. Cæs. li. 7. bel. gal. car. 86. p. i.

Cogitationũ initia in magnis et admirandis rebus excogitandis, nobis tribuit et ingerit deus. et uoluntatem ipse quadã, et imaginibus excitat. uide pulchrã de hoc consideratione ap. plu. in ui. Coriol. car. 61. post prin.

Cogitantes grauius quid aduersus nos, inhibere magis quàm uindicare debemus, more Cæsaris Julij, d quo sueto. in ei. ui. cap. 75. ad fi.

Cogitasse professus de aliquo magno scelere patrando, puta parricidio uel homicidio, de quo dubiũ sit, quis illud commiserit, uideri potest uerisimiliter ipsũ scelus comisisse. ita conijcit sueto. in Calig. ca. 12. dicens nec abhorret à ueritate Tyberiũ à Caligula necatum, qui sint quidã auctores, ipsũ postea etsi non de perfecto, at certe de cogitato quondã parricidio professũ. etc. Vnde colligitur et illud, quòd

Cogitasse constans de facinore cõmittendo, licet interim depræhensus fuerit, non tñ est perinde ac si comisisset puniendus: quia potuit eum pænitere. ui. in uer. Homicidiũ cogi. ĩ. li. i. et in uer. Voluntas. li. i.

Ariani quidã et milites coniurauerant in Africa contra Salomonẽ ducẽ Justiniani imperatoris post uictoriã de Vandilis, et bis grassati sunt ut eum interficerent et tñ cùm in conspectũ eius uenissent, absterriti nulla re tentata discesserunt donec coniuratio detecta fuit, uide omnino procop. bel. vandil. li. 4. pag. 362. 363.

Coire quis aliquñ cũ una muliere nequit, licet cũ alijs coeat. Amasis cũ uxore sua rem habere nequibat, et tñ alijs utebatur, .s. uer. Vxor ⁊ Herod. li. 2. ad fi.

Coeundi quis impotens fit per aliquot Menses incantamentis et magicis artibus uti creditũ fuit de Joan. Galeacio Sfortia propter dolũ Ludouici patrui, ap. Guicciard. li. 1. car. 28.

Coeundo cũ quodam pantomimo myrhico, forma precellente, repente interierũt duo Equites Romani. Beroal. ap. Sueto. Calig. cap. 36. et in Claud. ca. 29.

Columbæ tabellariæ exemplũ uide ap. P. Aemil. in Philip. 1 pag. 89. Vbi dicit Oratores prefecti oppidi Hasarchi, quia itineribus interclusis alij Nuncij mitti non possent, epistolam caudæ Columbæ, quam cũm in legationem proficiscerentur ad Balduinum Edessæ principem, domo secum attulerant, alligasse, illamq ex composito remisisse: ita prefectũ certiorem factum ⁊ et postea pag. 91. Vbi dicit, casum tulisse ut columba supra castra Latinorũ uolitans accipitre opprimente se demittens a' nostris exciperetur, et sub alis eius inuentã epistolam Arabicis uerbis et literis exaratam ⁊ et apud eundẽ pag. 99. Vbi sublatũ clamorem tam magnũ à Latinis refert ea uisa, ut aues tanq turbine moti cœli acta in terram delaberetur ⁊

Comes .i. ille famulus, qui dominũ comitatur in aliqua peregrinatione, non debet dũ sunt adhuc in itinere, mercedem sibi promissã exigere; sed interim promissione simplici contentus esse: hęc fuit una ex sententijs sapientissimi Pitthei, ut refert Aristoteles; qui dixit. esto satis comiti merces promissa laboris. narrat plu. in uita Thesei, pag. 1. circ. fi.

Cometes sydus secundũ Vulgi opinionẽ, Regis mutationem portendit. licet uanũ id censeat Tac. li. 14. car. 101. n°.

Communis fortunę societas est subeunda; nec precipui quicq̄ petendum; siquis uelit ab omnibus coli: sicuti Theseus existimauit; quē refert plu. in ei. ui. car. 3 p. 2. in prin. quare solon quoq; lege quadā, honoribus abdicauit eum, qui orta seditione neutrā factionē sequutus esset. uoluit .n., ut uidetur, neminem, cùm priuatas rationes in tuto locasset, nulla cōmuni cura ac solicitudine contineri, gloriantem, quòd aliorū incōmodis difficultatibusq; minime angeretur. uerum optimis ac iustissimis uiris esse propositum, cū alijs pariter periculo se cōmittere, atq; opem afflictis rebus ferre magis, quàm absq; periculo quietum, exitum uictorię expectare. plu. in ui. solo. car. 34. in fi. cū prin. seq

Sħn Cōmune quę expostulantur, tarda sunt. priuatā gratiā statim mereare, statim recipias; quin' igitur, ut nouissimi in culpā, ita primi ad penitentiā sumus? inquiunt quidā boni milites, et centuriones ex legionibus Romanis apud pannonias existentibus ad cęteros tumultuantes, apud Tac. li. i. car. 6. q.

Cōparitio spontanea Reorum nō est magnifacienda pro signo innocentię, cum in dies uideamus multos sponte [illegible], [illegible] ad supplicium mitti [illegible], et non [illegible] carcerem sua [illegible] [illegible] uel culpā [illegible] [illegible] Farin. cons. 55. n. [illegible] et q 48 n. [illegible] Reorum in pr.

Concilium ab alio, quàm à pont. Max. nefas est indici. ui. Ioui. in ui. Alf. Atest. car. 24.

Concubinas ingenuas haberi uetuit Aurelianus imp. Vop. in ei. ui. ad finē.

Conditio, per quā quis ad impar certamen prouocatur, est iniqua. polyb. li. 12. pag. 741 Vbi de Cosmopolide prouocante Adolescentem ad interpretandam Zaleuci legem, sub discrimine Vitę, cùm ipse esset nonagenarius.

[illegible] alicuī [illegible] ... sed potentię indiciū est, [illegible] ... [illegible] celarent, dixit [illegible]. car. [illegible]

Confessio delicti facta in tormentis, non habenda pro ueritate, etiã si postea confirmata fuerit: quia in hominibus delicatis plus potest uis tormentorũ, quàm Veritas, et est exemplũ principis Apostolorũ, qui nec carceratus, nec tormentis adactus, ad simplicem Ancillæ interrogationẽ, negauit Dominũ. apud Guicciard. li. 3. in fi. Vbi de Sauonarola.

Confessus de crimine non protinus habendus pro conuicto, cum fieri possit quòd per fraudem sit inductus ad confitendum sub spe facilioris ueniæ, sicuti contigit in prætextato Rhotomagensiũ Archiepiscopo, de quo p. Aemil. in Chilp. i. car. 14. n.º Vᵈ Farin. de reo confes. q. 81. n.º 331. et l. 1. ff. si quis ultro. ff. de quæst.

Confessiones auriculares quas uocant, retundi possent illo Laconis dicto, de quo Plu. in Apoph. Lacon. car. 398. nam cum eum quidã initians interrogaret, quid maximè impiũ se fecisse conscius esset. Lacon, hoc, inquit, Dij sciunt: sed illo magis magisq; instante ac dicente. omnino te dicere oportet, Lacon uicissim illum interrogauit, Vtri me dicere oportet tibi an Deo? quũ autẽ ille dixisset, Deo: Tu igitur, inquit, recede.

^ Titius nullo quæstionis terrore nullo tormentorũ cruciatu [illegible] aut rate alicui salutis [illegible] e contra petere uoluit [illegible] innocens [illegible] lib. 1 cap. 4

Confessi [illegible] qui non [illegible] in manibus curiæ, fatetur quod pro comisso delicto non ualet [illegible]

Coniurationẽ contra patriã sciens esse factã, et non deferens eam, punitur pœna capitis ex statuto Florentino, et de iure communi, secundũ communem opinionem. Guicc. hist. li. 3. p. 180. Vbi de coniuratis pro Petro Medico.

Coniurationis in principem conuicti, licet summũ à cæteris principibus supplicium passi sint, tñ Titus Vespas. etc. uide in uer. Maiestatis rei. f. eo. li. Alfonsus quidẽ Atest. coniurationis in se deprehensos Hieronymũ Pium et uicinũ Bartholomeũ Constabilium, capite puniuit. Ioui. in Alf. Atest. pag. 55. et seq. Vide summũ clementiæ in coniuratos exemplũ. f. in uer. parentũ delicta et in uer. seditionis.

sine iuramento, et extra iudiciũ

prodit inquisito Farin. [illegible] et [illegible] Fallit. [illegible] punct. crim. [illegible] n.º 9 ubi [illegible] induxit [illegible] sine spe commissio nec quidẽ contra ipsũ cõfitẽtem facit iudic. [illegible] Farin. [illegible] n.º 38 [illegible] n.º 5-26. [illegible] contingat

Conscientia mille testes uide de hoc Beroal. refer. in Sueto. Nero. cap. 34 ubi refert opin. Origenis, censentis pœnas infernorũ nihil aliud esse quàm conscientiã. ui. ibi. et uide Xiphil. [illegible] in Nerone pag. 510. et 527 [illegible]

Conscientiæ malæ memorabile exemplum habetur. Catilinæ animus impurus, dijs, hominibusq; infestus, neq; uigilijs, neq; quietibus sedari poterat: ita consci=entia mentẽ exagitatã uastabat, inquit Salust. in Catilina pag. XI.

Consilium petere, arduis in rebus ualde necessariũ est, at idem etiã ualde periculosũ: Et sicuti imprudentes magis indigent consilio quàm prudentes, ita prudentes maiorem ex alieno consilio capiunt fructũ, q̃ imprudentes: quippe qui non possunt discernere, utrũ consiliũ datum sit bonũ et fideliter datũ necne, Vide Guicciard. li. i. car. 19. 60.

Consultare benè maximũ est lucrum: nam etiã siquid econtrario euentũ est nihilotamen minus bene consultũ est, superauitq; fortuna consilium. At qui turpiter consultauit, si ei fortuna obsecundauit, ille est quidem Voti compos, nihilotamen minus mali consiliũ cepit ꝙ Herodotus in Artabano li. 7. pag. 451.

Consilium nemo fidelius dare potest, inquit C. Liuius, quàm is, qui id alteri suadet, quod ipse, si in eodẽ loco esset, facturus foret. Liu. dec. 4. li. 7. pag. 640. in fi.

Consiliũ eius, cui in consulendo propriũ aliquod emolumentũ propositũ est haud potest esse bonũ: nam si in utrãuis partem, ueluti in trutinam, argentũ imposueris, id argentũ precipitat cogitationem, et ad sese deorsũ abripit: quod quisquis admittit, fieri non potest ut deinceps ulla de re uerè cogitet. Vide omnino Demosth. in orat. de pace, pag. 23. et Guicc. hist. li. i. c. 19. 60.

Consiliũ, arcanum, et minime palàm esse oportet. ideoq; Consi dei (qui consiliarius deus erat) apud Romanos, subterranea, et operta ara dicitur fuisse. plu. in uita Rom. car. 10. p. 2. post med.

Consultari persę de rebus maximis tũ consueuere cùm sunt poti. ita tñ ut priore die ieiunent; et considerent, deinde poti pronũcient sñias suas. Herod. li. i. pag. 65.

Consiliũ tot et taliũ amicorum æquius est ut ego sequar, quàm ut tot et tales amici meam unius uoluntatem sequantur, aiebat M. Antoninus Imp. philos. quare semper cũ optimatibus non solum bellicas res, sed etiã ciuiles priusq̃ faceret aliquid, contulit. Capit. car. 50. 2º in eius uita

Consiliũ ad necessitatẽ accomodare in omnibus actionibus humanis bellicis præsertim, sæpe oportet. ꝙ Guicciard. l. 2. car. 127.

Consiliũ et timor simul locũ non habent. ꝗ. uer. subiti.

Consilia, et decreta nullius sunt momenti, nisi et hoc accesserit, ut quę decreta sunt, nos alacriter facere studeamus. pulchre de hoc Demosth. [illegible]

Consobrinas licuisse apud Romanos in uxores accipere, patet ex Institutionibus sed et exemplũ illustre est in M. Aurelio Ant. philos. imp. qui uxorem duxit Anniam Faustinã filiã Galleriæ Faustinæ amitae suæ, idest sororis Annij Veri patris sui. Iul. Cap. in eius uita, in prin.

Consolari alios illi difficilimum est, qui ipse in mœrore uersatur. Liu. Dec. 3. lib. 5. pag. 391. ante me.

Consolationem serò afferentibus respondere ad exemplũ Tyberij poterimus: qui Iliensiũ legatis paulò serius cum de morte filiorũ consolantibus, quasi obliterata iam doloris memoria irridens, se quoq; respondit uicem eorũ dolere, quòd egregiũ ciuem Hectorem amisissent. Sueto. in Tyb. cap. 52.

Constantiæ in tormentis muliebris exempla pete ex uer. Mulieris, f. 60.

Consuetudo contraria legi excusat à pœna. ideoq; Domitianus scribas quæstorios negotiantes ex consuetudine, sed contra Clodiam legem, uenia in præteritũ donauit Sueto in Dom. cap. 9. Contrariũ autẽ quòd consuetudo contraria legi non excuset, sed aggrauet delictum, uide s. hoc eodẽ uer. consuetudo.

Consuetudinis imperiũ est grauissimũ, inquit Prudentius ide libus, in L. 6. Vbi Interpres consuetudo inquit planè Tyrannidem quandam obtinet in rebus humanis, adeo ut saltissima quoq; si semel inoleuerint reuelli non possint

Continentia P. Scipionis Africani in captiuas obsides Hispanas, et præsertim Allucij sponsã, notior est, quàm ut multis hic referatur. ideo remitto ad Liu. Dec. 3. li. 6. cir. fi. continentiã Aristidis in repudiandis muneribus Calliæ, ui. plu. in ui. Arist. car. fi. p. i. ad med. et continentiã M. Curij in reijciendis donis Samnitiũ ui. apud plu. in uita Cato. sen. car. i. p. i. in fi.

Continuatio est efficacissima in peragendis rebus. M. popilius. apud Liu. dec. v. li. i. pag. 743. post med.

Contumaces habentur pro confessis, more, et iure Veneto. Bemb. hist. li. 2. car. 17.

Contumelia habet quendã aculeum, quem pati prudentes, ac uiri boni difficillime possunt. Cice. 5. Verr. ~~libro~~. car. 168. p. 2.

Contumelia, et contumeliosa iniuria adducuntur ad tollendã suis Regibus fidem magnis rebus antea perspectã, hi, qui non Regno non orbis imperio possent aliàs adduci ad eam tollendam, non deniq omnium thesauris. ut Aquitanus ille scite respondit ad Carolũ septimũ Regẽ Francorũ, quod quidẽ responsũ in ore habuisse dicitur Carolus Borbonius ap. Arn. Ferr. in Fr.co Vales. car. 101. n.o 11.

Conversans cũ malis .i. malis utens hominibus, fit et ipse improbus; sicut econtra. uide Beroal. ap. Sueto. Claud. cap. 4.

Consuetudo. sive Conversatio assidua, homines magnos minus uerendos efficit. Sueto. in Tyb. ca. x. et ibi Beroal.

In Convivio nec loquaces nec muti esse debemus: q̃m eloquentia in foro, silentiũ in cubiculo esse debet, sermones autẽ conviviales, iucundos esse oportet, atq inuitabiles, et cũ quadam illecebra, et voluptate utiles ex quibus ingenium nostrũ venustius fiat, et amœnius. Beroal. est in Sueto. Aug. cap. 74.

Corpus cui sit magna ægritudine inualidū, eius ne mentem quidē sanā esse, haud ab re est. Herod. li. 3. p. 198. 199.

Corporū ex calamitatibus nonnulli Romani ciues denominati sunt ut Claudij, et Cæci. non .n. per contumeliā eas sibi obijci arbitrabantur: quin eas perinde ac propria audiebant nomina. plu. in ui. Coriol. car. 57. p. 2. i prin

Corpora quis optimorū uirorū, non tū cum animis in cœlū transmitti, ui ī in uer. Animus. lib. i.

Corrigi multa simul tutò non possunt. ī. uer. Mutatio

Credunt libenter homines id, quod uolunt Cæs. bel. gal. 3. car. 33. p. i.

Crimina, quę aut obiecta à uobis aut purgata à me sunt talia sunt: ad Romanos legatos Rex Macedonū perseus dixit esse scio, ut aures ut animi audientiū sint: nec tam referre, quid ego aut qua mente fecerim, quam quomodo id uos factū accipiatis. Conscius mihi sum, nihil me sciente deliquisse. et siquid fecerim imprudentia lapsus, corrigi me ac emendari castigatione à uobis facta posse. etc. Liu. dec. v. lib. 2. pag. 766. ante fi. Quę uerba sępissime nobis in reis defendendis usui poterunt esse, cùm maxime rumor et opinio aduersa iudicum animos inuaserit.

Cuniculorū substructio quomodo deprehendatur, ui. ap. Ioui. hi. li. 20. car. ...

Cuniculorū deprehendendorū modus cū æreo clypeo uide ap. Herodot. lib. 4. pag. antipen. ubi de obsidione Barcę à persis facta.

Cura ibi maiore, et diligentia opus est, ubi maiores errores, et plura mala sunt. et ubi indigemus maiore diligentia, et curatione, ibi maiora mala esse iudicandū est. perpendit Macchia. in discurs. li. i. cap. 58. an̄ fi.

De Curatoribus; cum ante non nisi ex lege Lectoria, uel propter lasciuiā, uel propter dementiā darentur; ita statuit Antoninus philos. imp. ut omnes adulti curatores acciperent, non redditis causis. quod siz adulti uel lasciuia uel dementia laborarent. Capit. in eius uita, c. 25.

Curiosus nemo est, inqt uetus sententia, qui non sit maleuolus. Beroal. refert in Aug. cap. 27.

Custodię uel curę alicuius loci, uel rei preępositi, quiete se habere debent: argū eius, quod plu. dicit in uita Thesei, cap. 7. in prin.

Damnũ qui sibi uident aliquod insolitũ fieri, ira, furoreq percitj coguntur ad arma descendere, et dimicare. Archidamus Rex Lacedem. ap. Thucyd. li. 1 car. 79. et 7.° in pi. Tutti coloro (inqt) che innanzi à gli occhi proprij par si uedono qualche insolito danno, sono dall'ira e dallo sdegno commossi, et poca ragione usando, grandamente da l'ira, et dal furore spinti sono sforzati di menare le mani.

Decoctores bonorũ suorũ, si suę autoritatis essent, Catamidiari in amphitheatro, idest risus gratia publice exhiberi, et dimitti iussit Imp. Hadr. Spart. in eius uita, car. 30.

Dedecori homo nobilis ac fortis mortem pręoptat. Liu. ad Aug. apud Dionẽ li. 55. p. 344. Facit illud Thucyd. li. 2. car. 95. 7.° à pericle prolatũ in funebri orat. Et la Vergogna (inquit) accompagnata dalla Viltà (melius credo legatur compagna della Viltà) debbe apportare maggior dolore à l'huomo prudente che la morte insensibile occorsagli con fortezza per isperanza publica.

Defensionis causa aliquid facere dicor etiã si mihi nondũ plaga inferatur dũmodo quis ad eam inferendã se preparet. arg. Demosth. in orat. 3. philip. dicentis. qui ea facit, ac struit, quibus ego affligi possum, is mihi bellũ infert. etiã si nondum plagam inferat, neq iaculum immittat. vi. l. uer. Nec, itai – Facit quod Alexander Dario scripsit. impia bella incipitis, et cum habeatis arma, licitamini hostiũ capita, sicut tu proxime talentis mille tanti exercitus rex percussorẽ in me emere uoluisti. repello igitur bellũ, non infero. Curt. li. 4. c. 17.

Delatores sunt, qui urbem cęteris ciuibus permisti peragrãt singulorũ dicta facta que sagacissime speculantes deinde principi et magistratui cogitationes omniũ sermonesque denunciant. impij homines et dijs inuisi. Huius generis Dion Syracusius in- gressus uirgis cęsos excoriauit. plu. in uita Dionis car. 350. in prin.

Delatores genus hominū publico exitio repertū, et pœnis nunq̄ satis coercitum, per premia eliciebantur sub Tiberio Imp. Tac. li. 4. car. 48. n.º Vide .s. in uer. Accusatoribus.
Galbæ principatu censuerant patres, ut accusatorū causæ noscerentur. id senatusconsultū uarie iactatū est Tac. li. 18. car. 146. Vbi de iudicio contra Anniū Faustū, intentā querela per Vibiū Crispum.
Helu. pertinax imp. Delatores uinctos grauiter puniri iussit, et tn̄ mollius quàm priores imperatores: unicuiq dignitati, si delationis crimen incurrerent, poenam statuens. Capit. in eius uita, car. 70.
Delatores mandatoresq Titus Vespas. assidue in foro fustibus, flagellisq cæsos, ac nouissime traductos per amphitheatri arenam, partim subijci in seruos, ac uenire imperauit, partim in asperrimas insularū auehi. Sueto. in Tito, cap. 8. Dion in Tito. Delatores, inquit, Titus ex Vrbe expulit.
Delatores princeps qui non castigat, irritat. Domitian. ap. Sueto. ca 9. in fi. Delatores Macrinus imp. si non probarent capite affecit, si probarent, delato pecuniæ premio infames dimisit. Capitol. in ei ui. car. 98. n.º Aurelianus imp. quadruplatores, ac delatores ingenti seueritate persecutus est. Vop. in eius uita, car. 212. n.º
Delatoribus frenum positum fuit Decemuirali lege cauente, ne cui deferre quem liceret, nisi si Decemuirū magistri permiserint, et ne possessores bonæ fidei per annos triginta possent turbari [illegible] Demo. c. 39 [illegible]

Delectantia, et placentia totum hominem detinēt: ut nihil aliud agat quum autem alijs rebus uacamus quàm ijs quæ proponuntur; ostendimus, nos non delectari eisdē. Beroal. refert ex Aristo in Sueto. Aug. cap. 45. [illegible]

Delictū [illegible] ante omnia [illegible] non apparuit, non [illegible] quis damnari [illegible] [illegible] [illegible] contra quē magna uoce clamabatur [illegible] [illegible] erat [illegible] [illegible] ciues a patria, ad quā nunq [illegible] et aderant testes, audita ab aliquibus uiatoribus qui dixerant uidisse mortuū [illegible] in [illegible] et quia corpus mortui non [illegible] [illegible] et eius fratrē [illegible] [illegible] inquisitio [illegible] post [illegible] comparuit in [illegible]

Delictū commissū propter liberandū amicū, aut Virum bene meritū aliqua uenia dignum est, præsertim in doctis viris. uti statuit Carolus magnus in Paulo Diacono perduellionis conuicto, à quo P. Aemil. li. ii. car. 43. pº.

Delicta que quis facit ultrò iram et pœnā merentur sed facta per inuitū uenia digna sunt. v. uer. Iniuriā qui facit.

Delictū propter unum quā magnū haud tñ debet quis morti, saltē acerbæ, consumi: sicuti seruauit Alex. impr. in Verconio Turino. Vide omino ap. Spart. in eius uita car. 130. pº. et seq. Laudo (inqt Herodotus li. i. p. 66. morem illū persarū, ne ob unam tm̄ causam liceat uel ipsi Regi occidere quempiā, neq alicui persarū atrocius aliquid in familiam exercere ob unum solū delictū: sed expendere iubetur quisq. si plura ac magna patrarit, atq tum demū iusta utatur indignatione. Cesar sic statuebat stultitie esse non mansuetudinis, eos qui sepius ipsi insidias struxissent conseruare: primi uerò delicti gratiā facere, neq iram implacabilē gerere honoribusq etiā huiusmodi homines afficere: sin autē in sua malicia perseuerassent, è medio eos tollere id sui officij esse. Dio li. 44. p. 163. uer. quatenus ignoscendū — uide .s. uer. Delinquenti

Delictis, seu magnis criminibus siquos obnoxios siue fortuna, siue uoluntate uidebat Trasamundus Vandilorū in Africa Rex, hos non dare preteritorū pœnas, sed premijs muneribus meliorem induere mentem cogebat, ut procop. li. 3. bel. Vandil. pag. 317.

Delinquentibus parcere, res est imperatore maxime digna, vide Dio. sic. li. 3. cap. 7. in fi. pag. 161. 162.

Delictis ne supplicia essent grandiora, Romani ad Valentinianū imp. legatos oratū miserunt. Marcell. li. 28. pag. 403.

Delictorū publicorū Amnestiā decreuit Aurelianus impr. Atheniensiū exemplo Vopiscus in Aurel. car. 212. pº.

Delinquentes qui non castigat irritat. ui. s. in uer. Delatores. eo. li.

Delictū probare et suadere parum differunt. Marcellin. li. 27. pag. 303. quid .n. interest (inquit ex Cicerone) inter suasorem facti, et probatorem? aut quid refert utrum uoluerim fieri an gaudeam factum?

ob Delicta qui pecuniā dat, flagitiū cōmittit: nā ea danda potius ne delinquatur. Ita Tac. de Nerone loquens. li. 14. car. 100.

a omnino, ante omnia [illegible] [illegible] confirmat [illegible] affirmantis [illegible]
hue coniecturas [illegible]
inquisiti [illegible] quis [illegible] suspiciones et indicia [illegible]
ut [illegible] non [illegible]
in mortui et [illegible] 66. [illegible]

Deliciæ ad uirtutem et robur hebetandū in præcellentibus uiris, nihil pollent. Sueto. in Jul. Cæs. cap. 67. ubi Nero.

Derisio hostium fuit quandoq causa excidij deridentiū, exemp. fuerūt Amideni à Cabade Rege persarū obsessi, qui cum obsidionē solueret, et propterea ab Amidenis metu solutis, multis probris ac risu è menibus incesseretur: quin etiā meretrices quędā magno dedecore sublata ueste pudenda ei in contumeliā ostenderent, Magorū adhortatione reuocato exercitu et repetita obsidione, Vrbē cepit. et diripuit cū maxima Amidenorū clade. Vide procop. bel. pers. li. i. p. 233. 234.

Deus ipse causā suā defendit qn pietas humana non potest, ut inquit Justinus imp. quum ad minas Theodorici Regis Ostrogothorū, decretū suū, quo Arrianos toto Oriente exules esse iusserat, induxit. ne furens Ostrogothus rabiem in innoxiā gentē uerteret. p. Aemil. c. 9. n.o 9. H

Ad Deus et fortunā causas eorū quę per industriā, et prudenti ratione facta sunt, referunt illi qui nec occasiones, nec causas, neq dispositiones singulorū uel uitio naturę, uel per inscitiā et socordiā accurate considerare possunt. polyb. li. x. pag. 654. et 658. Vbi hoc reprehendere uidetur polyb.

Deorū sine spe qm multi res graues ac periculosas aggredi non audent, nec paradoxa facile amplectuntur: ideo Lycurgus perpetuo quidem consilijs et legibus suis famam ex pythia contractā adhibens reddebat illa et acceptiora et certiora. publius quoq Scipio multis hāc de se opinionem indidit, quòd propositum suum diuino quodam consilio exequeretur. confidentiores et alacriores ad res arduas obeundas subditos suos reddens. polyb. li. x. pag. 651.

Dijs non esse curę res mortaliū, nec tangi eos misericordia, quę Romę increbuit opinio, et ideo neglectę fuere religiones, Dionys. Halic. li. x. p. 36.

Deos aurū non curare. facit illud Persij. In sanctis quid facit aurum? I. uel. sanctis.

Deorū uoluntatem eam esse existimare nos oportet, quę patrię sit et bene constitutę Reip. Demo. in hist. car. 9. in p.

Dij recto ordine consuluissent, si boni principes ferro inuiolabiles extitissent. Tacitus ap. Vop. in Aurelian., car. 213. p.° et seq. Vbi dicit. quare P.C. uel Deos ipsos iure conuenio qui talem principem (de Aureliano loquitur) interire passi sunt nisi forte secū eum esse maluerunt.

Deorū numen non posse placari arbitrabantur Galli, nisi pro uita hominis, uita hominis redderetur: atq ob eā causā qui erant affecti grauioribus morbis, quiq in prelijs, periculisq uersabantur, aut pro uictima homines immolabant aut se imolaturos uouebant. Cęs. vi bel. gal. car. 67. p. i

Deorū honores, non sunt ab homine recipiendi. Hispania ulterior missis ad senatū legatis orauit, ut, exemplo Asię, delubrū Tiberio Imp. matrię eius extrueret. sed Tiberius pulchra ratione super hoc habita recusauit. Ego me inquit. P.C. mortalem esse, et hominū officia fungi, satisq habere si locum principū impleam, et uos testor et meminisse posteros uolo qui satis superq memorię meę tribuent ut maioribus meis dignū etc. Vide Tac. li. 4. car. 50. quod tn̄ à multis improbatū fuit: optumos qp pe mortaliū altissima cupere etc. videndū ibidē à n.

Diuorū imagines demi è templis iubente Leone Cęsare, Italię populi ab eo defecerūt, et permulti Grecorū inuenti fuerunt qui cruciatus necemq pati mallent, quàm simulacra diuorū non reuerenter in fanis retineri. Pau. Aemil. in pipino, car. 32. p.° Vbi subdit Constantinū imp. Leonis filium non cū signis modò Diuorū, sed cū reliquijs quoq, quas pereq damnabat, atq adeò cū ipsis Diuis bellū gessisse, quorū gratiā precesq nullius pro nobis ponderis esse apud Deum opt. Max. dictitabat, et tn̄ 35. imperauit annis. ui. eundē car. 36. p. et car. 37. Vbi dicit per eius synodū decretū factū, ut qui imagines in templis retinerent, Idolorū cultores uiderentur. sed Stephano pontifice conciliū factū fuit aduersus Grecos Augustos imagines Diuorū pertinaciter damnantes. in quo imaginibus suus seruatus honor. Pau. Aemil. in Car. ma. car. 44.

Dijs persę neq statuas, neq templa, neq aras extruere consueuerant: quinimo hoc facientibus insanię tribuebāt, quia etc. Herod. li. i. pag. 63. 64.

Deos pythagorici nolebant per transitũ adorari, aut orari: sed continuò ex ipsa domo iubebant hominẽs mente ad id paratos pergere. ita et Numa docere ciues existimauit, neq audire quicq̃ rerũ diuinarũ, neq aspicere per desidiã, atq negligentiã, sed uacare à cęteris oportere, mentemq adhibere, perinde ut rei ad pietatem maximæ. ui. multa d hoc, ap. plu. i ui. Numę. c. 27. p. 2. i prin.

Digito aliquem indicans in locis publicis, et spectaculis. puniẽdus est. quod in histriones est statutũ, ad eorũ licentiã compescendã: nãq Augustus pyladem pantomimũ Vrbe, atq Italia summouit, quòd spectatorẽ, à quo exibilabatur, demonstrasset digito, conspicuũq fecisset. Sueto. in Aug. cap. 45. in fi.

Dignitates sunt demandandę non ambientibus, sed inuitis. J. uer. Rempubl.

Discendũ est etiã dum alterũ pedem in sepulchro habemus, more Socratis, qui iam pęnę destinatus, et coniectus in carcerem, rogauit quendam scite carmen stetichori lyrici modulantẽ, ut doceretur id agere dũ liceret: interrogantiq Musico quid ei hoc prodesse posset morituro postridie, respondit, Vt aliquid sciens amplius è uita discedam. Marcell. li. 28. pag. 416.

Disciplina corrupta, etiã siquid prosperi eueniat, Milites puniendi sunt sicuti censuit Auidius. de quo spart. in eius uita, car. 246. n.º

Discrimina inter cives non sunt inducenda. ui. in uer. Ciuiū, ē. li. i.

Diuinandi scientia coarguebatur periuriū apud Scythas, de quo et de pœnis falsorū vaticinum uide apud Her. lib. 4. pag. 281.

Diuinare mortē alicui non licet. hoc est eo ægro, tanq̃ moriturus sit, aliquid componere aut agere. ui. ē. uer. Ominari

Diuinationibus modum præscripsit Augustus, Vatibus interdicendo, ne uel absētibus arbitris, uel corām alijs de morte prædicerent: quanq̃ ipse pro se adeò nihil esset solicitus, ut publicè stellarū constitutionem, sub qua in lucē erat editus, proposuerit. Dion li. 56. pag. 359. porrò Tiberius etsi Thrasyllo assiduè utebatur, ac singulis diebus uaticinia accipiebat, tū re accuratè considerata, cùm aliq̄n per somnū iussus esset cuidam argentū dare, hominē intremuit, quòd intelligebat, sibi per magicam artem dæmonem imissū fuisse: reliquos omnes Astrologos, Magos, aut quicunq̃ alio quopiā modo diuinationes exercerent, exteros necauit: ciues, qui etiamnū neglecto priore edicto, quo prohibitū fuerat usu harū artium omnibus qui in Vrbe essent, tractare huiusmodi res deferrentur, extorres egit: qui uerò destitissent, impunitatem consequebantur. Dio li. 57. p. 375. Larginus proculus publicè prædixit in Germania, Domitianū quo die excessit è uita, mortem obiturum eē. Fuit et alius, qui cùm Domitiano tempus et genus mortis prædixisset, ab eoq̃ uicissim interrogatus, quem exitū uitæ ipse esset habiturus, respondisset, fore ut à canibus dilaniaretur, uiuus exuri iussus est: sed admoto igni, tantus imber aquæ effluxit subitò, ut rogus extingueretur, in quo canes eū dilacerauerunt ꝫ. Apollonius quoq̃ Tyaneus eo ipso die et hora, qua Domitianus occidebatur, cùm in præcelsum saxū Ephesi, siue alibi conscendisset multitudine hominū conuocata dixit, Rectè stephane ꝫ percute homicidam ꝫ uulnerasti, occidisti. quæ etsi plerisq̃ uidentur incredibilia, tū facta sunt inquit Xiphil. è Dio. in Domit. in fi.

Scrobe quadā

Diuites non facile impelluntur ad facinora, quia sibi timent. argº. eorum quę Lampr. in Alex. car. 137. nº. Miles (inqt. Alexandri imp. uerua referens) non timet, nisi uestitus, armatus, calciatus, et satur, et habens aliquid in zonula, idcirco quòd mendicitas militaris in omnem desperationem uocaret armatum.

Diuitiarū ostentationi interdicta, nonnulli diuitias adimi arbitrantur. eas. n. nequaq̄ rebus ad uitā necessarijs sed superuacuis ostentari. Quapropter Aristo philosophus maximè admiratus dicitur homines potius superfluis fortunę bonis, quàm necessarijs ac cómodis beatos sese iudicare. plu. in ui. Cato. sen. car. 149. p 2. in prin. ubi scopę Thessali dictū illiberale refert in amicū petentem quiddā scopę nō nec͠essariū, nec commodū: nam cum repellens dixit superuacuis pręcipue se diuitem, et felicem existimare.

Diuitias, honoresq̄ spreuit Numerianus. ꝗ. uer. Honores.

Diutina licentia, et iniuria, quasi iure, uti non possumus ad retinēdos agros publicos, quinimo abiudicari à nobis debent diutina usurpatione non obstante. sicuti fecit Atilius strabo de agris ab Appione Rege quondā Romanis relictis, contra Cyrenenses, qui eos, uti proximus quisq̄ possessor inuaserat. quę sñia probata fuit à Nerone simꝰ et tn̄ ipse subuenit socijs, et usurpata concessit. et sic exemplum ad utrunq̄ partem sumi potest. Tac. li. 14. car. 100. ṗº.

Dolorem qui patienter ferant difficilius reperiuntur, quàm qui se ultro morti offerant. Cęs. bel. gal. li. 7. car. 96. p. 2. in orat. Critognati Aruerni, qua hortabatur eos qui Alexię obsidebantur ut exemplo Cimbrorū Teutonumq̄, eorum corporibus, qui ętate inutiles ad bellum uiderentur, uitā tolerarent, neq̄ se hostibus traderent.
supra in uer. ex judicijs. et in uer. Fortuna

Dominus. est uerbum maxime superbum et Tyrannicum Vnde Augustus, domini appellationem, ut maledictū, et opprobriū semper exhorruit. quum spectante eo ludos pronunciatū esset à Mimo O dominū equū et bonum: et uniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, statim manu, uultuq indecoras adulationes repressit, et insequenti die grauissime corripuit edicto: dominumq se posthac appellari, ne à liberis quidē aut nepotibus suis, uel serio uel ioco passus est; atq eiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Sueto. in Aug. cap. 53. in prin. Dion li. 55. p. 341. Tiberius quoq imp. acerbe increpuit eos, qui diuinas occupationes, ipsumq dominum dixerant: Vnde angusta et lubrica oratio sub principe, qui libertatem metuebat, adulationem oderat. Tac. li. 2. car. fin. et ui. ibi Alc. in annot. Claudius imp. cum legati parthorū Meherdatem, qui apud eum obses erat in Regē sibi peterēt dari ad Meherdatē ipsū conuersus hoc preceptū addidit. ut non dominationem et seruos, sed Rectorem, et ciues cogitaret. Tac. li. 12. car. 77.
Idem Tac. li. 15. car. 120 n° de Nerone loquens cupiente per aliquem pretextū interficere Vestinū consulem, nec quicq indicij, aut anij inuenientē, Igitur nouus non crimine, non accusatore existente, quia speciem indicij (existimo legendū iudicij) induere non poterat, ad uim dominationis conuersus, Gerelanū tribunū cū cohorte militū immittit, iubetq etc. Galba imp. ad Licinianū pisonem, quem sibi adoptauerat, et Cesarē legerat, loquens, Neq enim, inquit, hic, ut in ceteris gentibus, que regnantur, certa dominorum domus, et ceteri serui: sed imperaturus es hominibus, qui nec totā seruitutem pati possunt, nec totā libertatē. Tac. lib. 17. car. 130. n°. Alexander quoq imp. Dominū se uocari uetuit Lampr. in eius uita, car. iiij. Dion li. 57. p. 371. de Tiberio loquens, Nam neq dnm se inquit à libero homine aut imperatorē nisi à militibus uocari patiebatur, sepius dicens, dominum se seruorum, imperatorē militū, principem ceterorū esse.

Domus plicatilis pictę, atq inauratę, quę in uarias formas distingui atq erigi poterat, exemplū, ui. ap. Joui. hist. lib. 20. Epit.

Domus, in nulla Ciuitate, dirui debent, transferendę ad aliā Vrbem ullius materię causa. ita cauit Hadrianus imp. Spart. in ei. ui. c. 30.

Domo extrahi propter debita publica nemo debet. imo domus unicuiq sua tutū refugium esse debet. quod contigit etiā sub XXX. Tyrannis Athenis: nemini. n. sub eis uita eripiebatur. qui se domi abdidisset. Demosth. in Androt. inuehitur. quod contrariū seruauit in exigendis reip. debitis tributis. vide in orat. eius pag. 164. 165.

Dormientē aliquē repertum esse licet quis probauerit, non tū credere propterea debemus sceleris eum expertem esse. Sane philotas initi consilij in caput Magni Alexandri noxius. adeo graui sopore acquiescebat, ut illū Atarras [illegible] torpentem adhuc occuparit. Curt. li. vi. car. 52. [illegible] tametsi philotas ad repellendā criminis suspicionē, dicat; Vnde et parricidę, et proditori tam alti quies somni? scelerati conscientia obstrepente cum dormire non possint, agitāt eos furię non cogitato modo, sed et consummato parricidio. At mihi securitatē primum innocentia mea [illegible] et [illegible] quasi dicat philotas rem incredibilē esse eum quem somnus oppresserit, alteri insidias struere Curt. car. 77., vide in uer. Homicidij, [illegible] lib. i. [illegible] hist. li. 35. car. 319. 320. [illegible] [illegible] qui Alexandrū Medicē Florentię principē [illegible] meditabatur, pallenti [illegible] uultu et fronte contracta deambulauerat [illegible], cū [illegible] [illegible]

Dotes ita sunt priuilegiatę, ut bona debitorū Fisci, quę dotiū nomine mulieribus debentur, etiā in maximis Fisci difficultatibus uendi non debeant: etiāsi Fideicōmissis tunc tēporis non parcatur. Bemb. hist. li. x. car. 110.

Dotem apud Germanos non uxor marito. sed uxori maritus offert, inquit Tac. li. de Germ. mor. car. 206. cir. prin.

Dotes ex quę ex meretricio sibi acquirunt Lydorum omnes filię. s. uer. Filię.

Dotis nomine quantas pecunias ab uxoribus acceperunt galli uiri, tantas ex suis bonis ęstimatione facta cũ dotibus communicant: huius omnis pecunię coniunctim ratio habetur fructusq; seruantur. uter eorũ uita superarit, ad eum pars utriusq; cũ fructibus superiorũ temporũ peruenit. Cęs. vi. bell. gall. car. 67. p. ½.

Dotis magnę [illegible] opes agnatorũ. Hinc dos magna apud Rom. erat duc. 400 et apud Massilienses [illegible] Florentiae cautũ erat q. nulla dos excederet duc. 100. et Solon et Lycurgus summi Atheniensiũ legislatores legibus suis sanxerũt ne mulieres [illegible] rentur; ut patrimonia et diuitię quę hęredũ sunt [illegible] in masculos, et in familiis con-seruarentur, ut hęc omnia refert Tiber. Decian. in cons. 6. nu. 171. uol. 1. [illegible] bona transferũtur in alienas familias, et sępe in alienas ciuitates ut idem ait ibi.

Duces, quandiu sunt in expeditionibus, non aliter agere debent, quam milites priuati more Marij, Hannibalis, ut et Pescennius faciebat. de quo Spart. in eius uita, car. 255. nº et seq.

Ducum iussa exequi nolens, mortem meretur. quod suo exemplo nos docuit Pęnius Postumus pręfectus castrorũ secundę legionis in Britannia, qui cognitis quartadecimanorũ uicesimanorumq; prosperis rebus, quia pari gloria legionem suã fraudauerat, abnueratq; contra ritũ militię iussa ducis sui Paulini Suetonij, seipsũ gladio transegit. Tac. li. 14. car. 104.

Ducum nomen inuectũ est à Longino Exarcho Rauennę misso à Justino imp. Justiniani successore, qui in Italia suũ cuiq; Vrbi magistratũ dedit, qui Duces uocitabantur. P. Aemil. in Cherib. car. 12. nº 1. Et de Ducibus Comitibusq; uide apud eundẽ car. 15.

[illegible] frequentans, et non [illegible]
[illegible] incipierint; alij [illegible]
[illegible] suspicarentur. et car. 320. [illegible] inquit, principe,
[illegible] et ualde [illegible] patrari [illegible]
[illegible] glorię (liberatę scz. ab se patrię per Tyranni cędem) [illegible] tanto
[illegible]

Eadem ne res sit quę prius erat, vel diuersa, quę paulatim, et secunde mutatis particulis eius. et aliis suffectis, ferè tota nouata sit; ambiguę disceptationis est apud philosophos: et multi eandem esse affirmant, multi quoq diuersam. exemplū autē ipsi ponunt in Thesei quadā ingenti naui: de qua, et cęteris uide plu. in uita Thesei, car. 4. p. 2. ante med.

Episcopis, cęterisq patribus uetusta iā consuetudine Augusti sitionem sacrum annulumq pastoralem dabant, eamq sacrarū dignitatū uestiturā, iura regia appellabāt: contendebantq illa Carolo Magno à pont. Max. Hadriano cum patriciatu et à Leone cum imperio data, etiam penes se esse. gregorius septimus, ac Victor tertius et Vrbanus secundus pont. Maximi Henrico cęsari qui Conrado patri Cęsari successerat, obsistere conati eū etiā execrati fuerāt. Cùm paschalis pont. ipsumet ac Henricus imp. per suos oratores ad Regem Francię philippū i. eac de re disceptantes adiere. Vide p. Aemil. i philip. i pag. 94. et pag. 98. Vbi paschali comprehenso ab Henrico tuuli, i... caput hostis sui corona exornare, ac ius sacrarū uestiturarū dando illi primum induxit. Sed discessu Cęsaris e Roma pontifex habito synodo decretū ui factū irritum. Sed postea Augustus suorū hortatu permotus in gratiā cū pontifice rediit. resq ita composita fuit, utq Vestiturę Ecclesiasticę, baculiq sacri ac annuli dandi iure cessit Augustus: Et Legatus Romanus Cęsarē in gratiā consortionēq piorū recepit, et ius litui dandi ea ratione restituit, ut id priuilegiū principi ac homini datum; ad posteros non ualeret nec exemplo haberetur. idē pag. 98. n°. principe autē primum ac deinde Crasso Regibus, mirū est quantum incrementi res sacrę cęperint. In primis abrogatū est ius Cęsaribus, locupletissima sacerdotia quibus uideretur dandi: quę res multum uirium illorum maiestati detraxit in animis populariū, inquit idē pag. 103.

Equorũ deteriorẽ conditionem dicebat Ludouicus xii. quàm Asinorũ. quippe equos cursu fatigari et disrumpi, ut Asinis sacerdotia, prefecturasq ecclesiasticas è Roma referant, Arn. Ferr. in eius uita car. 43. 7.

In Equis, siue Vehiculis sederi in Ciuitatibus, uetuit M. Antoninus princ. Cap. in eius uita, car. 51.

Error communis facit ius. ꝫ. uer. Acta.

Exemplo magnorũ Antistitum potius quàm imperio, in animis tenuiorũ regendis opus est. p. Aemil. in 3. Lud. pag. 151. in pi. cũ seq.

Exemplo aut impunitate alterius criminis nunq̃ diluitur id quod contrà ac liceat, arguitur factũ. ut dixit Demosth. ꝫ. pert Marull. li. 30. p. 451.

Exitus rerũ, quemadmodũ et deliberationũ humanarũ sunt incerti et fallaces et ideo nobis superueniente ex improuiso aliqua clade, solemus Fortunam accusare. pericles ap. Thucyd. li. i. car. 69. 7°.

Experientia que fit ex cõmemoratione rerũ ab alijs gestarũ, optima est ad uerã uitã institutio: hec.n. duntaxat semoto prorsus omni detrimento, optimos ueri boni iudices perficit. polyb. ẽtẽnter uoc describit in li i. p. 54.

Experientia facta de aliquo in minoribus rebus: si cui ad maiora ei fidamus, documenti nihil dederit: nos cautos facere debet, ne in rebus magni ponderis eius operę quicq̃ cõmittamus. Q. Fab. Max in Liu. Dec. 3. lib. 4. pag. 350. to. eius uero lib. 4. post me.

Factum omne determinatū in et tempus, spatiū et locū, certis occulatio, et certis constitutionibus, deniq refert, per quos, cū quibus et quo pacto fiat ꝫ polybius lib. 9. pag. 625. Vel uide.

Facta optima quę uidentur, ea sępenumero, nisi opportune fiant ingētes afferunt iacturas. polyb. li. 3. p. 199. ubi etiā uidebis quòd omne faciens aliquid, facit propter finem non propter media.

Facta audacia et pręclara appetunt quidem multi, aggrediuntur autē pauci. polyb. li. 17. p. 856.

Facta principū magis attendimus quàm eorum pręcepta minasꝫ ? Vide apud Dio. lib. 52. pag. 299. et 300.

Fama, est quasi aliqua perniciosissima flāma, et commune incendiū: uehemētes ^Cic. pro Cluen. car. 18 p. 2 habet repentinos impetus, spacio interposito, et causa cognita, consenescit, et ut ignis in aquā coniectus continuo restinguitur, et refrigeratur: sic referuens falsum crimen in purissimā et castissimā uitā collatū statim concidit, et extinguitur. idem ~~in orat~~ pro Q. Roscio com. car. 47. 9°.

Sed tn̄, quòd inueterauerat iā fama, et omniū sermone percrebuerat pręclarissimus parens meus, Iacobus Cisterninus, in oratione quam habuit aduersus D. Mariū ex ~~ampullaris~~ consortibus Spilimbergi, hoc in aduersarios bellè retorsit. Retorqueri potest igitur, inquit, in excellentissimū Mariy oratorē, quod ille in nos contorsit: Quemadmodū, aiebat ille, accensus carbo in aquā iniectus statim restinguitur; et quemadmodum aquę limpidę cursus, siquid immundū iniiciatur id protinus dispendit: sic quoqꝫ crimen in probū aliàs uirū coniectū illico restinguitur. Nā si hoc est uerū, ut et nos cupimus esse, sequitur, ut cum obiecta Mario crimina (ponamus ab inimicis, et maleuolis) non tn̄ ab ullius animo fuerint reiecta, sed et admissa, et per totum oppidū diffusa, et ad hanc usqꝫ diem apprimè uigentia; sequitur inquam ut Mariy anteacta uita non pura, et bona, ut dicunt aduersariy; sed et impura, et praua, ut nos dicimus, fuerit existimata: nam si bona, et cōmendabilis fuisset, nūquaqꝫ ut diximus, rumor ille tantas uires, tamqꝫ diuturnā uitam foret adeptus. Verius igitur

equiparabimus scelestã Marij uitã fonti illo, d quo ex plin. dĩtauit poet.
Vn'altra Fonte hà Epiro:
Di cui si scriue, ch'essendo fredd' ella
Ogni spenta facella
Accende, e spegne qual trouasse accesa.
Nam quodcunq frigidũ leueq argumentũ, quo in Mariũ conjecta cri=
mina compingãtur, adiectã tñ eius uitę contemplatione concaluit
et exardet: quodq in primis calidum (ut ita dicam) et graue uide=
retur, addita tñ comparatione turpitudinis ipsius uitę frigidum
et exangue, et leue redderetur.

Fama ad liquidum nunq perducitur. omnia illa tradente maiora ût uero.
Nostra quoq gloria (inquit ad milites Alexander Macedo) cùm sit
ex solido, plus tñ habet nominis quàm operis. Modo quis beluas
offerentes meniũ speciem, quis Hydaspen amnem, quis cętera auditu
maiora quàm uero sustinere posse credebat? Sic Cilicię fauces, sic
Mesopotamię campos, Tygrim et Euphratem quorũ alterũ uado transi=
uimus, alterum ponte, terribilem fecerant persę. Curt. li. 9. c. 125.

Duobus unius diei prælijs ad Dyrrhachiũ factis, Cęsar desiderauit
milites circiter mille. sed latius, inflatiusq multo, quàm res erat
gesta, fama percrebuerat. illum fugere Cęsarem penè omnibus copijs
amissis. Cęs. lib. 3. ciuil. bel. car. 176. p. 2. iuncta car. 174. p. 1.

Fama nihil uanius nihil rumoribus magis mendax in bonos. inqt Funcas
ad pont. apud paul. Aemil. in Lud. xi. car. 236.

Famę non esse credendũ, uti quę conficitur et emittatur à maleuolis, uide
multa ap. p Aemil. ex ore Richardi Anglię Regis in philip. Aug p. 122.

Fama, seu rumor interdũ precedit res gestas. exemplũ apud Marcellinũ circ̃
Siluanũ, qui tempore Constantij imper. ad Agrippinã Coloniã imperium
occupauit. li. xv. pag. 54.

Fama interdũ sine authore oritur, et quasi diuinitus immittitur de rebus
tam procul gestis, ut impossibile sit ab hominibus allatã. sicut tpr̃
Domitiani imp. de morte L Antonij et exercitus eius strage. uide
quęso Sueton. in eius uita, cap. vi. et ibi Beroal. et Sabell.
Et p. Aemil. in phil. Valer. car. 190. n°. Fama etiã incerto authore
sua sponte et nata et accepta h.

Famę non esse credendũ [illegible] Tertullian in Apologetico ap. [illegible] Natura inqt famę [illegible] nihil nomi
[illegible] ama [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quia plerũq mendax [illegible]

quidē cum aliquid ueri affert, sine mendacij uitio est, detrahens, adjiciens, [illegible] mutans de ueritate: quid? quòd ea illi conditio est, ut non nisi cū mentitur perueniat et tamdiu uiuit quamdiu non probat: nā ubi probauit cessat esse q̃ ~~Xet~~ fama ~~est nisi~~ incerti est, ~~et~~ locum nō habet ubi certū est: ideo famæ nemo credit nisi inconsideratus, quia sapiens non credit incerto

Famę constanti, et multorū annorū rumoribus non temerè fides deroganda ut inqt Ludouicus VIII. ap. P. Aemil. li. 7. p. 140. Nā ut ibi dicit Famę vox est testimoniū mortaliū, quo res humanę imperiaq; constant.

Famę fides habenda est, si uerū est illud quod ex Hesiodo refert Demosth. in orat. de fal. legat. pag. 53. Quam, inqt, populi sermo celebrat creber irrita nunq̃ Fama cadit penitus: quędam Dea cùm sit et ipsa.

Fama recenti de aliquo suspecto scelere, non debent Rei pati se capi sed procul abesse debent. ui. j. in uer. Rumoribus –

Famę contemptu contemnuntur uirtutes. Tac. li. 4. car. 50. nº

Familię appellatione serui propriè continentur. Beroal. et Sabell. in Sueto li. i. ca. x.

Famulo ministranti mensęq; adstanti hiscere, uel loqui, uel spuere non licet apud Persas. Marcell. li. 23. pag. 303.

Fatum ineuitabile. uide exempla sup̃ in hoc uerbo, et aliud ap. Tac. li. 14. c. 3. quę est 99. Hunc sui finē (inquit) multos ante annos crediderat Agrippina contempseratq;. nam consulenti super Nerone responderunt Chaldęi, fore ut imperaret, matremq; occideret: atq; illa, occidat, inqt, dū imperet. Quę fato manent, seu superstant, quamuis significata, non uitantur, idest non possunt uitari. Tac. li. 17. car. 131. Ubi de adoptione pisonis Liciniani. Septimius Seuerus cùm in quadā Ciuitate Africana solicitus mathematicū consuluisset, positaq; hora, ingentia uidisset, astrologus dixit ei, Tuam, nō alienā pone genituram, cùmq; Seuerus iurasset suam esse, omnia ei dixit, quę postea facta sunt. Capit. in Seuero, car. 79. His diebus quibus Diadumenianus natus est, Mathematici accepta eius genitura exclamauerunt et ipsū filiū imperatoris esse, et ipsū imperatorem. Capit. in eius ui. c. 101. nº. Multas de Fato ueterū sententias lege apud Beroal. in com. Apul. car. 21. Trasibulus

Mathematicus dixit Alexandro imp. necessitatē esse, ut Gladio Barbarico
periret. quod et contigit: nam et gladio barbarico, et scurrę barbari
manu perijt. Lampr. in eo. car. 141. et 2°. Vide apud Iouiū hist
sui tpis lib. 38. car. 326. Vbi dicit. prędixerē Alexandri Medicis
ducis Florentię cędem, et Cosmi imperiū Ariolus quidam Grecus.
illi non modo cędē. sed certū quoq percussorem indicans qui esset ipsi
intimus, habitu gracili uulticulo buxeo, et suspensa taciturnitate
ferè cęteris in aula insociabilis: Et Iuuenis perusinus minister
à Dapibus, nomine Horatius quum febre torqueretur ex Vite
omnino. Nam ibi in fin. concludit, non semper de futuris uanam
esse diuinationem. Gordiano quoq seniori Mathematicus quidam
et eius filio diem. et genus mortis et loca, quibus essent perituri
obstinata constantię ueritate prędixit. Capitol. in Gordiano car. 164.
Aureliani imp. mater sciuit fatalia. Spart. in Aureliano c. 199.
Druyas quędā ad Diocletianū dixit, imperator eris cum Aprū occideris.
atq ita secutū est. Vop. in Numer. car. 238. 2°. philiscus ap. Dione
lib. 38. Ciceronē exulem consolans dixit, quale fatum uitę nostrę curri-
culo destinatū, talem nostram quoq uitā esse necessum est. atq hęc
ita sunt siue nos uolimus, siue nolimus. et ibi Ciceroni prędixit
mortis eius genus. pag. 46. 48. uer. Voluntas necessitati accomodāda.
et uer. prędicit Cicer. exitiū. Cęsari insidias et Vates denūciauerant,
et insomnia, et omina: et tū ille qua die moriundū ei prędictum
fuerat, tanq omnino moriundū esset, omnia contempsit, tanq uere
sit ineuitabile fatum, uide omnino Dion. li. 44. pag. 153.
Hadrianus imp.r adeo fuit peritus Matheseos, ut omniū dierum usq ad
horam mortis cunctos futuros actus ante perscripserit. Spart in
Aelio Vero. car. 242. 2°. Sed de ineuitabilitate Fati sensit et
M. Aur. philos. ad Faustinā uxorem de Auid. Cassio rescribens
quod si diuinitus ei debebatur imperiū, non potuissent eū interficere,
etiāsi uoluissent: scis. n. (inqt) proaui tui dictū. successorē suū nullus
occidit. Spart. in Auidio, car. 245. 2°. Sortem autē fato destinatam

defugere. Deo quoq est impossibile ut inqt pythia ad legatos Cresi (quod tn de Deo Apolline intelligendum, cuius Dei illa uates erat) sed tn idem Deus fata differre per aliquod tempus potest, sicuti fatum captiuitatis Cresi triennium distulit. Herodotus lib. i. pag. 43. 44. Et de psamitico Aegyptioru Rege, uide ap. Herod. li. 2. p. 160. cu sqq. et de polycrate samio li. 3. p. 203. Vbi dicit non posse prestare hominem, ut alteru homini fato impendenti liberet. Vide Herod. li. v. p. 373. Vbi de ortu Cypseli Corinthij Labde, et Eetionis filij quem propter certum oraculu Bacchiadae iusserant interfici. nec factum est fato inhibente: na necesse erat singa ex Eetionis stirpe germinari Corintho perniciem. Et Herodotu li. 7. pag 453. cu sqq. usq ad 456. ubi de Xerxis et Artabanis somnio &c Vbi uidebis quod fatale sit euenire, id non posse ullo consilio diuerti. Quidquid ex Deo fieri oportet, id homini ineuitabile est: nam ne credibilia quidem dicentibus credere quisq uult. verba quidam ad Thersandru ap. Herod. lib. 9. p. 603. in princ. Vide de Constantia Rogerij Siculi Regis filia. que cecinerit Ioachinus Abba uir fatidicus ap. paul. Aemil. in phil. Aug. pag. 115. Vide ap. eundem pag. 186. n°. de Roberto Rege predicente ex mathematicis artibus cladem imminentem philippo Francie Regi ab Eduardo Rege Anglo que et postea fuit illata. Alemanice Vates predixerant Bulthino Francoru pretecto ne quoda die prelium iniperent contra Narsetem, quia id si fecissent, scirent omnes ad internicionem interituros, prout et sequutu est cum ille spreto uaticinio prelium commisisset. Agath. lib. 2. p. 412. cu sqq. Althemenes Catrei filius Cretensiu Regis, cum oraculum de quibusda sciscitaretur, responsu tulit in fatis esse, ut pater ab eo interficeretur. euitare fata cupiens sponte adijt Rhodum, ubi tandem fatorum ui urgente que superari nequit noctu patrem in insulam appulsum, orta inter suos et incolas rixa, iaculo inscius occidit. qua ex re dolore percitus, hominu consortia fugiens, dolore consumptus expirauit. Diod. li. vi. p 455 456. cap. 13

Fato Rempublica regi &c Vopiscus in Caro in princ. Sed et Ioachinus Abba ad Richardu Anglie, philippu Francie Reges euentu belli sacri prenoscendi

cupidos productus, ituros eos, sed parum profecturos respondit, quòd nondum diram beluam sua fata appeterent, nec terrę sanctę recipiendę dies illuxisset. P. Aemil. pag. 118.

Fato non sunt omnia tribuenda presertim bella sm Agath. li. i. pag. 388. nam si Fortuna (inquit) in omnibus superaret, demereturq mortalibus arbitrari et uelle, profecto instructiones omnes et artes disciplinasq vanas et plane inutiles indicaremus. deperderetur et euanesceret infructuosaq foret spes recte uiuentium.

Fatū uincitur principis potestate, uel fit. ut quidā opinātur. Marcell. li. xvii. pag. 126.

Fatū hominis uitare non possunt, etiāsi preuiderint inquit Flau. Joseph. de bel. iudaico lib. 7. cap. 12 in fi. et ut animatiū, ita operiū locisq inilutabile est, ait idem cap. x. ad fin. eod. lib. 7.

Febribus quartanis, tertianisue depellendis, qui remedia collo annexa gestant, damnantur, ut seruatū fuit sub imp. Caracalla. Spart. in eius uita, car. 90. 2º.

Felicitas nihil aliud est, quam honestarū rerū prosperitas, vel Fortuna adiutrix consiliorum bonorum: quibus qui non utitur, felix nullo pacto esse potest. Marcell. ex Cicerone li. 21. pag. 236.

Felix non est dicendus quisq dum uiuit adhuc, quantumuis magnis opibus polleat; sicuti Crœso dixit Solon. refert plu. in uita sola. ubi etiam habebis, qua in re

Felicitas consistat et multa pulchra de felicitate. dum narratur congressus et colloquium Solonis cū Crœso. car. 37. in prin. cū fi. prec. Herodotus li. i. tum alibi, tum pag. 40. 41.

Felicitas nulla molestię est expers, siue fortuna id accidat, siue inuidia deorū, siue necessitate naturę. plu. in ui. Marij, car. 216. p. 1. in fi. cū prin. seq. et uide Sueto. in Aug. cap. 65. in prin. et ibi Bero. Non procul à ueritate antiquū puto prouerbiū (inqt Cosroes Rex persarū ad legatos Antiochenos) quòd non pura Deus bona sed malis semper aliquibus admixta prebet hominibus, neq risum sine fletu

habemus, rebusq[ue] secundas semper calamitas quædam subsequitur, ac uoluptati tristitia comitatur. deniq[ue] legitima synceraq[ue] felicitate frui nusq[ue] datur. procop. belli pers. li. 2. pag. 281.

Felix nemo hominu[m] usq[ue] adeo est cui etia[m] in breui uita, non crebro nedu[m] semel subeat animo moriendi uoluntas potiusq[ue] uiuendi: nam incidentes calamitates et morbi uita[m] perturbant, efficiuntq[ue] ut cum breuis sit ta[men] perlonga uideatur. Herod. li. 7. pag. 466.

Felicitatem ueram et solidam ne res humanæ dare posse uideantur, Numini uisu[m]. pau. Aemil. in Car. mag. car. 45.

Felicitatis diuturnitas libidinem negligentiamq[ue] numinis importare solet. pau. Aem. in Chilp. 2. pag. 25. in prin.

Felicitati non est quid tribuendu[m] ubi boni consilij et constantis animi rationem uidemus. felicitati aute[m] intelligo .i. bonæ fortunæ. plu. in uita pau. Aem. car. 155. post prin.

Felicitatem suam omnes mortales non tam rebus secundis sentiunt quam malis conflictati eam desiderant. Dion li. 56. p. 367. in prin.

Felicitas ex improuiso et repente contingens Ciuitatibus sæpe solet in insolentia[m] conuerti: quæ aute[m] ex ratione prouenit, semper fere stabilior est illa quæ præter omne[m] expectatione[m] obuenit. Cleon apud Thucyd. li. 3. car. 146. 7°.

Felicitas reddit homines ad regendum difficillimos illos inquam quibus ipsa felicitas et prospera fortuna adest. plu. ex sent. plato. in uita Luculli, car. 1. p. 2. in prin. nam neq[ue] cuiusq[ue] datu[m] est corpori, multam intemperantia[m] integra posse perferre: neq[ue] animo uulgari in magna bonoru[m] omniu[m] ubertate a rationis usu non deuiare. ibid. car. 242. p. 2. ad m.

Fortunato insipiente nihil est intolerabilius. Arn. Ferr. in Lud. xii. c. 48. A.

Feriaru[m] diebus in honore[m] dei institutaru[m]. non sunt accusationes exercendæ. Calpurnius Saluianus propterea quod feriaru[m] Latinaru[m] diebus præfectu[m] Vrbis Drusu[m] auspicandi gratia tribunal ingressu[m] adijt in sextu[m] Mariu[m], a Tiberio Cæsare palam increpitus, et subinde in exiliu[m] missus fuit. Tac. li. 4. car. 50.

Ferrariam obtinent Atestini beneficiario iure à pontificibus, et pro ea certū auri pondus tributi nomine pendunt. Iou. in Alf. Atest. c. 14.

Feuda quod etiā ad feminas transeant, qñ non supersunt masculi, probatur sententia Caroli. V. Imp. quum Montisferrati imperiū Federico Gonzagę adiudicauit qui sororem Bonifacij Marchionis Montisferrati demortui uxorem habebat, reiectis Salusso, et Sabaudio. Iovi. li. hist. 38. in prin.

Feudalium bonorū uiribus quęsita per Feudatariū testamento relinqui alijs non possunt, quo prętextu Ludouicus Sfortia Dux Mediolani dicens à Ioan. Galeatio Vicecomite acquisitam Pisarū vrbem pecunijs et militia Ducatus Mediolani, ab eo relinqui non potuisse Gabrielli Marię filio naturali, Guicciard. li. 2. car. 73. 7º. 74.

Ficta cito in suam recidunt naturam. ui. s. in uer. simulatio.

Fictę traditioni rei alicuius ficta pretij pensio satisfacit. facit autē ad hoc Bocchoris Regis iudiciū inter Theognidem meretricem, siue amicam, et adolescentem quendā, eius amore depereuntem. de quo uide omnino plu. in ui. Demetrii, car. 387. p. 1. in fi cū prin. seq. et Eras. in prouer. in uer. Bocchyris. ubi rem dignā risu uidebis.

Fideicommisso subiecta bona propter Fisci credita, seu propter pecuniam fisco debitam, in Fisci difficultatibus, uendenda sunt, sicuti factū fuit Venetijs ex senatus iussu tpe belli Maximiliani. et Aloisij Regis Gallorū. Bemb. hist. lib. x. uel xi. car. 158.

Fides, est res sacra per quam ciuitatibus contingit securitas, ap. Dionys. Halic. li. vi. pag. 577.

~~Fidem etiã~~ indignus seruasse, memoratur Augustus. inter cetera Corotam quendã latrocinijs in Hispania uigentem primum in tanta ira habuit

Fidem non seruare, principe, Reipublicaq; indignissimũ est. Florentini ap. Guicc. li. i. car. 32.

Fidem seu promissa persoluit, qui omnia expertus est, ut posset persoluere. pau. Aemil. in Clod. i. car. 7. n° i. k.

Fidei dandę apud Nasamones consuetudo hęc erat. De manu alterius sumpto inuicem poculo uterq; bibebat. Quod si ... Herod. li. 4. p. 322.

Fides (uulgo creditũ uocatur) occasio est rei faciendę (idest diuitiarum parandarũ) omnium maxima inquit Demosth. orat. pro phormione, pag. 59.

6. Fines suos qui tueri non possunt, neq; uerum est alienos occupare posse. sicuti Germanorũ legatis respondit Caesar bel. Gal. lib. 4. c. 37. 1438

a Filia, siue filius ex ea preferetur in successione Regni sorori defuncti Regis, siue filio ex sorore. Mathildis Henrici Anglorũ Regis filia defuncto patri succedere se ęquum censebat, ut rem Anglicã maior filius Henricus nondũ pueritię annos supergressus cum adolesceret, regendã susciperet se interea tutrice: contra tendebat Stephanus Blesensis ex sorore eiusdem Henrici Regis susceptus et ex improuiso Regni inuasit. Sed postea captus à Mathilde ... Ludouici iunioris Regis Francię auxilijs, et tñ redintegrato per filiũ bello ultro citroq; amicis propinquisq; comeantibus fędus ictũ his legibus ut Stephanus dimitteretur ac omni deinceps uita regnaret: defuncto succederet Henricus: Gulielmus uero Stephani filius certis in Anglia Normaniaq; oppidis ipse sobolesq; potiretur. pau. Aemil. in Lud. iun. c. 104. 105. Vbi paullus tenet, ut sup posui ... uocasse Henricum puerum ad Regnũ.

Filia preffertur nepoti ex filio prędefuncto in successione patris secundũ iudiciũ philippi pulchri Francorũ Regis qui comitatũ Atrebatiũ Othoni Burgundię comiti, quòd is in matrimonio haberet Mathildem comitis Roberti filiã, attribuit, reclamante adolescentulo Roberto, eiusdem Roberti ex philippo filio ante obitũ patris defuncto, nepote. p. Aemil. pag. 170. H.

Filiam admitti debere ad hęreditatem patris mortui absq filio suadetur autoritate diuini iuris in Numeris dicentis. Homo cum mortuus fuerit absq filio, ad filiam eius transiebit hereditas p. Aemil. in Car. pul. pag. 181. Etiã in comitatus, ut idem p. Aemil. in phil. pul. car. 170. nº. ui. e uer. Atrebatiũ.

Filia ex pellice nata nunquid in regnũ, uel principatũ debeat succedere, mortuo Rege sine masculis: uel potius soror legitima Regis: et an ius competens huic sorori, possit per adoptionẽ extranei tolli; magna est contentio inter Imperatorẽ Carolũ 5. et Regem Gallorũ; fuitq cũ magno certamine: tñ uictus fuit, et captus Rex Gallorũ. De hoc ui. Macchia. in libello, quem inscribit, ritratti di Francia, pag. pen.

Filię Lydorum omnes meretricantur. atq hoc nimirũ quęstu tantisper dotem colligunt, dum nubiles ipsas se elocent. Herod. li. 1. pag. 45. 46.

Filię non cuiuis dandę nuptui. sed ijs quorum mores, uirilitatẽ, iracundiam et eruditionem diu explorauerimus more Clisthenis Sicyonis Tyranni in locanda Agarista filia sua. Herodotus li. vi. pag. 436. et 437. Et ijs, quos ipsę sibi delegerint. Vnde propter hoc fuit commendatus Callias, Herod. li. vi. p. 434.

Filiarum filij ac deinceps apud Anglos ad ius Regni auiti, sępe a maiorũ uocati sunt, licet fęminę ipsę non uocarentur. p. Aemil pag. 181. nº. Nunc autẽ uideo etiã fęminas ipsas regnare.

Filius ex maiore fratre an præferatur fratri minori et patruo suo in successione regni, contentio fuit inter Joannem, et Arcturũ Britanniæ Ducem mortuo Richardo Angliæ Rege sed Joannes patruus bello potior fuit, et Regnum Angliæ obtinuit uide p. Aemil. in philip. Aug. pag. 124. 125. sed tñ de iure filius potior est. Itaq. Ludouicus Niuernensis Comes morte Roberti Comitis, quòd ipse ex maximo natu filio ante obitũ patris defuncto nepos esset mota à patruo de Comitatu Flandriæ controuersia, iudicio patrũ parisiensiũ causa cognita. ab Rege Carolo pulchro iure Comitatus Flandriæ in fidem receptus fuit. et sic præpositus patruo. p. Aemil. pag. 179. 2°.

Filij natu maximi antiquissimo instituto domum regio imperio gubernabãt. Aristot. li. polit. 1. cap. 1. in fi. attamen Deus inungi uoluit Dauid minimũ filiorũ Isai Vide li. Reg. 1. cap. 16. persarum lex ętate maiorem ad Regni successionẽ uocabat. procop. bel. pers. li. 1. p. 238. Vbi de Cabade persarũ Rege, qui præferre uolebat Cosroem minorẽ natu et legi et naturę repugnante.

Filijs, natura, et legibus tam persarum quàm Romanorũ paternę res debentur, et filij bonorũ patris successores existunt. procop. bel. pers. lib. 1. pag. 239. in persona procli.

Filius legitimus, si præter bonũ et ęquum aliquid committat, hanc ipsam ob causam dignus sane obiurgationis ac reprehensionis sit: attamen neq. pro alieno habendus, neq. hereditatis expertem licet hęc fecerit, ęquum est ut eum appellemus. quòd si seruus aut nothus ea quę ad illum lege non ueniant, disperdat, ac dissipet, dij immortales quanto grauius est facinus, quantoq. maiore dignum iracundia, homines clamauerint. Demosth. orat. 3. philip.

Filius ex pellice natus, si præteritur in testamento à patre; et alius instituatur regni heres pura filia legitima, uel eius maritus: testamentum rumpitur: et nihilominus regnũ deuenit in filium ex pellice natum. licet diu de hoc Angli pugnauerint cũ Gallis. tñ Angli uisi sunt tandem cessisse. Vide Macchia. in retractis (ut ipse nuncupat) Galliæ in fi. et quòd spurius succedat in regnũ probatur etiã ex uerbis plu. in ui. Rom. cap. 13. in fi. ubi ait. postea uero quàm auus Numitor Albę è uita cõcessit,

regnū ad eum (de Romulo autē loquitur; qui spurius fuit, (ut in eiusdem uita, in prin. et apud Liu.) hereditatis iure delatum est, popularem &c.

Filius siquid deliquerit, ut patris mandato obediret, ignoscendū est, etiā in atrocibus. ut Tiberius censuit in personā M. pisonis inquit. n. Tac. li. 3. car. 33. post quę Tiberius adulescentem crimine ciuilis belli purgauit: patris quippe iussa, nec potuisse filium detrectare.

Filij quanta debeat esse reuerentia in patrē docuit nos Antiochus, qui captus amore nouercę suę Stratonices, nequid in patrē efficeret, sibi ipsi mortē consciscere statuerat, abstinendo à cibis. licet ei pater non cesserit pietate, qui uxorem propriā ei concessit. ui. pulchrā historiā, ap. plu. in ui. Demetrij, car. 390. p. i. cir. fi. et per to

Filius uitā patris suę proprię antehabuit apud Dion. lib. 51. in prin. Vbi Aquilij Flori pater et filius. cūm alter tantum, in quem sors incidisset mori à Cęsare iussus esset. uterq periit: nam et filius priusq sortiretur, se percussori prębuit ultro, et pater dolore rei permotus, sibiipsi necem intulit.

Filij lege antiqua pelargica nuncupata, tenebantur parentes senes renutricare. ui. T. li. i. uer. parentes

Filiū, lege sanxit Solon haud patri necessaria uitę subsidia pbere, à quo nullā artem accepisset. item Filij qui e meretricibus nati essent parentes alere non tenebantur: qui. n. in congressione ac cōmercio mulieris decorum non seruat, is facile declarat, se non liberorū gratia ad eam rem impelli. sed uoluptati potius indulgere. itaq mercede se priuat nec sibi ius parentis in liberos reliquū facit, quibus ipsa procreatione dedecus, et ignominiā attulit plu. in ui. Solo. car. 35. p. 2. post prin. et ad med.

Filij in patrem amoris exemplū fuit Talebuti filius qui cūm fugere posset e prelio, et à patre suaderetur, mortem, occumbente patre, uitę fugeq prętulit. Pau. Aemil. in Car. vii. car. 227. n°. 1.

Filius patris necem ulcisci tenetur, v. verbo Vlcisci.
Filiū patris accusatorem et calumniatorē quis credat? et tū Tiberij Imp. tpe Vibius Serenus à filio suo maiestatis accusatus, et postulatus fuit. Tac. lib. 4. car. 48. n.º
Filius Meroueus à patre suo deficiens interfici ab eo iussus est. p. Aemil. car. 14. et seq.
Filij in patrem impietatis et ingratitudinis mirę exemplū edidit Henricus Cęsar in Henricum Augustū patrem suum, à quo Cesar designatus filius desciuit. ut p. Aemil. in Ludou. Crasso, pag. 96. Egnat li. 3. in Henrico. iii. ubi dicit patrē à filio captū carceris pędore obijsse. et ab Henrico Anglię Rege Henricus filius. p. Aemil. in Lud. iun. pag. 111. Orodes parthorū Rex à filio phraate occisus fuit. Dion li. 49. pag. 250. Adoqundubades persa à filio suo Varamo, seu Varrano, accusatus, seu delatus Cosroi persarū Regi fuit de occultato Cabade Zamę filio, et propterea mortis eius causa fuit. procop. bel. pers. li. i. p. 261. 262. pharnaces Mitridatem patrem interemit. Dion li. 37. p. 22.
Filij in patrem crudelitatis exemplū est Antoninus Caracalla qui patrē suum conatus est interficere. Dion in Seuero, pag. 601. Amida Tuneti Rex, qui patrem Muleassem Regno eiectū, et inde prelio captū occęcauit, constupratis etiā prius eius concubinis. Joui. hi.st. li. 44. car. 468. Muleasses quoq ipse patrem suum ex ualetudine conualescentē medicata potione traditur enecasse. Joui. hist. li. 33. car. 209. Sigicertus rex Agrippinensiū à filio proprio fuit occisus. paul. Aemil. car. 9. 3. Geldubensem Ducem senem adolescens filius in ordinem redegerat, iurāq popularibus dabat, quum Carolus Burgundię Dux adolescente pulso imperium seni restituit, et ab eo ob id meritū hęres institutus fuit exhęrede filio. pau. Aemil. in Lud. xi. car. 237. n.º K.
Filiorū in patres nullā fidem fuisse tpe proscriptionis Triumuiralis, inquit Vell. paterc. à c. 240. in fi. ut. Dio. li. 47. p. 201. uer. filiorum.
Filiorū duorū in patrem coniurationis exemplū uide ap. p. Aemil. li. 3. p. 53. Vbi Lotarius et pipinus arma contra Ludouicū pium Aug. patrē suum Caroli mag. filium tulerunt. et ei imperium abrogarant.

Filij in patrem odiũ ob necem matris, uide in Lycophrone filio Periandri Corinthi ap. Herodotũ li. 3. pag. 207. 208.

Filiorũ idest Cleobis, et Bitonis, in matrem pietatem, qui iugũ currus subierunt, ut matrem cupientem ad sacrificia ueherent. uide ap. plu. in ui. Solo. car. 37. in prin. Herod. in li. i. p. 13.

Filiorũ impietatem in matres asserere poterimus Neronis exemplo, qui matrem Agrippinã, cuius artibus imperiũ assecutus erat, tam necandã curauit, vide Tac. li. 14. in prin. per tres cartas.

Filiorũ ferociam antiqui coercebant abdicatione, idest priuando eos bonis paternis, et ex familia amouendo. Beroal. refert in Suet. Aug. cap. 65. quod tñ suffecisse non uidetur ad cõpescendã iuuentutis uesaniam, moresq; praefractos: quapropter apud graecos saepe indecora multa in parentes committebant liberi. Romulus autẽ omnem ut ita dicam potestatem patri dedit in filiũ, idq; toto uitae tempore siue in carcerem eum mittere, siue flagris caedere, siue necare libuisset, siue uendere: si tñ pater filio concessisset uxorem ducere patri postea nullum erat ius uendendi filium ex lege Numae. Vide multa de his ap. Dionys. Halic. li. ii. p. 160. 161. 162.

Filios in mercatu nundabant populi Thraces. Herod. li. 5. p. 336. i pri.

Filios plures procreare magnus honos apud persas habebatur: et illi qui quamplurimos filios edidisset Rex tanq̃ strenuum quidpiam praestitisset, singulis annis munera mittebat. Herod. li. i. pag. 65. 66.

Filios plures habens praeferebatur seniori pauciores liberos habenti. Sueto. in Ju. Cae. cap. 20. ubi Beroal.

Filios tres habens apud antiquos Ro. uacationũ priuilegio donatus erat. Sueto. in Ju. Cae. cap. 20. ubi Beroal. et lege Lacedam. qui tres filios habebat, immunis erat à custodia: qui uerò quatuor ab omnibus oneribus. Beroal. ex Aristo. in Sueto. Tib. cap. 47. ijs qui multos liberos procreassent, praemia proposuit Caesar Dio li. 43. pag. 140. uer. liber multis

Filius non est æquandus patri suo, licet filius summus uir sit, donec ei non sit filius, qualem ipsum met pater reliquit. Cresi dictũ ad Cambysem ap. Herod. li. 3. p. 199. quo mire delectatus fuit Cambyses.

Filio in maiori magistratu existenti, pater inferiorem magistratũ gerens se submittere et ei cedere debet. itaq cum Q. Fab. Max. filio eiusdẽ nominis consuli legatus ad Suessulam iret et filius obuiã progrederetur, lictores uerecundia maiestatis patriæ taciti anteibant non submouentes patrem: præter undecim fasces equo præuectus senex, ut consul animaduertere proximũ lictorem iussit et is ut descenderet ex equo, inclamauit: tum demum desiliens Experiri (inquit) uolui fili, satin' scires consulem te esse. Liu. dec. 3. li. 4. pag. 367. ante fi. multo magis si pater sit priuatus, ut in GN. Seruilio patre, et C. Lutatio patruo ex seruitute receptis à GN. Seruilio filio est uidere. qui filiũ consulem in medio utriusq incedentem prosecuti sunt Romam. Liu. dec. 3. li. x. pag. 507. i prin. nam patriæ gloria parentibus et liberis præferenda: et satis est patri, si filium paterno iure habeat subditũ: magistratu autẽ se et legibus demissiorem gerere debet. ut Fabij Max. proauus existimauit et fecit. plu. in ui. Fab. max. car fi. quæ est 92. p. 2. cir. prin. Et propterea cum haud procul Theatro Marcelli effigiem Diuo Augusto Julia eius relicta dicasset, et Tiberij imp. filij sui nomen postscripsisset suo, id Tiberius credebatur, ut inferius maiestate principis graui, et dissimulata offensione abdidisse. Tac. li. 3. car. 41. uide .ĩ. in Magistr.

Filij pessimi nascuntur sepe ex optimis patribus. ut ex M. Antonino philosophus Commodus de quo Capit. c. 48. 17° licet quidã uerisimiliter dixerint eum fuisse natũ non ex Antonino sed ex adultero ut ibidẽ. et ex Caro Carinus, ut de eis Vop. in uita utriusq. ex Odenato Herodes. Spart. in Oden. car. 275. et idem contigit in Vitellio imp. qui matre optima natus fuit. Egnat. in Vitell. car. 300

Filios bonos nasci é malis patribus. aut malos é bonis natura non fert. uide. ∫. é parentibus probis

Filiũ bonũ et utilem nemo propé magnorũ uirorũ reliquit. deniq aut sine liberis uiri magni interierunt aut tales habuerunt pleriq ut melius fuerit de rebus humanis sine posteritate discedere. de quo exempla non pauca adducit Iul. Cap. in seuero, car. 86. n°. et 87. Vnde illud Heroum filij noxę.

Filios pati non debent patres á uilibus hominibus institui. aut uerberari. sicuti censuit Cato sen. de quo plu. i eius ui. car. 150. in prin. et uide. ∫. in uer. Vxorẽ.

Filiũ in puerili ętate publico in conspectu patris assistere, turpe ducunt Galli. et ideo suos liberos, nisi cũm adoleuerint, ut munus militię sustinere possint, palám ad se adire non patiuntur. Cęs. li. vi. bel. gal. car. 67. p. 2.

Filiũ Helu. pertinacis pertinacẽ senatus Rom. Cęsarem appellarat. sed Helu. recipi noluit. dicens. tunc habitur illa dignitas. cũm filius meus meruerit. Capit. in eius ui. car. 70. Carus quoq statuerat Constãtiũ in locũ Carini filij sui sibi subrogare, et filiũ occidere ob malos mores. Vopisc. in carino c. 239. et 240. Vide uerba Metij Falconij apud Vopiscũ in Tacito car. 219. et n°. quę mira sunt ad hoc propositũ, et referunt exempla aliorum impp.

Nam quod dicis (inquit ad Faustinã Aurel. imp. apud Spart in Auidio c. 245. n°.) liberis meis cauendũ esse morte Auidij. plané liberi mei pereant, si magis amari merebitur Auidius. q̃ illi eq

Filij qui in eũdem principis conspirarit, mors non est flenda. quare Tiberio Imp°. necata fuit anus Vitia Fusij Gemini mater, quod filij necem fleuisset. Tac. li. v. car. 60. n°.

Filiorũ gratia multa condonantur parentibus. ui. ∫. in uer. parentũ

Filios iniquũ est portare iniquitatem patrum. ui. multa de hoc ap Beroal. ref. in Sueto. Nero. cap. 36. ∫. Regũ filios.

Filios Romani liberabant à pœna, quocunq patres crimine deliquissent, siue filios parricidarũ siue proditorũ siue aliorũ. licet Sylla hunc morem non seruarit in filijs proscriptorũ. Beroal. in Sueto. li. i. cap. 41. Justinianus autẽ in liberis Hypatij ac pompei seruauit uetustum morem, ut proc. bel. pers li. i. pag. 266. uide Diony. Hali. li. 8. pag. 188. 189. ubi de Cassij filijs. ex eo inquit tempore usq ad nostram ætatem mos hic Romę seruatus est, ut parentũ peccata impune sint liberis, siue illi Tyranni siue parricidę fuerint siue proditores.

Filijs Regũ rebellium restituebant persę regnũ paternũ. ī. Regũ filios.

Filius non debet pati pœnã ex delicto materno, ui. ī. uer. mulierum, et uer. partus —

Filij, sunt quędã pignora amoris inter coniuges. Beroal. ap. Suet. in Tyb. ca. 7.

Filium suum non agnoscentem fœminam dubia utrinq argumentorũ fide, Claudius princeps ad confessionem fœminam compulit, indicto matrimonio iuuenis. Sueto. in Claud. cap. 15.

Fiscum, lienem uocabat Traianus imperator quòd eo crescente reliqui artus tabescerent. Eutrop. li. rer. Rom. xi. pag. 148.

Fisci principis procuratores, seu Rationales Alex. etiamsi boni fuissent dicebat malum necessariũ appellans. Lampr. in eo. car. 135. n°.

Fisci debitoribus antiqua Venetorũ lege magistratus mandari nullus poterat: quandoq tñ ea lex remissa fuit, ut in Thoma Zeno. uide Bem. hist. li. v. car. 69.

Fisco in caussis compendij nunq̃ iudicans fauit M. Antoninus imp. Et delationes, quibus Fiscus augeretur contempsit. Capit. car 45 et 46.

Flere mortem propinquorũ humanũ est. Vide .s. in uer Affectus.

Florentia, Justiniani Imp. tpe paruũ Thusciæ oppidum erat. Agath. li. i. pag. 396.

Florentini populi ea est natura, ut nullis beneficijs pacari, aut obstringi possit. hoc et cętera de eiusce populi natura, ui. apud Ioui. hist. li. 25. car. 22.

Flumen quò est tranquilliũ, interdũ latent profundiores aquę. uetus dictũ in taciturnos usurpatũ à Lud. XII. in Carolum Borboniũ ap. Arn. Ferr. car. 49. B.

Fœminę quòd nullo modo succedant in Regnũ Francię, nec earũ filij, licet in Anglia filij earũ succedãt uide late ap. p. Aemil. in phil. Val. pag. 181 182.

Fęminę excludebantur à locupletibus hereditatibus per legem Voconiã latã à Romanis, dum erant liberi. Eadem postea Urbi Roma tunc cum ueteribus institutis repudiatis perire cępit, cũ legem non agnouit: nec Augusti Latini, grę͡ciue Justinianus repetiuere: memores fęminarũ beneficio nonnulli se ad imperium peruenisse. pau. Aemil. in philip. Vales. car. 181. n.º K.

Fęminis probrosis Domitianus imper. inter cętera, ius capiendi legata, hereditatesq́ ademit. Sueto. in Dom. cap. 8.

Fęminę sexũ suũ agnoscere, intraq́ illũ sese continere, nec iura gentibus dicere debent, ut diuino iure sancitũ est. p. Aemil. p. 181. n.º

Fęminã signis Romanis presidere, insuetum erat apud Romanos. quod Tac. innuit lib. 12. car. 81. ubi de Agrippina loquitur. et Feminas ascendere suggestũ imperatorii et cũ eo presidere non licebat licet imperatoris mater esset, et demorti Imp. relicta uxor. propterea cum eadem Agrippina pararet id facere, Seneca monuit Neroni matri occurreret. ita specie pietatis obuiã itum dedecori. Tac. li. 13. pag. 2.

Feminæ sunt sine consilio: ideoque Mineruam fingunt, absque matre natam. etc.
Beroal. in Sueto. Calig. cap. 25.

Feminas antiqui Romani nullam ne priuatam quidem rem agere sine autore uoluerunt: in manu esse parentum, fratrum, uirorum. Cato ap. Liu. Dec. 4. lib. 4. pag. 2. ad med.

Feminæ, secundum platonem exercendæ sunt uirilibus exercitationibus, atque bellicis. de hac materia, ui. Beroal. ref. in Sueto. Domit. cap. 3.

Feminarum plerasque fatidicas, et augescente superstitione arbitrabantur Deas Germani uetere apud eos more. sic Tac. dum loquitur de Velleda eorum Virgine, lib. 20. car. 191. et 192.

Feminarum ductu bellare, Britannis mos antiquus erat Tac. li. 14. car. 103. n.o Vbi de Boodicea.

Feminæ Liguris miram constantiam in celando filio quem abdiderat ne raperetur à militibus, uide apud Tac. li. 18. car. 146. n.o nam per tormenta est passa se enecari potiusquam cum propalaret.

Feminæ sunt parua re mobiles. Vide exemplum in pontia ap. Tac li. 13. c. 94. n.o

Feminæ nil potest esse grauius. quàm priuari concubitu, in quo summum bonum collocauit. Beroal. in Sueto. Calig. ca. 25. Vbi etiam refert quòd Feminæ auidiores sunt coitus æstiuo tempore: uiri uerò hyberno.

Feminæ, quæ cum iumento coiuerint, mori debent. refert Beroal. ex Deuteron. ubi nonnulla de feminis, quæ præ libidine boues concupierint. ap. Sueto. Nero. cap. 12.

Feminas rapere ex. s. uerbo Rapere.

Foenerator apud Romanos condemnabatur quadrupli, cùm fur tantùm dupli. Beroal. refert in Sueto. Calig. ca. 41.

Feneratorem Cato æquiparauit homicidæ. uide de hoc. et alia multa ap. Beroal. ref. in Sueto. Vespas. ca. 1

Fortunę mutabilitas quanta sit, et .5. lib. i. in hoc uerbo satis edocui.
et uide in uer. Mendicitate. et Arn. Ferr. in Car. viii. in fi. primi li.
ubi de ruina domus Regu Neapolis. et in Lud. xii. car. 32. ubi
de Ludouico Sfortia duce Mediolani captiuo, et Marcellinu li. 14.
ubi de Cęsare Gallo, et alijs compluribus in fi dicti li. 14. et Diony=
sius Sicilię Tirannus memorabile prębuit exemplu. ui. plu. in
ui. Timoleo. car. 162. p. i. et seq. Diod. Bibl. li. 16. pag. 931.
et Nicias de quo plu. in eius ui. car. 217. p. 2. Sed quod maius
exemplu M. Crasso? ui. plu. in ei. ui. car. 266. par. 2. ad med.
maximu quoq documentu dedit pompeius magnus post conflictu
in pharsalia. ui. quęso plu. in eius ui. car. 292. p. 2. post prin.
et Velleiu patere. li. 2. car. 236. ubi dicit, Hic post tres cosulatus
sanctissimi ac pręstantissimi viri eq fuit exitus, intantu in illo uiro
a se discordante fortuna, ut cui modo ad uictoria terra defuerat,
deesset ad sepulturam. Vide de Artabano Rege parthoru. et de
Tiridate ap. Tac. li. v. car. 64. no 65. 66. 67. et de Mithridate
Rege Armenię ap. eunde car. 82. 83. et antea ubi de Messalina
Imperatrice li. xi. ad fi. et car. 83. no Vbi de Zenobia Radamisti
Armenię Regis coniuge miro casu, quem omnino uideto. Vnde
Menelaus apud Sophoclem Voluitur assidua mea fortuna rota,
atq statim permutat ueluti luna faciem quę duabus noctibus
nunq retinet unam atq eandem formam. plu. in Demetrio, car
393. p. i. et Cleander quoq est testis, de quo Herodia. li. i. c. 29.
et pompeius mag. de quo Sueto. et Beroal. ibi in li. i. cap. 35.
et Julius (si bene memini) Medices Cardinalis, de quo Jaui. in
Alf. Ateste. car. 37. et Haurazmus Bassa, de quo Joui. hist. li. 33
car. 216. usq in fi. liu. et in Valeriano imp. de quo Egnatius car
308. et in Romano Diogen. imperatore Constantinop. deuicto
a Belzethe Reghe Turcaru, de quo Collen. li. i. car. 22. et in
Baiazete Rege Turcaru uicto a Tamerlane Reghe Scytharu. de quo

Collen. li. i. car. 23. nº. et 24. et pau. Aemil. in car. vi. car. 216. nº.
quos locos uideto quia sunt similes exemplo Valeriani capti à Sapore.
Napus quoque Turrianus Mediolanensium princeps, magna præditus potentia
et septies hostium uictor tandem ab Othone Vicecomite et coniuratis
ad decimum Vicum agri Mediolanensis prælio uictus et captus, à Simone
Locarnate Comensi quem antea captiuum ipse Napus in cauea ferrea
tanquam feram per septennium clausum habuerat, pœna talionis affectus
in fabrefactam cancellatis trabibus caueam coniectus, in Baradello
arce Comensis Vrbis post annum unum menses septem et dies 23.
mortuus est, fœda illuuie, et enatis subinde pediculis consumptus:
adeo acerbe per totum illud tempus custoditus, ut ei neque cultelli
neque forfices concederentur, quibus sibi mortem consciscere posset
Vnde illi ad deformitatem prælongi ungues promissa cæsaries et
illuuie turpis barba prouenerat. Ioui. in Othone pag. 26. 27. 31.
Gulielmus quoque Montisferrati Regulus, et magnus belli dux eque ad
Mediolanensium principatum aspirans, Derthonensi Episcopo necato, cum
in Alexandrinorum manus ex insidijs captus deuenisset, apud eos ferra-
ta in cauea, atrocibus corporis atque animi tormentis excruciatus
interijt. Iou. in Othone ad finem. Galeacius quoque Vicecomes Medio-
lanensium princeps à fratre criminatus apud Ludouicum Bauarum Cæsarem,
captus et coniectus in carcerem tetrum à se fabrefactum paulo ante
et uocatum furnum à depressa testudine, ut primus experiretur carce-
rem, quem aduersarum partium captiuis ad pœnam parauerat. Iou. in
Galeac. i. car. 82. et seq.

Fortunæ mutabilitatem uide in plautiano ap. Dio. in Seuero. pag. 597. 598.
Itaque plautianus nostra memoria omnium hominum potentissimus, quem magis
quàm ipsum principem metuebant omnes, quique spe, etc.

Fortunæ uarietatem miram uide in Ioanne Cappadoce olim inter patritios Romanos
potentissimo, et præfecto prætorio Iustiniani imp. et quoque consule, qui ad tantam
inopiam postremo redactus fuit, ut stipem ab obuijs mendicare cogeretur. procop.
bel. pers. li. i. in fine.

Fortunę mutabilitatē cernere fuit in M. Lepido iiiviro reip. constituendę, qui inflatus amplius 20. Legionū numero, quibus pręerat, paulo post et à militibus, et à fortuna desertus, pullo uelatus amiculo inter ultimā confluentiū ad Cęsarē Aug. turbā latens, genibus eius aduolutus est. Vell. patere. li. 2. car. 245. p.º
Vide Herodotū li. 1. pag. 3. ubi dicit, humanā felicitatē nequaquam in eodē tenore persistere – et pag. 96. Vbi dicit rerū humanarū circum esse, qui rotatus, semper eosdē fortunatos esse non sinat imo cui semper fortuna fauere uidetur, huic malū aliquod impendet. ui. F. li. 1. hoc ipso uerbo. ubi de polycrate Samio, et de Amasi
Et de Fortuna quòd ea quę à fortuna geruntur inevitabilia sunt et incerta, et quòd nemo propter rerū successum insolescere debeat, sed cuncta exrectare, quę hominibus accidere possunt magnum exemplū dedit Achęus de quo poly. 6. li. 8. p.º 600. 601. maiorem pompeius magnus, de quo Dio. li. 42. pag 115. 116. uer. Magni pomp. interitus. Ita Fortuna utraque uires suas in longioris uitę Regibus ostendere mortalibus pręclarum ducit: et qui tuces nullā nisi secundam experti sunt, iuuenes ferè fato functi sunt. pau. Aemil. in Car. Mag. car. 45.
quod repetit in Carolo Andegauensi Rege Siciliç. pag. 159. 6. et apud eundē in philip. pulchro. pag. 164. Vbi de Vgolino Gerardesco, qui ex summa felicitate in tantam calamitatem subito ab inimicis coniectus est, ut in Turri cū filijs et Nepotibus fame perierit. et ui. magnā Fortunę uolubilitatē ap. Agath. li. 4. p. 485 486. 487.
Fortuna plerumque eos, quos plurimis beneficijs ornauit, ad duriorem casum reseruat. Hirc. inter Com Cęs. de bel. Alex. li. 4. car. 101 p. 1
Fortunę casus eò minus experiendi sunt, quò quis sępius felix fuit, et eos secundos adeptus est. more Cęsaris, de quo Sueto. in ui. Jul. Cę. cap. 60. maxime quod nequaquam tantū acquisituri uictoria sumus quantū amissuri calamitate, ut ibid.

Fortuna amat uarietatē, et est inimica iustitię. Vop. in Caro. c.235. et ṗ.

Fortunā tuā pressis manibus tene: lubrica est, nec inuita teneri pot. uerba sunt Legatorū Scytharū ad Alexandrū magnū apud Curt. car. 97. p.2. li.7. Vbi etiā dicunt, quòd

Fortuna est sine pedibus, quę manus et pinnas tantum habet cùm manus porrigit pinnas quoq comprehendere non sinit.

Fortunę uis in omnibus actionibus maxima est, maior in rebus bellicis inęstimabilis, infinitaq in prelijs. uide Guicciard. lib.2. c.106. et li.3. car.136. ṗ. Vbi de casu Oddorū perusinorū. Fortuna plurimum potest cum in reliquis rebus, tum pręcipue in bello, paruisq momentis magnas rerum cōmutationes efficit inquit Cęs. lib.3. ciuil. bel. pag. 173.

Fortuna sępe leuissimo momento eos, quorū res sunt afflictę, in integrum restituit. quare omnem de rebus nostris spem proijcere non debemus sed benè semper in rebus aduersis sperare. Dion lib.42. in princ.

Fortune magno cuiq ac forti uiro aduersanti nihil plus tribuendum potestatis existimo (inquit plu. in ui. phocio. in prin.) quàm ut inuidiā possit pro laude, pro debita gratia odium comparare. Vnde in ui. Dionis in prin. dicit quòd prudentię ac iustitię cū potestate comitem oportet esse fortunā, quo pulchritudinem pariter, ac magnitudinē ciuiles suscipiant actiones.

Fortunam sui cuiq mores conciliant plu imo Cor. Nep. in ui. Attici, car. 442. p.i. post med. Quò igitur hęc spectat oratio? nimirum huc ut intelligatis, ac planè uideatis. secundam fortunam in uigilantia uobis esse positam, aduersam in secordia. inqt Demosth. phil.i. car.i. ex pau. Man.

Fortuna secunda, seu res secundę acrioribus stimulis animum explorant quàm aduersę: quia miserię tolerantur, felicitate corrumpimur. Tac. lib.17. car.130.

In Fortuna multū momenti est, ac ea potiùs sola in omnibus mortaliū rebus dominatur. Ego tn̄, si optio mihi detur, nostre Vrbis fortunā (modo uos ipsi

uel paululū officio fungi uelletis) fortunę Philippi anteferrem. multo .n. plures uobis occasiones ad diuinā beneuolentiā obtinendā inesse uideo, quàm illi. Verum sedemus, opinor, ociosi. neq; uero fas est, ut qui ipse ignauus est, uel amicos aliquid agere sua causa iubeat, nedum deos immortales. Demosth. i orat. 2. Olynth. pag. 8.
Vnde colligere licet,
Fortunā, et uoluntatē Dei seu propitiā gratiā pro eodē ab autore accipi.
Fortunā solum numen prębet, in rebus potissimū bellicis. P. Aemil. li. 3. pag. 49. B.

Francus Gallica lingua dicitur, quem latinè liberū, siue immunem uocamus. Pau. Aemil. in Lud. xi. c. 233. A.
Francorū Regibus prerogatiua quędam singularis à Deo concessa est, strumis et scrophulis medendi. Arn. Fer. in Fr.co Val. c. 120. n.o 1.
Francū amicum habeas, finitimū non habeas, canere solebat Nicephorus Augustus. P. Aemil. li. 3. pag. 49. et u.o

Frangipanes inter principes Vrbis Romę Viros connumerantur ab Abbate Vspergensi tempore Federici Regis Siculi imperatoris. P. Aem in D. Ludouico, pag. 143. H.

Fratri maiori natu regnū deberi Annibal à duobus fratribus Gallis de regno inter se certantibus electus arbiter iudicauit. Liu. Dec. 3. li. i. pag. 280. cir. fi. et ui. F. in uer. Filius. lib. i. imo etiam si ex pellice Regis ortus sit non etiā ex iusta matrefamilias uidetur tn̄ ad eum debere iure gentiū regnū deuolui post obitū patris, ut asserebat Perseus Philippi ex pellice ortus; nec abnuebat Demi:

trius eius frater ex iusta tn̄ matrefamilias natus: ut patet ap. Liu. Dec. 4. lib. 9. pag. añpen. in fi. iuncta pag. 717. ante me. post prin. et pag. seq. inter prin. et med. li. x. et pag. 720. in prin. licet dici possit, modestię causa Demetriū, et permulcendę irę paternę, fraternęq; id confessus esse. et nunc quidē apud Gallos hoc seruatur. ut principatus deferantur primogenitis: reliqui uero fratres subsint illis. licet contrariū sit in Germania, et in plerisq; locis Italię; ut testatur Mathia. in Retractis (quę uocat) Francię. et ui. ē. in uer. filia, et in uer. filius. et Lycurgus polydectę fratri, quia maior natu, reliquit imperium. quinimo. et post decti mortue, eius posthumo filio regnū asseruatū tradidit; cūm tn̄ ab eius matre, sez posthumi inuitaretur ad tollendū uentrem, quo cū ipsa coniunctus regnaret. ui. plu. in ui. Lycurgi. car. i. p. i. in fi. Joui. Hist. li. 33. car. 208. et 215. et 224. Defuncto Anaxandrida cūm Lacedemonij Cleomenē ex lege, quòd maximus natu esset creassent Regem Dorieus indigne id tulit ex Hero. li. 5. p. 350. Et quòd primigenius ex lege Lacedemonū succederet Regno, uide eundem Herod. li. vi. pag. 406. vbi de Eurysthene, et quomodo ex duobus geminis primogenius cognitus fuerit obseruata occulto matre nomine Argia, siue Aegina utrum prius lauaret, cibaretq;. et quòd apud persas eadem esset lex, uide Herodotū li. vii in princ. vbi de Darij Regis persarū liberis Artabazane, et Xerxe prętendentibus sibi deberi imperium, illo quidē, quòd liberorū omniū maximus natu foret isto quòd natus esset è Dario iam Rege, et persarū imperiū obtinente. cùm tn̄ natus esset è Dario adhuc priuato: et uidebis, quòd Artabazanes natus fuisset è Dario adhuc priuato: et uidebis, quòd Artabazanes natus fuisset è Dario adhuc priuato, quum quidem eum prędocuerat Xerxes hac ratione prelatus fuit, quum quidem eum prędocuerat Demaratus Lacedemonū olim Rex qui dicebat idipsum etiā Spartę seruari. Nata hęc eadem controuersia post mortem Mahumetis Turcarū imp. inter Pazaitem stirpis maximum patre nondum imperatore et Zizimum eodē iura dante natū, in qua pazaites bello superior fuit. Pau. Æmil. in Lud. xi. car. 242. B. primogenito Regnū, et hereditas tota consuetudine antiquissima quę hodieq; durat. apud Danos, et pleraq; prouincias

illius regionis dabatur. Collen. li. i. car. 16. nº. Vbi d Normannis. Francos quoq primogenitis primas maiestatis partes semper dedisse testatur pau. Aemil. car. 12. nº. F. Orodes Rex parthorū uiuus adhuc regnū phraati filiorū ętate maximo tradidit. Dio. li. 49. pag. 249.

Fratri maiori natu imperiū deberi, non autē minori licet nato ex patre iam imperatore, Martis iudicio comprobatū fuit tpe Ludouici Transmarini Francorū Regis, ut narrat p. Aemil. in eius uita, car. 62. Nam mortuo Henrico Cęsare, successerat Otho filius in nomen imperij. sed Henricus Othonis frater quām=plurimis fautoribus usurpare cępit ius imperij asserentibus Henricū Henrico Cęsare procreatū, Othonem in nullā imperij spem ex eodem patre nondū Cęsare designato genitū. sed bello conflato. et Henricus et omnes eius fautores diuersis infortunijs male pessundati sunt, et Otho superauit. uide apud eum.

Robertus Richardū tertiū Normannię Ducem fratrē suum maiorē, consensu populariū, iudicioq supremo patris, ac legibus, et more patrię rerum potitū bello persecutus, procerū armis captus, in custodiāq coniectus fuit, licet à fratre Duce magis piè, quam ex usu dimissus fuerit. Richardus. n. uirtute capto fratre, misericordiaq dimisso, et uita donato, ab eodem fratre ueneno sublatus fuit. p. Aemil. in Henr. i. p. 65. Robertus tū Normannorū Dux, qui Normannia Gulielmo fratri Anglorū Regi oppigneratam sacrū ad bellū profectus fuerat, et mortuo fratre repudiato Hierosolymitano Regno, spe fraterni Regni domū regressus Normanniā facile recuperauerat, in Angliā transgressus, ultro utrinq commeantibus cōmunibus amicis, ne funestū inter fratres prelīū fieret, in conditiones descendit, ut Henrico fratri, qui patre natu Rege fuisset, regnū Anglicū, ac quem Constantiensē comitatū illi addixerat, relinqueret, reliqua Normannia contentus, cuius patre, sed omnino Duce creatus. p. Aemil. in Ludou. Crasso, pag. 96.

Fratris maioris demortui filius, siue Nepos ex filio maiore predefuncto (quod idem est) non deterioris iuris est ad aui Regis regnū obtinendū quàm filius minor superstes. uti quidā persuasere Bernardo Italię Regi filio pipini filij Caroli magni, incitantes eum ad Frācię regnū inuadendū contra Ludouicū pium aug. eius patruū. qui tn̄ Bernardus uixdū Alpibus superatis captus et luminibus orbatus dolore contabuit. pau. Aemil. li. 3. pag. 53. Alphonsus Rex Castulonensis pretulit Santiū filiū suū minorem Nepotibus suis ex Ferrando filio maiore predefuncto, tametsi D. Ludouico Frācię Regi locandi filiā suam Blanchā dicto Ferrando cauerat nuncupandis conditionibus, ut si Ferrandus ante obitū patris moreretur, superstite etiamnū minore fratre soboles tn̄ Ferrandi sibi postea decedenti in Regnū succederet. p. Aemil. in phil. D. Lud. fi. pag. 155. Vbi dicit hoc ius ambiguū esse, vtri ad hereditatem legibus uocitur[?] Idem in philippo Val. p. 189. ponit hęc uerba. Qui controuersum causaq dubia, utrum patrui an Fratrū filij ad res imperiaq obtinendā uocandi sint, ingentiū toto terrarū orbe motuū origo extitit. Et dicit quod Robertus Claudi Sicilię Regis filius tertius natus exclusit à Regno Sicilię Carolū Hungarię Regē filium Martelli fratris sui maximi natu: sed postea nullis masculis superstitibus, sed tantum duabus Neptibus ex Carolo filio suo, cui superfuit, animi conscientia et religione permotus, ut ad stirpē Martelli rediret regnū quo eam fraudasse uideri posset, Joannā maiorē collocauit Andreę Caroli Hungari Regis minori filio, ad se in spem hereditatis euocato: quem tn̄ anno post Ludouicus philippi Claudi Regis filij quarti natu filius, se potiorem ac propiorē esse ratus, qui nepos Claudi Regis defuncto sine uirili sobole Roberto in opes succederet auitas, quàm pronepos Hungarus foret cum faucibus compressis necandū curauit. Filio Eduardo Regis Eduardi Angli filio mortuo, insequēti anno Eduardus pater decessit. Ricardus Eduardi iuuenis filius, duodecim ānos natus, auo Eduardo Regi, qui moriens ita iusserat successit nulla mota à patruis clarissimis ducibus cōtrouersia. p. Aem. in Car. sap. p. 199.

Fratres preponunt filios suos natos ex concubinis fratribus suis legitimis et naturalibus, exemplũ in Roberto Duce Normannię, qui heredẽ in ducatu et successorẽ suum instituit Gulielmum filium nothũ. ui. p. Aemil. in Henrico. i. pag. 66. ui. s. uer Naturales filij.

Fratrũ in fratres crudelitatis exemplũ magnũ prębuit Muleasses Tunetis Rex. qui duodeuiginti fratres suos per insidias interfecit, quibusdã ex eis pręusto oculo occęcatis. Joui. hist. li. 33. car. 205. et 208. Eandem fraternę sęuitię iniuriam tulere Nasasar et Abdalas, qui ab Amida fratre pręlio capti imaniter obcęcati fuerunt. Joui. hist. li. 44. car. 468. Atq̃ itẽ M. Lepidus iiivir, qui paulũ fratrem suum proscripsit. Nec planco gratia defuit ad impetrandũ ut frater eius plancus plotius proscriberetur. etc. Vell. pater. car. 241. in prin. Fratrũ .n. discordię apud ueteres sunt notę. Tac. li. 13. car. 89. uide. s. in uer Regn. Phraates Rex parthorũ ab Orode patre adhuc uiuo constitutus fratres suos dolo necauit, etc. Dio li. 49. pag. 249. Titanes quoq̃ Cęli filij Hyperionem fratrem, prolis inuidia moti, unà cũ eius filijs communi consilio obtruncarunt. Diod. Sic. li. 4. pag. 263.

Fratris in fratrẽ ingratitudinis et sęuitię exemplũ prębuit Alexis in Isaciũ fratrem suum imp. Constantinopolit. ui. s. uer. Ingratitud.

Fratrũ sęua odia et bella ui. ap. p. Aemil. li. 3. pag. 55. Vbi de Carolo Caluo, Ludouico, et Lotario Rege Italię, fratribus inter se de Regno Francię certantibus, qui fuere filij Ludouici pij Aug. filij Caroli magni. Cũm nunciaretur Ludouico xi. Regis Castulonensis minorem fratrem decessisse, Francus Rex exclamauit, felicem morte fratris Castulonensem. p. Aemil. in Lud. xi. c. 236.

Fratrem in fratrem armare et committere esse indignũ, car. 7. ij i. K. apud pau. Aemil.

Fratrũ quatuor miram diuersitatem uid. ap. pau. Aemil. in Child. 3. pag. 30. Vbi de Carolomanno et Martello 2

Fratris in fratrē pietas est omnino laude digna. itaq ubiq extollitur illud Scipionis Aphri. qui Lucio fratri, ne ei Lęlius preferretur; multo excellentior ipse, et natu maior legatū se futurum contra Antiochū sponte professus est, et fuit. plu. in ui. Scipio. Aphri. c. 124. in fi.

Fratris uirtus et honor, in alterū quoq fratrē redundat. i. alteri quoq fratri glorię est. plu. in ui. Cato. sen. car. 149. in prin. sicut et infamia alterius in alterū reflectitur. vnde Cato in contumeliā Aphricani L. Scipioni eius fratri equum ademisse dicitur. plu. ibid. in fi. p. i.

Fratres ad concordiā adhortari poterimus philippi Regis uerbis, quibus persea, et Demetriū filios suos ad eandem adhortatus est. apud Liu. Dec. 4. lib. x. pag. 716. ad med. et quibus Stratius medicus Attalum dhortatur à petenda partitione regni contra maiorem fratrē Eumenē. uide Liu. Dec. 5. lib. 5. p. 815. in fi. cū seq.

Fratres duo in bello ciuili inter Syllā et Marium, alter ex pompij exercitu qui Syllę partes tuebatur. alter ex Cinnę, qui Marij: ignorantes concurrerunt: et cùm uictor mortuū spoliaret, agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogo ei extructo ipse supra rogū se transfodit. et eodē igni consumptus est. L. Flo. in Epit. lib. 79. refert Tac. li. 19. car. 171. Vbi aliud contrariū exemplū exponit de quodā gregario equite, qui occisū à se proxima acie (scz Cremonensi, in qua Flauiani contra Vitellianos pugnarant uictoresq fuerant) fratrem suū professus, premiū à Ducibus petijt. Nec illis, inquit, aut honorare eam cędem ius hominū, aut ulcisci ratio belli permittebat. Distulerunt tanq maiora meritū quàm quę statim exoluerent.

Fratris delicta, alterius fratris lacrymis quandoq sunt condonanda: sicuti Cęsar Dumnorigem Heduū, qui seditiosa atq improba oratione Heduos deterruerat ne frumentū conferrent quod prestare sibi debebant Diuiciaci fratris uoluntati, ac precibus condonauit. Cęs. bel. Gal. li. i. car. 6. 7.

Fratris Relicta potest in matrimoniū duci ex dispensatione pontificis: sicuti Julius pont. Max. censuit: q̄ dispensauit cum Henrico Britanniæ Regi, ut uxorem duceret Catherinā Ferdinandi Catholici filiam, et matertera Caroli .v. imp. quæ Arturi fratris dicti Henrici fuerat uxor: et licet Thomas Eboracensis Cardinalis diceret, id non potuisse fieri: tn̄ Clemens pon. Max. uoluit id coniugiū ratū esse, et dimitti Annam Boleniā, quæ, dimissa Catherina, superducta fuerat ab Henrico. Joui. hist. li. 31. car. 179.

Frons quibus est lata, ij mente moueri faciles sunt: quibus magna, segnes: quibus parua, mobiles, quibus rotunda iracundi. Beroal. in Sueto. Calig. ca. 50.

Fumos, siue euentus uendens quomodo sit puniendus, nos docuit Alex. imp. in supplicio Vetronij Turini apud Spart. in eius uita, car. 130. et seq. Vbi uide. in foro transitorio ad stipitē illū ligari præcepit et, fumo apposito, quē ex stipulis ac humidis lignis fieri iusserat, necauit, præcone dicente, Fumo punitur, qui uendidit fumum

Funera Gallorū sunt pro cultu magnifica et sumptuosa, omniaq̃ quæ uiuis cordi fuisse arbitrantur, in ignem inferunt, etiā animalia: ac paulo supra hanc memoriā serui et clientes, quos ab ijs dilectos esse constabat, iustis funeribus confectis, unà cremabantur, inquit Cæs. bel. gal. lib. 6. car. 68. p. i.

Fungorū esu P. Atilius Rufus et Atilia Beronica eius uxor, utraq;

Fungorum esu P. Attilius Rufus, et Actilia Beronica eius uxor, uterq annorum .24. eadem hora ambo mortui sunt: Vt ex antiqua inscriptione percipitur, de qua Lalius com. Reip. Ro. li. 3. car. 421. cap. 18. dicens eam esse inter Baias et Auersam.

Fures tollebantur in crucem apud antiquos. Lampr. in Alex. seu. c. 128. Lex tn̄ apud solos Aegyptios priuatim hec erat: Iubebant, eos qui furari uolebant, nomen suum apud principem sacerdotū scribere, atq euestigio furtū ad eum deferre. similiter quibus res furto erepta erat, apud eundem rei sublatę tempus, diem, et horā scribere tenebantur. Hoc modo facili inuento furto, qui rem amisisset, quarta mulctabatur parte, quę daretur furi. Satius Lator esse legis duxit, cum impossibile esset furta prohiberi, potius alicuius portionis, quàm totius rei amissę homines iacturā pati. Diod. Sic. li. 2. pag. 104.

Furta leuiū rerū, non sunt atrociter uindicanda. Alfonsus qui, proposito edicto, minatus esset, laqueo puniturū quicunq proprias ipsius principis uenationis et aucupij uoluptates intercipere ausi essent, eo tn̄ humanitatis temperamento usus est, ut eius edicti seueritate in speciem tantum uteretur; quum atrocis malefi[c]ij quosdam damnatos, falso apposito titulo ad deterrendos rusticanos homines, in furca suspendi iuberet. appensis scilicet ad collū fa[sci]anis, ut in eo prędę furto apprehensi uulgò crederentur. Iou. in ui. Alf. An[...]. pag. 58. Aurelianus tn̄ uolebat, ut etiā milites à furtis seu rapinis leuissimarū rerū se continerent. Vopis. in Aurel. car. 200. n°. Pescennius Niger ob unius Gallinacei direptionē decem commanipulones, qui raptū ab uno comederant, securi percuti iussit, et fecisset, nisi ab omni exercitu propè usq ad metū seditionis esset rogatus. et cum pepercisset, iussit, ut denorum Gallinaceorū pretia prouinciali redderent decem, qui simul furto cōsenserāt &c. Spart. in Nigro, c. 255.

Fures prouinciales repetundarū, ac peculatus Reos Aurelianus imp. ingentioribus supplicijs, cruciatibusq puniuit. Vop. in Aur. c. 212. in f.

Fures Alexander Imp. iudicari iussit, in Ciuitatibus ubis nunq̃ uideri, et si essent uisi, deportari per Rectores prouinciarũ. Lampr. in eius uita, car. 123. et 4º. cũ seq. Per preconem edixit, ut nemo salutaret principem, qui se furem esse nosset, ne aliq̃n detectus capitali supplicio iudicaretur. Lampr. in Alex. seu. c. 124. Fures soli de paupertate conqueruntur, dum uolunt scelera uitę suę tegere, dicebat idẽ Alex. ibidẽ, addens sententiã de furibus notam, qua scz fures utuntur. qui multa rapuerit pauca suffragatoribus dederit, saluus erit. idem c. 127. 4º. seuerissimus iudex contra fures fuit, appellans eosdem quotidianorũ scelerũ reos, et damnans acerrime, ac solos hostes, inimicosq̃ Reip. uocans. et ui. supra Fures toll.

Fures unicuiq̃ propria autoritate in carcerem abducere licebat lege Solonis: sed abducens mille drachmis periclitabatur si non probasset furtum: Vel Nouemuiris indicare, ut ipsi id facerent. uel accusare, uel apud Arbitrũ furti agere, uel apud eundem accusare, uel deferre. Vide Demosth. in Androtionẽ. pag. 161.

Fures domestici lege antiquitus apud Venetos instituta pęna multo leuiore plectebantur, quàm ij qui eandẽ domum non incolerent: qua ex re fiebat, uti aucta seruorũ, et inquilinorũ audacia omnibus pene in domibus furta exercerentur. Vnde maioribus in comitijs lex est perlata, ut eadẽ esset in seruos, reliquosq̃ fures contubernales pęna constituta, idem ius, qua pęna, quoq̃ iure in alienos, exterosq̃ fures animaduertere ciuitatis magistratus consueuerunt. Bemb. in Hist. car. 12.

Furatus est Iunius Titus, cùm cęnaret apud Claudiũ Cęsarem, poculum argenteũ. Quod cùm Cęsar audisset, rursus postridie ad cęnã hominẽ inuitauit: qui cùm uenisset, iussit ministros, nullum illi argenteum poculũ, sed fictilia omnia afferrent, atq̃ apponerent. et nullo alio modo in eum uindicauit, furtum huiusmodi non ira, sed risu dignum existimans. Plu. in uita Galbę, car. 428. in prin. Sueto. in Claud. ca. 32. Tac. li. 17. car. 136. dũ loquitur de Tito Iunio.

Furari solitus erat Amasis cùm erat priuatus, signū sibi potanti ac se oblectanti necessaria defecissent, et cùm reposcebatur ab his, quibus dicebatur subtracta pecunia, adducebat eos ad oraculū quodcūq eo in loco esset, et frequenter per ea conuincebatur, frequenter etiā absoluebatur ꝛ Herodotus lib. 2. pag. 178. 179.

Furari olera, et quæcunq cibaria licebat apud Lacedæmonios. plu. in ui. Lycurgi, car. 20. post me. p. i. Cel. Rhodig. lect. antiq. li. x ca. i ii car. 457.

Furtiua re apud aliquem reperta, non debemus propterea credere, ipsū furatum esse, quia fieri potest, quòd inimici, et inuidi homines eā apud ipsum absconditerint, ut ei furti suspicionem, et ignominiam conflarent, ut euenit Dioxippo Atheniensi athletæ celeberrimo, cui a Macedonibus in conuiuio apud Alexandrū, mediante quodam ministro sub puluino poculum aureum subiectum fuit, etc Diod. Sic. Bibl. li. 17. pag. 1100. Curt. li. 9. car. 138. Vide in uer. Iudiciū homicidij et Iudicium cadaueris, sup. lib. i. [illegible] Sicilian. cons. 92 [illegible] 99 lib. 2. ubi refert plura exempla uetera, et recentia, testans etiā [illegible] quosdā penes quos reperti fuerant stampi monetæ falsæ ~~qui~~ et postq fuerunt relaxati, eo quia [illegible] quendā inimicū eas posuisse, et postea illos accusasse siue denunciasse, qui etiā fuit bannitus de omnibus terris, et locis

Furiosis, et mentecaptis, etiam siquid atrox tentarint, est ignoscendū; exemplo Hadriani Imp. qui seruum in se cum gladio furiosius irruentem retinuit, et ministris accurrentibus tradidit: et ubi furiosū esse constitit, medicis curandum dedit, in nullo omnino commotus. Vide Spartianū in eius uita, car. 27.

Furore quidam subito perciti, et penitus conuulsa mente, repente stringunt gladium, et comites suos unum atq alterum occidunt, complures malè mulctant, sicuti euenit Carolo vi. Francorum Regi, de quo Pau. Aemil. in eius uita, circa princ. lib. x. pag. 214. E.

Galli, sunt Gens hominū inquietissima, et auida semper uel faciendi principis, uel imperij. Spart. in Saturnino, in princ. c. 287.

Galli sunt homines aperti, minimeq; insidiosi, qui per uirtutē non per dolum dimicare consueuerūt. Hirt. inter com. Cęs. de bel Afr. li. 5. c. 234.

Gallorū sunt subita et repentina consilia. Cęs. bel. gal. 3. c. 30 p. 1. suntq; Galli in consilijs capiendis mobiles, et nouis plerunq; rebus student. idem bel. gal. li. 4. car. 37. p. 1.

Gallorū ut ad bella suscipienda alacer, ac promptus est animus, sic mollis, ac minime resistens ad calamitates perferendas mens eorū est. Cęs. lib. 3. gal. bel. car. 33. p. 2.

Gallicanę mentes durę sunt, ac retrogradę, et sępe imperatoribus graues. Beroal. ref. in Sueto. Nero. ca. 43. Lampr. in Alex. c. 140.

Galli sunt admodum dediti religionibus: atq; ob eā causā, qui sunt affecti grauioribus morbis, quiq; in prelijs periculisq; uersantur, aut pro uictimis homines immolant, aut se immolaturos uouent, administrisq; ad ea sacrificia Druidibus utuntur: quod pro uita hominis, nisi uita hominis reddatur, non posse Deorū immortaliū numen placari arbitrātur. publicaq; eiusdem generis habent instituta sacrificia; alij immani magnitudine simulacra habent, quorū contexta uiminibus membra uiuis hominibus complent, quibus succensis circumuenti flamma exanimantur homines. Cęs. vi. bel. Gal. car. 67. p. 1.

Galli se omnes ab Dite patre prognatos predicant, idq; ab Druidibus proditum dicunt: ob eam causā, spatia omnis temporis non numero dierū sed noctiū finiunt; et dies natales et mensiū, et annorū initia sic obseruant, ut nocti dies subsequatur. Cęs. bel. gal. vi. car. 67. p. 2.

Gallicus morbus quando initium ceperit, et nonnulla de eius natura, ui. Bemb. hist. li. 3. car. 43. post med.

Generali concessione non est credendum id concedi, quod specialiter non concederetur. uide .F. li.i. uer. Verbis gn̄alibus.

Genus aliquod in multas ignotas species, amplitiandę rei causa, diducunt: illo poterit eludi apophthegmate uel similitudine; quam contra Regis Antiochi legatum iactantem apud Achęos ingentes copias regis Quintius iecit: nam quum ille asserereret ducturū secū Regem Dahas, et Medos, et Cadusios, et Elimęos, et alias gentes uix fando auditas. Est res, inquit Quintius, hęc simillima cęnę Chalcidensis hospitis mei, hominis et boni, et sciti conuiuatoris: apud quem solstitiali tempore comiter accepti cūm miraremur, unde illi eo tempore anni tam multa et uaria uenatio: homo non quàm isti sunt gloriosus, renidens; condimentis, ait, uarietas hęc, et species ferinę carnis ex mansueto sue facta est. Hoc dici aptè in copias regis, quę paulo antè iactatę sunt, potest. uaria .n. genera armorū, et multa nomina gentiū inauditarū, Dahę, Medi, Cadusij, et Elimęi, Syri omnes sunt. &c. Liu. Dec. 4. li. 5 pag. pen. in fi. plu. in ui. Titi quin. Fla. c.i31 p.2. ad med.

Germani neq3 Druides habent qui rebus diuinis pręsint, neq3 sacrificijs student: Deorum numero eos solos ducunt, quos cernunt, et quorū opibus apertè iuuantur, Solem, et Vulcanū, et Lunam: reliquos ne fama quidē acceperunt. Cęs. bel. Gal. 6. car. 68. p.i. Germanorū uita omnis in uenationibus, atq3 in studijs rei militaris consistit; et ab paruulis duritię ac labori student: hoc ali staturā, ali hoc uires, neruosq3 confirmari putant. Atq3 ob eam causā, latrocinia quoq3 permittunt, quę extra fines cuiusq3 ciuitatis fiunt. Cęs. ibidē.

Grauamina unicuiq; Loco, et personæ sunt ea imponenda, quæ per ipsũ commode ferri possint: Vnde Balista (qui postea fuit imp. unus sc; ex 30. qui tpe Gallieni fuere) mire acceptus Valeriano imp. fuit, eo quod in prouisione annonaria singularis esset. Vtpote qui illic equos contineret, Vbi essent pabula, illic annonas militũ mandaret, vbi essent frumenta: Non prouincialem, non possessorem cogebat illic frumenta, ubi non habebat, dare, illic equum, ubi non posset, pascere: Non .n. esse alia prouisio melior, quàm ut in locis suis erogentur, quæ nascuntur, ne aut uehiculis, aut sumptibus Remp. grauent. Galatia etc. Vide omnino Spartianũ in Balista car. 276.

Facit quod dicit Justinian⁹ in Nouell. const. 130. de Transitu militũ. Eas (inquit) species tantũmodo, quæ in singulis reperiuntur Locis milites capiant; neq; alias requirant, quæ in ea prouincia nõ reperiũtur etc.

Grauamina eis non sunt imponenda, qui ferre non possunt ob imbecillitatem: Andrij pecunias poscenti Themistocli denegauerant, cũq; allegãt, Athenienses illuc ire duobus magnis numinibus fretos Suadela, et Necessitate, et ita sibi dandas utiq; esse pecunias, responderant; Athenas proportione magnas esse atq; felices, et Dijs propicijs bene processisse: Nam se ad maximã soli tenuitatẽ redactos, Andriorumq; insulã totidem propicia numina nunq; derelinquere, sed semper incolere, Inopiam, et Impossibilitatem: quibus Dijs obnoxios Andrios pecuniã non daturos: nunq; .n. Andriorum impossibilitate ualidiorẽ fore Atheniensiũ potẽtiã. Herod. li. 8. pag. 580. nulla .n. fortior necessitas est, quàm imbecillitatis, Thessali ap. Herodotũ li. 7. pag. 512.

Guelphorũ, et Gibellinorũ nominis origo unde sit, uide ap. p. Aemil. in D. Ludou. p. 143. 7°. ubi q; Guelfi pontificiũ, Gibellini Cæsariũ partes clamarent

Homo, felix, beatusue appellari nemo potest antequam bene uita functus sit. Solon ad Crœsum ap. Herodotum li. 1. pag. 13. 14. 15.

Homines nascentes cum ploratu prosequebantur Trausi, recensentes quæcunque necesse est illis, quod uitam ingressi essent, perpeti humanas calamitates, mortuos autem, per luxum atque lætitiam, terræ commandabant, referentes quot malis liberati in omni essent felicitate. Herod. li. v. in princ.

Homo absolute bonus e mortali semine nunquam nascetur: Nam non potest omnes uirtutes natura humana capere, Dionys. Halic. li. 8. p. 163.

Homines quidam cum per se, et natura sua boni sint, malorum tamen hominum colloquijs deprauantur: quemadmodum mare, quod est hominibus omnium utilissimum, ferunt ab ingruentibus uentorum flatibus non sini natura sua uti. Artabanus ap. Herodotum li. 7. p. 454.

Homines sapientes non semper discernunt aut iudicant perfecte, Guicciardin. li. 1. car. 7.

Hominum animi facillimo momento mutantur, s. uer. mutantur.

Homines ægerrime tolerant, sibi a suis æqualibus et familiaribus anteiri Dio li. 41. p. 110. uer. pomp. et Cæs.

Homines mali beneficijs et humanitate meliores non redduntur, exemplum in Gellio poplicola penes Dionem li. 47. p. 210. uide s. uer. Beneficijs

Homines fere omnes, generaliter loquendo, sunt ingrati, uolubiles, simulatores, lucricupidi, et denique praui. ui. Macchia. in lib. de principe cap. 17.

Hominibus omnibus societatem quandam inter se naturalem ingenerauit natura. Camillus ap. Liu. lib. 5. car. 135.

Hominum ingenijs male natura consuluit, quod plerunque non futura, sed transacta perpendimus. Curt. car. 104. p. 2. post m.

Hominibus natura datum est, nouis rebus studere, maxime iuuenibus rudibus, et præteritarum rerum inexpertis polyb. li. 2. p. 112.

Homines molles e mollibus regionibus existunt, neque ex eadem terra admirabiles fruges, et egregij bello viri nascuntur Herodot. li. 9. in fi.

Hominis memoria fragilis est, nec aliud æque fragile reperitur in homine, ac memoria. uide s. uer. Memoria

Homines cōdē necessariū est ut aliqñ laudemus, aliqñ rursus reprobemus: eo quòd rerū momenta et euentus, etc. polyb. li. 16. p. 815.

In Hominibus deterrendis à malis fuit per omnia moderatissimus M. Antoninus Imp. inuitandis ad bona, remunerandis copia, indulgentia liberandis: fecitq ex malis bonos, ex bonis optimos Capit. car. 45. n°.

Homines, et præsertim aulicos parua temporis interualla etc. uide in uer. Aulicos.

Hominē qui à plerisq callidissimus omniū iudicari solet, nullum ex omnibus animalibus stolidius, aut magis expers rationis esse, uidetur polybio, in lib. v. pag. 420.

Hominū, illi primi, et excellentiores sunt, qui ipsi rectè consulunt, quid in rem sit: secundi, qui bene monenti obediunt: Qui uero nec ipsi consulere, nec alteri parêre sciunt, illi extremi ingenij sunt. Quibus prima animi ingenijq negata sors est, secundā ac mediam tenere: et dum imperare discunt, parêre prudentibus in animum inducere debent. Sicut M. Minutius et eius milites singulari gratitudinis exemplo erga Fabiū Maxi. fecerunt. de quibus omnibus uide Liu. Dec. 3. li. 2. pag. 308.

Hominis quinq cubitorū ossa inuenta inter cadauera persarū, Herod. li. 9. pag. 634.

Hominū coria ferè et crassa maximè sunt, et candore splendida inter omnia coria. Herod. li. 4. p°. 280.

Hominis capite mihi opus est, inquit ad amicos Ludouicus xi. Rex galliæ, loquens de Magistro Equitū, sed ita ut hic caput, illhic truncus iaceat: pau. Aemil. in eius uita, car. 239.

Hominis mortui, puta Titij, cadauer, uel cineres, Titij nomen adhuc retinent. Vnde Lycurgus, cùm suos ciues iureiurādo adegisset, quæ ipse instituisset, ad suum reditū seruaturos; cinerem suam in mare iussit dispergi: neqñ reliquijs eius delatis Lacedæmonem, et ob id iuramento ciues soluti, quasi ipso reuerso, rempub. mutarent. plu. in uita Lycurgi, in fi

Honor, quamuis clarus, uilescit in turba: et apud uiros bonos insignior sit ipsa dignitas, quam multi possident. et tanto maior maiestas magistratus uideri solet, quanto pauciores illius sunt participes. et c. uide Beroal. refer. in Sueto. Aug. ca. 37.

Honores, quos populi tribuunt principibus, non tam indicia sunt beneuolentiae, quàm metus. et ideo et c. uide exemplū in Atheniensibus erga Demetriū, ap. plu. in uita Demetrij, c. 388. p. i. in fi.

Honores magnos, opesq cùm Numerianus à Seuero imp. consequi posset, noluit: sed Ruri contentus paruo, quod à Seuero in diem accipiebat uitam egit. Dion in Seuero, pag. 591. 592.

Honor par in dispari merito non debet esse. Liu. Dec. 4. li. 3. p. 560. an̄ m

Honoribus potiuntur etiā sordidissimi uiri in seditionibus, et discordia ciuili. plu. in ui. Niciae, car. 252. p. i. post m.

Honoris cupido etiā inter illos homines contentionē et discordiā parit, qui aliàs moderatissimi, et totā uita concordes fuerunt, ut est uidere in P. Decio, et Q. Fabio ap. Liu. Dec. i. lib. x. pag. 253. cū seq.

Honorem Vir Nobilis et fortis, uitae praefert. Liuia ad Aug. ap. Dio. li. 55 pag. 344. cū sup. [illegible]

Honores, et magistratus non sunt pretio dandi: necesse est .n. ut qui emit, uendat. dicebat Alex. imp. ut ref. Beroal. in Sueto. Nero. cap. 32.

Honore sicuti praestet Magistratus senatui, et senatus populo: ita ad omnia quae dura atq aspera essent, subeunda ducem debere esse. siquid iniungere inferiori uelis, id prius in te ac tuos si ipse iuris statueris, facilius omnes obedientes habeas. nec impensa grauis est, cùm ex ea plus quàm pro uirili parte sibi quenq capere principum uident: dicebat ad senatū Valerius Leuinus cos. ut refert Liu. Dec. 3. lib. 6. pag. 412. in fi. cū seq.

Honoribus eorū raro inuidetur, quorū uis non timetur. contra in ijs homines extraordinaria reformidant, qui ea suo arbitrio aut depositurì aut retenturi uidentur, et modū in uoluntate habent. Vell. paterc. lib. 2. c. 127.

Honoris telam generoso militi crassiorem esse texendã, aiebat Consaluus ille magnus. significans siquid in contubernio militari paulo contumeliosius dictum sit, id esse interdũ dissimulanter interpretandũ, ne leuibus ex causis temere ad capitalia dissidia ueniamus. Arn. Ferr. in Lud. xii. c. 34. n°.

Honores mutant mores. Facit, quod dicit Tiberius imp. ap. Tac. li. 3. car. 42. multos in prouincijs contra quàm spes, aut metus de illis ferret, egisse. excitari quosdã ad meliora magnitudine rerũ, hebescere alios. et quod de eo dicit Tac. li. v. ad finẽ, An cũ Tiberius. et quod idem de Vespasiano. li. 17. car. 136. Et ambigua, inquit, de Vespasiano fama, solusq omniũ ante se principum, in melius mutatus est. Facit ad rem, quod scriptũ est apud Jul. Cap. in seuero imp. car. 79. in princ. qui seuerus cũ legationẽ proconsulis Africę accepisset, et cum quidã municipũ suorũ Leptitanus precedentibus fascibus, ut antiquũ contubernalem ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio eiusdẽ preconis cecidit, Legatũ po. Ro. homo plebeius temere amplecti noli. Ex quo factũ est, ut in uehiculo etiã Legati sederent, qui ante pedibus ambulabant. Similis Vespasiano patri fuit Titus filius in hoc: nã cùm propter antractã uitę licentiã, et luxuriã, et auaritię suspicionẽ, Neronis Tyrãnidem pleriq augurarentur, mutatus adepto imperio, in melius, declarauit, eiusdẽ esse ingenij et pessima et optima interdũ ferre. Egn. in Tito, car. 300. Constans imp.r primò bonus, inde rerũ felicitate mutatus ingratus omnibus esse cepit. Egn. in Constantino iun. c. 313. Ea quippe est natura humanorum animorũ, ut non iuuenes modò, uerùm ętate etiã prouectiores, postq multũ temporis in potestate transegerint, patrijs moribus haud sibi uiuendum ducant. et ideo legibus Rom prohibebantur multa imperia uni uiro unum ex alio committi. Dion li. 36. pag. 10. ii. in Catuli orat.

Hortandi sunt ad uirtutẽ etiam qui sponte tendunt ad eam : sicut in gymnicis ludis faciunt spectatores : illi .n. non cursores eos qui relinquuntur sed qui de uictoria certant hortantur. uide pulchra de hoc ap. plu. in uita Euag. in fi.

Hospites uiolare fas non putant Germani ; qui, quaq̃ de causa ad eos uenerunt ab iniuria prohibent, sanctosq̃ habent : ijs omniũ domus patent, uictusq̃ cõmunicatur. Cęs. bel. gal. vi. ca. 68. 69.

Hospitum munera recipere, lex Julia uetabat. refert Beroal. in Sueto. Nero. cap. 33.

Hospitis rusticitatem incusare non potest esse nisi Rusticus Suet. in Jul. Cęs. cap. 53. ubi Beroal. et plu. in uita Cęs. car. 314. p. i. post prin.

Hostem ab amico non quidẽ natura distinxit, sed mores actionesq̃ Cęsar ap. Dion. li. 41. p. 103. uer. suppliciorũ. Vide Agath. li. 4. pag. 465.

Hostibus quod placeat, ne minimũ quidem faciendum est, siquis uelit tuto uiuere, Thucyd. li. i. in orat. Corcyr. ad Athen.

Hostis dicto, etiã firmioribus indicijs confirmato, non est credendũ. ut patet apud Cęs. lib. 2. bel. gal. car. 53 cũ duabus seqq.

Iactum retis emens, si pretiosum aliquid, preter pisces extrahatur; non debet id consequi: cum preter intentioné et spem utriusq, tam ementis, quàm uendentis fuerit: adduciq potest celebre illud de Tripode, qui circũ septem Grecie sapientes circulatus fuit. nã cum Milesij Piscatori iactũ retis immanifestũ emissent à Coijs, et tripodem aureũ extraxissent, Coi noluerunt cũ emptoribus dare. sed oraculo Apollinis sapientissimo iussus dari. plu. in ui. Solonis car. i. p. 2. post prin

Ignauia, et mollities, non ex delicijs, ac luxu (ut multitudo opinatur) nascitur: sed ex uitio ac malignitate nature, que malis opinionibus inquinetur. plu. in Artox. car. 415. p. i. in fi.

Ignem persę deum esse arbitrabantur, et ideo non cremabant cadauera existimantes nefas esse. deum depasci cadauer hominis. Aegyptij autem existimabant, ignem esse animatam belluam, et omnia que nascuntur, deuorare &c Herod. lib. 3. p.ª 190. 191.

Ignis è terra nati exemplũ, quo Ville, arua, Vici passim corripiebátur neq extingui potuit hymbribus, aut fluuiatilibus aquis, aut quo alio humore, sed tantum saxis in eũ iactis, et ictu fustium, ut feré. et demũ tegminib. corporũ Vide ap. Tacitũ li. 13. in fi. quod cótigit tp̃e Neronis imp. Dion in Titu, pag. 142. Titu, inqt, ad uisendam Campaniã profecto, multa Romę conflagrauerunt, quod incendiũ tũ extiterat ex terra &c im, inqt, id malum diuinũ potius, quàm humanũ fuit. Incendia queq in syluis excitantur ex ingenti collisione arborũ facta ui Ventorũ. Thucyd. li 2. car. 113. p.º percioche (inquit) alcuni uolte ne i monti, gli Arbori tra loro percotendosi sbattuti dai Venti, per se stessi, hanno eccitato et fuoco et fiamma loqtur autẽ de incẽdio ad plane

Igne cęlesti immisso Naium oppidulū in Bernensibus finibus maiori ex parte flagrauit, anno 1544. Arn. Fer. in Fr.co Valer. car. 160.

Ad Ignis, siue flammę iudiciū quidā falsę religionis incusati ... derunt, sicuti petrus Sacerdos Massiliensis tēpore sacri belli. nam sanctam lanceā nudato corpore manu gestans, per coaceruatorū lati lignorū struem ardentem medios ignes illęsus euasit. sed mox ad id miraculū ruente turba oppressus perijt. paullus Aemil. in philip. 1. pag. 90.

Ignominia parum differt à nece, ideoq periisse Demosthenes illū solet dicere, qui ignominia sit affectus, in orat. cōn Midiā, pag. 277. Vbi Vlp. enarr. sup uer. perijt. et pag. 282. uer. is igitur.

Imitantur facilius homines meliora, cùm ea in reipsa conspiciāt, quàm peiora uitent, uerbis ea prohibita audientes, Mecęnas ap. Dio. li. 52. pag. 299. ubi suadet Augusto ut ea dicat et agat, quę sentire ac facere prefectos suos uellet &c.

Imperatorum nullus hereditariā dignitatem uendicato: principes sex. sacri ordinis tres, profani totidem eum deligunto. hi si discordes fuerint, Boemię Regem cooptanto. Sanctio hęc est Gregorij pont Max. quę per annos 550. uel circiter durauit, et adhuc durat. Egnat. in Othone 3. lib. 3. p. 350. ii.o

Imperatorem Sigismundū uolentem in Gallia quò se contulerat causa conciliandę pacis inter Regē Gallię et Regem Angliae,

comitem Sabaudię Ducatus insignibus exornare. inhibuerunt Regij magistratus, ne in Regno Francico quicq̃ pro imperio agere decernereue posse uiderentur Augusti. pau. Aemil. in car. vi. c. 219. H.

Imperatoris est dare leges, non accipere, inquit Julia pia, Nouerca Caracallę, cùm eius pulchritudine membrorũ impetum dixisset Caracalla, uellem, si liceret (scilicet uxorem habere). tunc. n. illa, si libet inq̃ licet nu. Spart. in Carac. c. 92. n.º

Imperatorem te esse cognosco, qui uincis, Gallienũ, et Aureolũ et cęteros principes non putaui, inquit ad Aurelianũ imperatorẽ Zenobia Regina captiua, cùm in eius conspectũ ductam sic appellasset. Quid ô Zenobia, ausa es insultare Romanis imperatoribus? Spart. in Zenob. c. 282. n.º

Imperatoris non minus est, consilio superare, quàm gladio. Cęs. lib. i. ciuil. bel. car. 135. p. i.

Imperatorũ res aduersę authoritatẽ minuunt. Cęs. bel. gal. 7. c. 82. p. i.

Imperatores et Reges, conuitia sibi facta, aut obtrectatũ esse, neq̃ deferente aliquo, audire, neq̃ ulcisci debent: Turpe. n. est, eos credere, inuentum esse, qui ipsos neminem lędentes, et omnibus benefacientes ignominia affecerit: idq̃ soli mali credunt principes, quos ad fidem dictis habendã conscientia mouet. Deinde iniquũ est ea ęgrè ferre uelle, quę, si uera sunt, pręstat non admisisse; sin falsa, dissimulare, cùm multi hęc uindicantes, pluribus ac grauioribus de se sermonibus occasionem prębuerunt. ut inquit ad Augustũ Męcenas apud Dion. li. 52. pag. 298.

Imperatores dum uiuunt laudare uidetur ineptũ. Cùm imperatori iam facto pescennio quidam panegyricũ recitare uellet, dixit ei scribe laudes Marij, uel Annibalis, uel alicuius Ducis optimi uita functi, et dic quid ille fecerit, ut eum nos imitemur. Nam uiuentes laudare irrisio est maxime imperatores, à quibus speratur, qui timentur. qui prestare publice possunt, qui possunt necare, qui proscribere ꝫ Spart. i piscen. c. 256.

Imperatorũ misera conditio est, quibus de affectata Tyrannide, nisi occisis, non potest credi. Aurel. ex Hadriani sñia ap. Spart. in Auidio, car. 245. ṗ.

Imperatoris percussorem, arbitrio imperatoris pœnas luere oportere, dixit Clemens pont. Max. ad Joannẽ Alberti Cęsaris ex fratre nepotem, qui Albertum ipsum occiderat. uide ap. P. Aemil. in pulchro, p. 172. ṗ.

Imperiũ fato deberi, Vide sup. in uer. Fatũ, et imprimis quod dixit ad Faust. Aurelius imp. ap. Spart. in Auidio, c. 245. ṗ.

Imperiũ scelere quęsitũ, subita modestia, et prisca grauitate retineri non potest Tac. li. 17. c. 142.

Imperiũ mente, et consilio regitur, non autẽ corporis uiribus. Hoc significauit Seuerus imp. tunc, cùm pedibus ęger bellũ moraretur, idq milites anxie ferrent, eiusq filiũ Bassianu. qui unà erat, Augustũ fecissent: nam Seuerus tolli se, atq tribunal ferri iussit. et cùm animaduerti in omnes authores facti, pręter filiũ iuberet, rogareturq omnibus ante tribunal prostratis, caput manu contingens ait. Tandem sentitis caput imperare, non pedes. Capitol. in Seuero, c. 85. ṗ. et 86. Diocletianus princeps, iam priuatus dixit nihil esse difficilius, quàm bene imperare. Vop. in Aurel. car. 214. Multi quoq ad imperiũ iam senes peruenerunt. Et ij optime imperarunt. Dij autẽ auertant principes pueros. Vide multa exempla de utroq apud Vopiscũ in Tacito. car. 218. 219.

Imperiũ philosophis, et doctis non bene q̃nq cõmitti exemplo fuit Theodahatus Rex ostrogothorũ, de quo Collen. li. 1. c. 30.

Imperiũ prudenti non frustra est. Macrianus ap. spart. c. 273.

Imperij, honoris, gloriæ, potentiæq cupiditates in maximis animis, splendidissimisq ingenijs plerunq existunt: nec tn̄ ullus adduci debet, ut cum iustitiæ, patriæq capiat obliuio, cum in imperiorum, honorumq cupiditatem inciderit. Arn. Ferr. in Fr.co Vales. car. 101. n.o 11.

Imperium Regū Augustorūq per se nullū, uoluntate consensuq popularium constat. P. Aemil. in Philip. i. p. 72. in fi.

Imperio exutus à Germanis proceribus, ob sordes et ignauiam eius fuit Venceslaus Augustus anno salutis 1400. P. Aem. in Car. vi. p. 217.

Imperiū haud libenter suscepit M. Antoninus Philos. disputans cū domesticis, quæ mala in se contineret imperiū. Capitol. car. 42. et n.o et 43. Aelius quoq pertinax imperiū, et omnia imperialia sic horruit, ut sibi semper ostenderet displicere. Voluit etiā imperiū deponere, et ad priuatā uitam redire. Capit. in eius uita car. 72. n.o et 73. Saturninus quoq cum à militibus Augustus appellatus esset, et adoraretur flens ad eos dixit, Nescitis amici, quid mali sit imperare. Gladij, et tela nostris ceruicibus impendent, imminent hastæ undiq etc. Vide Spart. in eius uita, c. 287. n.o et seq. Tiberius quoq per simulationem recusauit imperiū aliquandiu dicens imperiū esse magnā belluam. Sueto. in Tiberio. cap. 24. Probus quoq inuitus et reluctans factus fuit impr. sæpe dicens. Non uobis expedit milites, non mecū bene agitis: ego. n. uobis blandiri non possū etc. prima eius epistola ad Capitonem pref. pret. talis fuit. imperium nunq optaui, et inuitus accepi etc. Vopisc. in Probo, c. 228. n.o Clodius Albinus professus fuit, se inuitū ad imperium ductū. Spart. in eius ui. car. 257. n.o Dioclitianus post annorū imperium 20. et Maximianus imperiū eodem die deposuere: Rem mirā ut sponte nec pregrauante saltē senecta, uel rerū mole uterq in ordinem se redegerit: Et Dioclitianus quidē per decem annos quos priuatus Salonis superstitit, hortorū

amœnitati uacans, iterũ ad imperiũ solicitatus, a priuata uita abduci non potuit. testatus, nullos sibi unq soles lætiores affulsisse. Egnatius in Dioclitiano. car. 3 10. Ranimirus Tarraconensiũ Rex in Monasteriũ se regno pijs proceribus commodato contulit, ubi et uitã finiuit. Collen. li. i. c. 20. nº Amurathes imp. Turcarũ maximus bis in Monasteriũ se cõdidit, ubi et finijt uitam, Collenua. li. i. c. 24. nº et c. 25. Lotharius imp. cum eum principes imperatorem dicerent. diu reluctatus est, indignũ se professus, qui tantæ rei præficeretur. Egn. li. 3. p. 352. nº Numa Legatis Romanis ad regnũ se uocantibus non statim assensus recusauit aliquandiu. Vnde Romani certo argumento sapientiã eius collegerunt, quando Regnum, in quo cæteri summã felicitatis ponerent, ut rem uilem et aspernandam contempserit. Dionys. Halic. Ant. Ro. li. ii. p. 196.

Imperij uacantis administrationem ad se pertinere, pontifices Maximi prætendunt. Guicc. hist. li. 4. c. 189. cir. pr. li.

per Imprudentiã, et errorem commissa excusationẽ merentur. s. uer Errorẽ. li. i.

Impuberes qui diutissime permanserunt, maximã inter Germanos ferunt laudem. Cæs. vi. bel. gal. car. 68. p. i.

Impudici, et effeminati, nullius esse momenti censendi sunt ad magnas res audendas, et efficiendas. ideoq quidã, quo facilius expertes culpæ se ostenderẽt, impudicos se esse probauerũt Sueto. i Domit ca. x. in fi.

Impudici, seu qui se prostituerant, uetabantur lege solonis legitima decernere, siue in publico dicere, uel decernere quidq̄. quare autē sit Vide ap. Demosth. in Androt. pag. 161. et 9.° et 160. ad fi. Qui pudicitiam prostituit, inquiebat, à Republica gerenda abstinero. Vide ibi in argm̄o illius orat.

Impudicitia, in ingenuo crimen est, in seruo necessitas, in liberto officium. Beroal. ref. ap. Sueto. in Calig. cap. 25.

Incantamenta anilia ad dolorem leniendū adhibita capitali pœna plectebantur sub imp. Constantio. §. li. i. uer. Magica ars.

Incendiū non finitur arbitrio incensoris. polyb. li. xi pag. 705. quemadmodū (inquit) siquis syluam semel accenderit, non amplius ad ipsius arbitriū fertur incendiū, sed depascitur quicquid apprehenderit, uentisq; regitur, et subiectę syluę consumptioni. ac sępenumero ipsum incensorem cumprimis pręter expectationē corripit; ad eum modū et bellum si semel à nonnullis excitatū exarserit. tū quidē ꝯ

Incendia conflata coruis carbones candentes rostris inferentibus in tecta. uide ap. pau. Aemil. in phil. aug. pag. 124. p.°

Incendiū per errorem, et imprudentiā commissū excusationem meretur. §. uer. Homicidia secuta. li. i. ubi exemplū in quattuor Viris incendio absumptis, et Rege Gallorū periclitato.

Incendijs domorū afflictos principes subleuare debent. et Tyberius quidē quibusdā dominis insularū, quę deflagrauerant, pretium restituit. Sueto. in Tyb. ca. 48. Hoc idem obseruant Veneti in sua Ciuitate, ut

docet multis exemplis Bemb. hist. li. 3. c. 47. et Tiberius imp.r cumulatè, et magna cū laude, ut Tacitus ait li. 1. car. 67. et Claudius Imp. Tac. li. 12. car. 84. n.o Vbi subuentū fuit Coloniæ Bononiensiū. Cùm fortè palatiū incendio perijsset, multiq. multa Augusto propterea largirentur, nihil præter aureum à singulis conuentibus, à priuato homine denarium accepit. Dion lib. 55. pag. 341.

Incendij extinguendi causa prorumpere media ædificia debemus, ut continuæ uiolentiæ campus, et uelut uacuū cælum occurrat. Hoc demū modo finis incendio Vrbis Romæ factus fuit, quod Neronis tpe contigit. Tac. li. 15. c. 115. n.o et incendio orto Venetijs anno 1514. tertio Idus Januarias in Riualto, de quo Iouius hist. li. 12. p. 162. et 163. et ff. de incend. l. 3. §. quod ait prætor. Amm. Marcell. lib. 23. in princ. Cùm itaq. (inquit) instaurando templo Hierosolymitano fortiter instaret Alypius metuendi globi flammarū prope fundamēta crebris assultibus erumpentes, fecere locū exustis aliquoties operantibus inaccessum.

Inconstantia, est improbanda. quare suspicimus illud facinus Salinatoris, qui uniuersas tribus in censura notauit leuitatis nomine, quòd cùm se post priorē consulatū multa irrogata condemnassent, consulem iterū, censoremq. fecissent. Sueto. in Tyb. ca. 3. et Domitianus equitem Rom. ob reductā in matrimonium uxorem cui dimissæ adulterij crimen intenderat, erasit iudicum albo. Sueto. in Dom. ca. 8.

Iudicibus illis subijci non debent rei, maxime aliâs integri cogniti, queis neq quid facerent neq quid dicerent, quicq unq pensi fuit: idest in aliorū capita interrogari non dbent homines peruersi, et maligni. sic Flaccus Fuluius iudicauit, apud Liu. dec. 3. lib. 6. pag. 402. in prin.

Inedia ante septimum diem non est homini lethalis. durauerunt tn et ultra xi. diem pleriq. et nonnulli 20. et aliqn 30. diebus abiq cibo uixerunt. plura d hoc ui. in Beroal. ap. Sueto. Aug ca. 53.

Ingratitudinis exemplū fratris in fratrem. uide .F. uer. Fratri maiori z

Inimicus, honorandus est cùm iure gloriam promeruit: quod qui faciunt plus ipsi laudis consequuntur: simul fidem habent, quoties contrà obtrectant quasi non hominem oderint, sed actiones reprobent. Vnde cùm Cæsar deiectas pompei statuas erigeret dixit Cicero, pompei statuas reponens tuas ipsius ô Cæsar figis. Sueto. in ui. Iu. Cæ. cap. 75. ubi et Beroal.

Inimico inimicum auxilio. salutiq fuisse quis credat? et tn inimicus T. pulfioni laboranti L. Varenus subuenit: Huic rursus circūuento tulit subsidiū pulfio. uide, quæso. Cæs. bel. Gal. li. 5. ca. 57. 58.

Inimicis omnes homines maiori studio aduersantur, quàm suis opitulantur amicis, non ob id tantū, quod ab ira odioq uehementiores animi commotiones, quàm à quauis amicitia proficiscuntur. uerùm quia altero sui causa quippiā agente, altero pp aliū z dion li. 37. p. 35 uer. inimi.

Iniuria hoc differt à Violentia, quòd illa inferri uidetur à pari in parem; Violentia uerò à potentiori in debiliorem, ap. Thucyd. li. i. car. 39.

Iniuriç à causa çstimantur. Demosth. in Aristocr. pag. 175.

Iniuriã qui facit ultrò, iram et pçnã subit. qui peccauit inuitus ei loco pçnç uenia parata est. siquis nec iniuriã facit, nec delinquit, sed cùm se totũ ijs rebus dediderit, quç omnibus prodesse uidebantur, successu caruit cũ uniuersis, non çquum est, illi obprobrare, non conuicia dicere, sed eius uicem dolere. secundũ leges omniũ gentiũ, et instituta naturç. Demosth. pro Ctesiphonte, siue de corona, pag. 42.

Iniurias siue conuicia falsò obijciens, puniebatur lege Atheniensiũ. conuicia autẽ uerè obijcere licebat. Demosth. in Aristocr. p. 171.

Iniuria affecti, sunt misericordia digni: illorũ autẽ morte quisq gaudere debet, qui sua causa ab omnibus deserũtur. apud Thucyd. li. 3. car. 162.

Iniuriç omnes, priuato sunt persequendç, ne uel contemptui inde habeatur, uel opprimatur, secundũ hominũ sententiam, ut dixit Liuia ad Aug. ap. Dionẽ li. 55. pag. 344.

Iniuriã acceptam ab aliquo, uindicandã esse, ne ea neglecta, reliqui idem sibi licere arbitrentur, iudicauit Cçsar bel. gal lib. 3. car. 30. p. 2.

Iniurias etiã à Regibus illatas, priuatis ulciscendi contra eos animus, et potestas est. sicuti Bellas fecit cum Ildibaldum Gothorũ Regem in conuiuio palàm interfecit eo quod Vraiç defuncti uxorem, quam ille deperibat, alteri cuidã matrimonio Rex iunxerat. proc. li. 2. bel. goth. p. 128.

Iniurias, qui alicui facere uolunt, hos diu consulere decet, an faciendç sint. sed qui iniurias acceperũt, hos non decet cõsulere, an ulcisci debeant iniurias, et obuiam ire. Stenelaid. ap. Thucyd li. i. c. 43.

Iniurijs. seu contumelijs irritata etiã modestissima ingenia exasperantur: sed eadem facile mitescunt officijs: et hoc ita natura comparatũ est. Menenius ap. Dionys. Halic. li. vi. pag. 172.

Iniurijs recentibus omnes homines magis, quàm mora interposita indignari solent. Demosth. aduer. pantaen p.ª 78.

Iniuria affecti, uel affectos se putantes, sunt uehementes. Dio. li. 44. p.ª 166. uer. incerta, Belisarius quoq; apud Procop. bel. Vandil. li. 3. Natura (inquit) inest adfectis iniuria erga adficientes continuo maleuolentia. p.ª 328.

Iniurias nobis, uel nostris illatas non facile obliuiscimur. Vnde Famulus quidã principis Bissinianorũ, tredecim post annos, illatã ab eo sorori suę siue uxori uiolentiã uel certo uitę periculo ausus fuit, principẽ occidendo, uindicare. Bemb. hist. li. 3. c. 42. Guicc. li. 3. c. 174.

Iniurias uerborũ molestius, quàm facta ipsa iniuriosa multi dicũtur ferre; idq; ingenio, et natura sua ita compellente. ui. plu. in ui. Timoleo. car. 166. p. 2. in fi. cũ seq. ubi dicit, quòd Blasphemię. siue obtrectationes, et maledictiones de aliquo, excellem odiũ, uel malitiam habere uidentur: non tñ excusabitur in totũ, qui aliquem iniuriosis uerbis, et aliquo actu obsceno lacessentem interfecerit. et ideo cùm Antyllius quidã dixisset Fuluianis, cedite bonis ciuibus mali ciues. et in obscenã figurã brachium nudũ per iniuriam ostendisset. non ideo tñ iure necatus ab eis uisus est: et ideo acriter puniti sunt, licet iustas irarũ causas habuerint. plu. in ui. Tiber. car. 185. p. i. post med. Et iniuria quidã adducuntur ad ea facienda, quę nec regno aliàs adduci possent, 3. uer. Contumelia, eo. li.

Iniurias propulsare, non etiã ultro inferre, ęquitatis Christianę ducendũ. Laudatur Hippolytus Card. et Alfonsus Atest. Dux Ferr. qui quum à Julio pont. bello premerentur, concilio tñ à Rege Gall. in Juliũ indicto, licet multis precibus fatigati, nunq; sese immiscere uoluerunt. Joui. in ui. Alf. Atest. car. 24.

Iniurias acceptas condonare, et delinquentibus exoratu facilem mitemq́ esse, philosophię uirtutis est munus. plu. in ui. Dionis, car. 353. an̄ med. Vide multa exempla clementię ap. plu. in ui. Antonij, et Demetrij et Cęsaris. uide ap. Joui. in ui. Alf. Arag. car. 49. Arbacis exemplū singularis clementię in Belesum peculatus reum uide apud Diod. Sic. pag. ibi. 162. li. 2. cap. 7. in fi. Homini, qui iniuriā fecerit, et postea bello uictus sit ignoscere, eiq; qui fidem, amicitiamq; uiolauerit, amicum et fidelem permanere, permagnū belli atq; uictorię premiū existimare se dixit M. Antoninus de Cassio loquens ad milites suos apud Xiphil. e Dione in eius uita, pag. 169. Vbi dicit autor, quòd dictus imp. in plerosq; beneficia contulit, qui ipsi, filioq; necem machinati essent.

Iniurias sibi illatas, ciuili animo ferebat Carolus magnus imp. Egn. in eius uita, li. 3. p. 347. Sed et omnes principes id facere debent, uide Liuiam ap. Dioné li. 55. p. 344. et apud eundē in Tito. De crimine impietatis nunq̄ Titus cognouit, neq; permisit alijs ut cognoscerent. nemo .n. inquit, iniuria me afficere, aut insequi contumelia potest propterea quòd nihil ago quod reprehendi mereatur: ea uerò quę falsò de me dicuntur, prorsus negligo &c.

Iniurias priuato sibi illatas Ludou. xii. regnū adeptus ulcisci noluit, dictitans parum decorū esse Regi Gallico, iniurias illatas Aureliorū Ducibus ulcisci. Arn. Ferr. in eius ui. car. 44. B. C. Vbi alijs etiā qui ipsū contumeliosis uerbis prosecuti erant, dignitati restituit, dicens, exuisse se personā Aureliorū Ducis, proinde Regi nihil hęc esse curę

Iniuriosis uerbis ab aliqua turpi persona uexati poterimus dicere, quod Cato in quendā similem dixit. impar mihi tecū certandi conditio est: nā ut et male audire, et male dicere tibi facilimū simul et promptissimū est. sic mihi male dicere insuaue, et male audire insuetum est. plu. in ui. Cat. sen. car. 147. p. 1. an̄ fi.

Iniuriam sibi uidens fieri, aut damnum in re, compellitur ad arma. ĩ. uer. Damnũ.

Iniusta non sunt agenda, licet sint utilissima: v. Atheniensiũ, qui suadente Themistocle de incendend cum Aristides diceret, ea re nullam sibi neq̃ uti uideri: iusserunt ab incepto desisti. plu. in ui. in med. et ui. ĩ. in uer. Qui et iust. li. i. et .ſ. in [illegible] ,uramentũ ꝑiiũ.

Innocentiæ signũ non semper sumitur ex spontanea comparitione, et [illegible] carceribus sed eñ experientia docuit, sæpenumero etc. uid in uer. Reorũ. inf. eod. in prin

Inquilinus, qui sub tempus consuetum locandis ędibus demigrat in suburbanum, ut post illud uilius easdem ędes conducat; quarũ dominus non cogitans eum inde demigraturũ, non consuluerat sibi de eis translocandis: et postea finito tempore locationũ fieri solitarum, non potest conductorem inuenire: sordiũ causa notandus est, et ei dignitas adimenda: sicut fecit Tyberius in quendam senatorẽ: de quo ui. Sueto. in ei. ui. ca. 35. in fi. sm interpr. Beroal.

Insulares omnes, malos esse, receptum est apud Scriptores. Pier. Valer Hierogl. li. 31. pag. 220.

Interdictio sacrificij, apud Druides Gallorũ magos pęna est grauissima. quibus ita est interdictũ, ij numero impiorũ, ac sceleratorũ habentur: ab ijs omnes decedunt, aditum eorũ, sermonemq̃ defugiunt, nequid ex contagione incommodi accipiant: neq̃ ijs petentibus ius redditur, neq̃ honos ullus communicatur. Cęsar bel. gal. li. vi. car. 66. p. 2. in prin

tanq̃ nullo magistratu inferiorẽ, simul cũ imperatore non esse, omnes norunt: attamen Justinianus imp. interpretẽ Jsidigunnę Legati Regis Cosrois, mensę t. procop. Belli pers. li. 2. pag. 303.

ria sunt facienda reis directe, non autẽ negatiue.
mma lenitati usus ducitur Augustus, quum parricidij r., ne culeo insueretur, ita interrogauit: certe patrem tuum non occidisti? uidetur. n. hoc genus interrogationis quodammodo suadere, et impellere ad negandũ facinus. Sueto. in Aug. ca. 33.

Jocus, qui contineret mendaciũ, uel intemperantius dictũ uel fraudẽ. Epaminondę et Aristidi displicebat. ui. s. in uer. mentiri, lib. i.

Jocorũ uel maxime illa permouent, quibus delicti ueritas arguitur. Herodia. li. 4. pag. 109.

Joci hominũ, et uerba mores eorũ magis indicant quàm res gestę. plu. in ui. Alex. ma. in prin.

Joco placide, ac modeste uti debemus, ac ab omni maledicto, et iurgio abstinere. sicuti milites suos docuit Seuer. de quo ui. plu. in ei. ui car. 230. p. i. in fi. ne nobis contingat quod Alexandrinis in Antoninũ imp. iocantibus qui uniuersi occidione cęsi sunt. ui. Herodia. lib. 4. pag. 109. et seq.

Jocandũ non est in Reges, ne illud eueniat quod Alexãdrinis iocatis in Antoninũ Caracallã, de quo Herodianus. et quod nobilibus illis Tarraconensibus iocatis in Ranimirũ eorũ Regem, de quo Collen. li. i. c. 21. Attamen Ludouicus xii. Rex Gallorũ cùm eum palàm Mimi in scena

traduxissent, tantum afuit, ut curaret uindicandum ut recitatis ludis et riserit, et collaudarit libertatem populi. Arn. Ferron. in eius uita, car. 33. p^{o}

[illegible]
Bott. de homic. n°. 60

Iter mille stadioru͂ confecit una die Euchidas plateensis, ut refert plu. in ui. Aristid. car. 143. p. i. post prin. et Cato sen. in senatu Romano ficum recentem ostendit, quem dixit tertium ante diem Carthagine fuisse decerptu͂. ply. cap. 29. lib. 15. plu. in eius ui. car. fi. p. 2. ad med. uide plu. in ui. Aemil. ubi de celeritate eius in transfretādo in Macedoniā refert. car. 159. p. i. post med. et Cesar meritoria rheda centena passuu͂ millia in singulos dies conficiebat. Sueto. in Jul. Ces. cap. 57. et ab Hostia ad columnas Herculis nauigatu͂ est septem diebus. idē in Aug. ca. 8. ubi Beroal. uide Beroal. apud Sueto. in Calig. ca. 8.

Judei apud Rom. dicebantur quicunq secundum Judeoru͂ instituta uiuebant. Dion li. 37. p. 23. uer. Judea.

Judeoru͂ gens est ire, si semel ea correpta fuerit, acerbissime. Dio li. 49. p^{a} 249. uer. Sossius Aradios

Judei sub Philippo augusto Francie Rege Francia pulsi fuerunt, deprehensis eorum nonnullis exemplum crucis, Dominiq ludibria in quodā e nostris reperisse. Paullus Aemil. li. v. in fi. vide s. lib. i. hoc eod. uerbo

Judei [illegible] [illegible] tanta religione [illegible] [illegible] [illegible]
actionisq seria uacent, sed cum [illegible] [illegible] in [illegible] hostiu͂ [illegible]
eadie judei [illegible] quicq [illegible] [illegible] in [illegible] [illegible]
Dion lib. 37. pag. 23 ad fi

Judex non debet iniuriarũ suarũ, in iudicando, rationẽ habere. ui. s. in uer. Magistratus non debent.

Judices, inimicorũ suorũ causas non ante audire d'bent, quàm eis reconciliati fuerint, quemadmodũ fecisse dicitur Julianus imp. cùm Thalassiũ quendam Galli fratris insidiatorem coràm ipso Aduersarij urgerent. uide Marcell. li. 22. pag. 258.

Judices non debent intra domum pro potestate animaduertere in quemq̃. idq statutũ fuit sub Ner. imp. (ut refert Tac. li. 13. cap. 91.) in Tribunis pl.

Judices, in leges iurabant, apud Rom. ut obstricti religione iudicarent: iurabant autẽ omnes, preter ipsũ quesitorẽ, se ex animi sententia iudicaturos, citra omnem affectionẽ. Beroal. ref. in Sueto. Tyb. ca. 33.

Judicũ sortitio, quemadmodũ fieret; et Reo, accusatoriq permitteretur eos reijcere, quos putarent sibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore; et in eorũ locũ subsortitio à pretore fieret, ui. Beroal. in Sueto. Aug. cap. 29. et ibi Sabell. et in Tyb. cap. 35.

Judices non allegebantur à Romanis, nisi quintũ et trigesimum etatis annũ egissent: Augustus tũ à triceesimo etatis anno iudices legit. Sueto. in Aug. ca. 32. in fi.

Judicibus, qui quotannis sorte deligebantur, prohibuit Augustus, ne eo anno in domum alicuius eorũ, qui causam in iudiciis agendã haberent, ingrederentur. Dion hist. li. 54. p. 327.

Judicandi cupidus, non est admittendus in numerum Judicũ. ita censuit Claudius Jmp. apud Sueto. in ei. ui. cap. 15.

~~Judicia centumuiralia quomodo Romę constituerentur. ui. Beroal.~~

Judices non semper persuasorijs assertionibus accõmodare se debent ut eos identidem admonebat Domitianus imperator. Sueto. in Dom. cap. 8.

Judices corrupti pecunia, qui alias nummarij appellantur, cũ suo quisq consilio, idest, cũ suis assessoribus notandi sunt. ut fecit Domitianus Sueto. in ei. ui. cap. 8.

Judex, qui pecunia corruptus iudicat, in Insulã ablegandus est. Tiberius imp. p. Suilliũ cum per senatũ Italia arceretur conuictus pecuniam ob rem iudicandam cepisse, amouendũ in Insulã censuit, tanta contentione animi, ut se iureiurando obstringeret, e Rep. id esse. Tac. li. 4. c. 49

Judices fures si unq̃ Alex. seu. imp. uidisset, paratũ habebat digitum ut illis oculos effoderet. tantũ odiũ eum tenebat eorũ, de quibus apud se probatũ esset, quòd fures fuissent: quinimo tanti stomachi fuit in eos iudices, qui furtorũ fama laborabant, etiãsi damnati non erant, ut si eos casu aliquo uideret, commotione animi, etc. Nam cum quidã Septimius Arabinus famosus crimine furtorũ etc. Vide Lampr. in Alex. seu. car. 123. in fi. cũ seq. et c. 125. pº. Sisamnem, unum e Regijs iudicibus, quòd iniustè ob pecuniã iudicasset, Rex Cambyses interemerat, interemptoq; detractũ corium in lora conciderat, quibus tribunal in quo ille sedens iudicarat, intendit etc. Herod. li. v. pag. 343.

Judices à prouincialibus accusatos, probatis rebus grauiter puniuit Seuerus, ut in eius uita Capit. car. 81. pº.

Judicẽ et prętorem, o Sophocles, non solum, pericles inquit, decet manus uerumetiã oculos continentes habere. ita refert plu. in uita peric. car. 80. p. 2. ad med. Spectari solitas Thebis iudicũ statuas absq manibus, plutarchus ait: et eam, quę principem referret auersis esse oculis ut iustitiam et à donis alienam esse debere, et nulla mulieri facundia oportere significarent. pier. Valer. Hierogl. li. 35. p. 255.

Judici turpe ducendũ est, si ipse manu sua damnatos interficiat. sicuti L. Quintius fecisse traditur ob amorẽ pueri cuiusdã. vñ senatu fuit eiectus. uide. S. in uer. Sodomia lib. i. et in uer. Ignominia fratrũ. Augustus tñ Q. Gallũ insimulatũ cogitatę cędis, et nihil fatentẽ in tormentis, iussit occidi prius oculis eius sua manu effossis. Sueto. in Aug. cap. 27. ad fi.

Judici turpe non est, si sententia sua condemnet eũ, pro quo dum erat aduocatus, defensionem susceperat: et generaliter non est turpe, aliud, dũ quis est iudex iudicare, aliud, dũ erat aduocatus, defendisse. argũ Po. Ro. qui defenderat acriter M. Manliũ capit. tñ cum iudex ipse factus est, eũ capitis condemnauit. quod admiratur, et probat Machia. in discurs. lib. 3. cap. 8. pag. 157. Facit quod dicit Dion in Tito, in princ. Titus, inquit, ex quo principatũ solus obtinuit mores statim mutauit: neq. n. eodem modo se gerunt ij, qui socij tantummodo regni sunt, et ij, qui soli regnũ tenent; propterea quòd illi neglecta gloria principatus, immoderatè eius potestate abutuntur, multaq ad inuidiã et calumniã eius faciunt: qui autẽ intelligunt omnia ex sese pendere, magnopere existimationi student: id quod Titus aliqñ dixit ei, cuius antea studiosus fuerat: dissimile est inquit, egere opera alterius, et iudicem esse, perinde ac postulare ab alio, et dare.

Judicia centumuiralia quomodo Romę constituerentur, uid. Beroal. in Sueto. Aug. ca. 36.

In iudicijs Sumanos, in armis formidabiles esse decet. Demost. in orat. d rep. ord. c. 72.

De Judicio laminę candentis, et de Judicio flammę, ui. s. uer. Laminę, et. s. uer. Ignis.

Judicio rem decernere, ante debemus offerre, quàm uim parauerimus, et adhibuerimus: post uim autem adhibitam offerri stare iuri, absonum et extra rem est. ut ad Athenienses dixerunt Legati Corinthij contra Corcyrenses ap. Thucyd. li. 1. car. 21.

Judiciarios dies fastis addidit Antoninus philos. imp. ita ut ducentos triginta dies annuos rebus agendis, litibusq disceptandi constitueret. Cap. in eius uita, car. 45.

Jumentum agnoscit dominũ. ideoq cum apud Galbam de proprietate iumenti quaereretur, leuibus utrinq argumentis et testibus, ideoq difficili coniectura ueritatis, ita decreuit Galba, ut ad lacum, ubi adaquari solebat, duceretur capite inuoluto, atq ibidem reuelato; eius esset, ad quem sponte se à potu recepisset. Sueto. in Gal. ca. 7. i f.

Jus assidue dicendũ. ui. J. uer. principẽ. idq non diligentia modo summa sed et lenitate. sicut Aug. ut Sueton. in ei. ui. ca. 33.

Jus, et iniuria non nisi causa cognita discerni potest. Tac. li. 2. car. 27.

Jus omne Barbaris in uiribus esse assueuit, Marcell. li. 17. pag. 126. Vbi de sarmatis nobilibus et dnis uictis à seruis suis.

Jusiurandum, est seruandũ etiam si dolo quis fuerit inductus ad promittendũ aliquid per iuramentũ, de quo nunq cogitasset, sicuti fecit Aegetus qui tradidit Aristoni dono propriã uxorem, Herodot. li. vi. pag. 410.

Jusiurandũ seruant ij, apud quos deorũ metus est, flocifaciunt autẽ qui non timent deũ exemplũ in Graecis, et Romanis apud polyb. li. vi. pa. 569. 570.

de Jurante, et peierante sub nomine Imperatoris, aut dei uide. J. uer. periurio.

Iureiurando nullũ maius uinculũ apud Antiquos fuisse, cùm multis documentis apparet, tum uero ex ijs, de quibus in uer. Fides. T. lib. i. et ex eo, de quo Liu. dec. 3. li. 2. p. 320. in prin. ubi Annibal dimissis decem ex suis captiuis Romam, non aliud pignus fidei, quàm ut iurarent, se redituros accipere satrgit. et iusiurandũ quidẽ etiã metu, et per uim extortũ, plus uiriũ ad animos Romanorũ habebat, quàm leges, quàm patriæ amor, quàm honoris respectus: plu. in ui. Scipio. Aphr. car. i. p. 2. añ med. ut multis exẽplis probat Macchia. in discurs. lib. i. cap. xi. et i3. ubi etiã illud probatur, quòd

Iuramentũ præstitũ de parendo alicui magistratui, puta ãnuo, obligat ad parendũ etiã subrogato in eius locũ, si ille ante annũ completũ mortuus sit, ut ibidẽ per exemplũ, quod ex Liuio adducit. et iusiurandũ frangere non debemus, licet peierando, totius orbis domini futuros nos esse speremus. Vnde celebratur illud Sex. pompei, qui cenantibus apud eum in naui Triumuiris, cùm eius præfectus Menas ei clàm dixisset. Vis'ne Sexte ancoras succidam, et te non Sardiniæ neq; Siciliæ, sed Romani imperij faciam dominum? oportuit. inqt Sextus, o'Mena, hæc per te ipsũ, me inscio fecisse: nunc uero, quod est co contenti simus: periurare. n. nequaq̃ meum. plu. in ui. Antonij. car. 400. p. i. post med. et ui. T. in uer. Iniusta.

Iurandũ non est facile. proditũ est, Herculem cumprimis religiosũ fuisse et ad iusiurandũ uerecundissimũ: quippe qui semel in omni uita iurarit. Beroal. in Apul. car. 28. nº. Et ijs qui Iurant sæpius, certum est abrogari fidem. Diod. Sic. lib. 2. pag. i03.

Iuriiurando alicuius qui credit et fallitur, ei est ignoscendũ polo. li. 8. p. 182

Iurisiurandi contemptor fuit Consaluus ille magnus, Arn. Ferr. in Lud. xii. car. 34. ηº. et car. 38. A. ubi dicit, quòd iusiurandum et Deos pro nugis habebat. Et in car. 53. dicit, ab Hispaniæ Rege Ferdinando iurisiurandi religionem cultam ipsos Hispanos negare: de quo et consaluus questus sit postea ꝗ Carolus quoꝗ Octauus sacramentũ suum etiã in ecclesia præstitũ Florentinis paruifecit, ut dicit Guicciard. li. 2. car. 88. 89.

Iurisiurandi fidẽ Napo Turriano Mediolanensi principi præstitam de nunꝗ ferendis armis aduersus Turrianos, ut e clatrata cauea, in qua feræ bestiæ more conclusus septimũ iam annũ asseruabatur Simon Locarnas uti summa expressã necessitate non multis inde diebus elusit, etꝗ Iou. in Othone. pag. 19.

Contra uerò Vido Comes Flandriæ captiuus Regis philippi pulchri Gallorũ dimissus è custodia sub solo iureiurando reditus nisi permoueret suos ad ponenda arma, re infecta rediјt in custodiã pauloꝗ post obiјt. P. Aemil. in philip. pulchro car. 170. ηº.

Iureiurando præstito de aliquo non lædendo quidã putarunt se nõ contrauenire iureiurando, si eũ passi sunt ab aliјs ex suis offen.. Finitimi (inquit P. Aemil. in Lud. crass. p. 97.) nullũ facinus atrox in hunc hominem rati (de Guidonis socero loquitur, qui Guidonẽ generum nihil tale metuentem interemerat, Rupemꝗ (oppidũ ad Sequanam est) occuparat) cum magna pars data fide eum elicuissent ad colloquium, ipsi manu sua non uiolarunt, sed trucidandũ reliquêre iјs, quos suorũ ad id iniuratos reliquerant. Corpora quoꝗ eius etꝗ

Iurisiurandi sibi delati uerba per uarias artes mutant, quibus flagitiј conscientia inest. Budeus refert in annot. prior in uer. cõcipere iusiurãdu. Tac. li. 20. car. 184 ηº. Auxilia è Gallia, queis nec amor, nec odiũ in partes, militia sine affectu, hortantibus præfectis statim à Vitellio desciscunt: uetus miles cunctabatur: sed adigente Hordeonio Flacco, instantibus tribunis

dixit sacramentũ, non uultu, neq animo satis affirmans: et cum cętera iurisiurandi uerba conciperent, Vespasiani nomen hęsitantes, aut leui murmure, et plerunq silentio transmittebāt.

Iusiurandũ dederant persę, Pheretima docente, se quoad humus ea ita haberet (super occulta fossa feriebant fędus) tamdiu fędus cũ Barcęis seruaturos, qui doli ignari, et fęderi fidentes cùm aperuissent portas Vrbis, à persis resciso prius ponte occulto, trucidati sunt. sed Pheretima Deo has pęnas luit, quòd uiuens uermibus computruit. Herodotus lib. 4. in fi.

Vnus ex decem captiuis, quos Hannibal post Cannensē pugnā Romā dimisit, imposito iuramento, quòd ad se reuersuri essent, cùm iam Vallũ egressus, ac se rem aliquā oblitũ esse dicens reuersus esset, accepto quod reliquerat, rursus discessisset, per eum se reditũ fidem seruasse, ac iusiurandũ irritũ reddidisse ratus nollet ad Hannibalē cũ cęteris redire, à Romanis uinctus hostibus restitutus fuit. quia iusiurandũ fraudulenter eludere conatus erat, polyb. li. vi. in fin. Vnde magis abhominandũ Attonis Archiepiscopi Maguntini facinus, qui Adelbertũ Brauemburgi Regulũ blanditijs pellectũ, ad Ludouicũ Regē capitalē eius hostem attraxit iuramento pollicitus se procuraturũ ut quemadmodum eum saluum de munitissimo, ubi erat, loco educeret incolumem identidem reduceret: Nam cùm paulùm extra portas prodijsset, Atto coniectis in solem oculis, iter longum et horā iā tardā causatus, satius fore dixit redire ut corpus aliquo cibo curarent, itineris lassitudinē ita leuaturi. cui Adelbertus, nihil suspicatus mali, non difficulter assensit. Reuersi igitur, sumptoq ientaculo dant se iterũ in uiā, ac simulatq in Ludouici conspectu constitere Adelbertus in manus Regis deditur: quo proditionis Attonē audacter incusante iuramento, inquit Atto, tunc planè satisfactũ cùm te impransũ eductũ, intro ut pranderes reduxi. improbũ planè cauendi

hominis factum, inquit pierius Valer. Hieroglyps. li. 35. pag. 254. n°.
Sericum et Asboliũ Maximinus regens Vrbem Romã sub Valentiniano imp. cum adiecta religione firmasset, nullum igni uel ferro se puniri iussurũ, plumbi ualidis ictibus interemit. Marcellinus li. 28. p. 404.
Locrenses quo tempore primum ad siculos uenerunt, qui eam regionẽ Italię in qua nunc ipsi habitant. tunc temporis tenebant, perculsis illis, et propter metũ ipsos recipientibus, huiusmodi pacta cũ ipsis constituerunt, ut uidelicet beneuolentiã erga illos seruarent, et regionem tantisper communem haberent, dum terram illam calcarent, et capita in humeris portarent. cum eiusmodi iuramentũ fieret, ferunt Locros terram calceis suis iniecisse, et capita alliorum corporibus suis clãculũ applicuisse, atq ita iurasse: postea uero terrã e calceis, et capita alliorum a se proiecisse, ac non multo post siculos ex ea terra eiecisse. polyb. lib. xii. pag. 737.
Ebroinus magister equitũ Theodorici. i. Regis Francorũ, cum Martinus frater patruelis pipini Crassi acie uictus in oppidũ se recepisset, et euocatus in colloquiũ ab Ebroino nullũ pignus postulasset, nisi iurisiurandi super sanctorũ corpora concepti, ille, clam exemptis prius corporibus, ad conditoria sanctorũ uacua adiurauit, se Martino minime obfuturũ. sic diuos eludens Ebroinus hostem improuidũ excepit, interemitq. pau. Aemil. in Theod. i. pag. 23. D. E.
paches Atheniensiũ militũ prefectus euocato ad colloquiũ e Notio Colophoniorũ Vrbe Hippia Arcadũ prefecto, dedit ei fidem, quod nisi conuenisset cũ eo, ipsũ reconduceret sanũ et saluũ in Vrbem. Hippias exijt ad eũ quem paches custodiri mandauit et improuiso aggressus Vrbem nil tale expectantem, eam capit: et captis partim, partim interfectis qui intus erant introduci fecit Hippiã in Vrbem sicuti promiserat: postea uero quam Vrbem introijt Hippias, capi eum fecit paches et sagittis confici. Thucyd. li. 3. cap. 143.

¶ Iurauerat P. Licinius Crassus in concione (ne in prouinciā, quę ei in pretura obuenerat, proficisci cogeretur) ita iubente senatu, se stato loco, statisq diebus sacrificia habere, quę absente se recte fieri non possent. et tn̄ idē creatus postea consul uolebat cū collega C. Cassio Longino prouincias sortiri; quarum altera longinqua erat, et bellū habebat: altera erat Italia. Cassius autē uolebat sine sorte longinquā (erat autē Macedonia) nec .n. posse, saluo iureiurando collegam secū sortiri: quum illa sacrificia non magis eo cos. quàm pretore absente recte fieri possent. Consulti patres de hoc, sortiri prouincias iusserūt. Hinc forte potest colligi, iusiurandū in una causa prestitum, in altera nocere non debere, licet eadem ratio uideatur: maxime si res, super qua primo fuit iuratū, non habeat causā permanētē, et perpetuā; sed tempore finiri possit: fieri .n. potuit, ut Crassus, uoto suo damnatus esset ad ea stata sacrificia usq ad certū tempus facienda; quod tempus cùm cos. factus fuit forte finitū iā erat. Vide Liu. Dec. 5. lib. 2. p. 762. an med.

¶ Iurandū non est in eius acta, cuius mores mutari possunt. ita Tyberius scripsit, uel potius coràm suasit senatui, in ipsius acta iurare uolenti: cuius elegantē oratiunculā uide ap. Sueto. in Tyb. ca. 67. ne contingat quod postea in Caligula contigit: qui quū ab initio optimus princeps esset, eoq ei multi honores decreti essent, postea naturā suam detegens plurimos pessundedit. Sueto. in Calig. ca. 14.

¶ Iurisiurandi uinculo soluendi sunt subditi, quod prestiterunt Regi imbelli, et desipienti. uide exemplū in Childer. 3. Francorū Regē editū à Zacharia pont. Max. ad instantiā Pipini apud Pau. Aemil. in Child. 3. car. 22. 23.

Iussus principis non excusat in maleficijs. Vide sup. in ver. Maleficiu.

Iustitia siue infra modum sit, siue excedat nimium, parum prodest: interdu etia quosdam in calamitates, et mortes miserabiles, irreparabiliaq damna conijcit: sicuti Marcio Coriolano euenit. Videturq veru esse illud ab antiquis dictum philosophis, mediocritates, non extremitates esse moru uirtutes, presertim iustitiam. Dionys. Halic. li. 8. pag. 163.

Iustitia, et equitatem siue tu paruis in rebus, siue in magnis ledas, aeque peccas. Demosth. orat. 3. con. phil. c.

Iusta qui ipse negligit, absurdum est, de iure apud alios disserere. Demosth. in orat. p Rhod. lib. pag. 84. in fi. facit quod . s. pxa.

Iustitiam si omnes colere instituissent, turpe foret, nos solos ab ea abhorrere: Cum uero ceteri omnes ita se parent, ius uiolare ut possint, si soli, nequi tuendi sint, ius pretendamus, eam ego non iustitiam, sed ignauiam existimarim. Demosth. in orat. p Rhod. lib pag. 85.

Iustitie opus est maxime egregium, et proprium Regis. Marc. n. Tyrannus est, lex autem omniu Rex. et c. uide plu. in ui. Demetrij car. 392. p. i. ad med.

Iustitia et pietatem in consilio capiendo et in agendo pre alijs obseruantes omnia feliciter agunt. Cesar Aug. in orat ad Milites ap. Dion. li 50. p. 266.

Iustitia et pietate in Deos Turcae, quod habent, imperium peperere. ut Sacerdotes intrantibus templum Othomannis Cesaribus occinunt. ui. Ioui. hist. li. 33. car. 204.

¶Iustus non est quis propterea quòd ipse nihil iniusti faciat, si eos, qui ab alijs iniuriam patiuntur, ubi ei potestas sit, non defendat. Colchorũ Legati ad Cosroem ap. procop. bel. pers. li. 2. p. 285.

¶Iuuari omnes, maius, et gratius est, quàm multas opes habere, unde Iuppiter prius optimus, inde maximus dicitur. Beroal. in Sueto. in ui. Iul. Cęs. cap. 79.

Hinc illud à Catone in suo libello distichorũ moraliũ dictum:

Si potes, ignotis etiam prodesse memento.

Vtilius regno meritis acquirere amicos.

Vbi Interpres ait, Non solùm in amicos oportet esse beneficum, uerùm ignoti quoq; conciliandi sunt, ac deuinciendi beneficentia si modo possis prodesse. Vtilius .n. est quamplurimos amicos parare meritis, idest benefactis, quàm parare regnũ: Regnum .n. eripi potest, amici succurrunt eiecto: et firmiores sunt, quos beneficio adiunxeris, quàm quos potestate premas.

Laeto ut essent omnes animo, à Triumuiris Romę edictum fuit, cùm initio anni festum esset de more celebrandum, quiq; id non fecisset ei mors supplicium esse constitutū: itaq; si coacti sunt communibus malis, quasi rebus in lętis gaudere, Dio li. 47. pag. 206.

Ad Laminę candentis iudiciū Germani Francos prouocarunt in quadam de Regnorū diuisione inter descendentes Caroli magni controuersia, uide p. Aemil. li. 3. p. 56. 2º. Vbi refert quodā scribere, Germanos illęsos discessisse.

Lanij, cruori assuetum genus hominū, in partes recepti ꝫ ap. p. Aemil. in Car. vi. car. 217. 2º. 5.

Laudes et honores immoderati leuitatem animi etiā modestissimo cuiq; afferūt, ut se iam tales esse, quales prędicātur, existiment. Dio li. 44. p. 149.
Laudes in alios collatas eousq; ęquo animo audimus, quousq; iudicamur nos quoq; ad eas peruenire posse: ulterius autē inuidia afficimur, et non credimus narranti. Vide pericle ap. Thucyd. l. i. car. 91. in funebri orat.
Laudationem irrigationi similem esse dixit pindarus: nam quemadmodum illa plantarum uim auget, et ut lętius proueniant, efficit, ita uirtus dignis poetarū scriptis commendata mirificum suscipit incrementum: laudatā .n. uirtutem glíscere uulgò etiā dictitatū. pier. Valer. Hierogl. li 58 p. 281.
Laudari gauderē ab his, quos et uituperare posse animaduerterem, siquid secus factum sit aut dictū, inqt Julianus imp. ap. Marcell. li. 22. p. 259.

Laurus fulmine non icitur. Tyberium principem tonante cęlo coronari ea solitum ferunt, contra fulminum metus. Sueto.. in Tyb. ca. 69. ubi et Beroal. et Sabell.

Lauri folia cruda comesa, continuò motū stomachi faciunt. Xiphil. e Dione in Commodo. p. 578. Vbi cio ipse id expertus est.

Legatorū nomen apud omnes nationes sanctū, inuiolatumq; semper fuit. et ideo in Venetos, qui Romanos legatos retinuerant et in uincula coniecerant, grauius Cęsar uindicandū statuit, quò diligentius ~~in reliquū tempus à Barbaris~~ ius legatorū conseruaretur. itaq; cùm eos in deditionē recepisset prelio uictos; omni senatu necato, reliquos sub corona uendidit. Cęs. bel. gal. li. 3. car. 30. p. 1. et car. 32. p. 2.

Legatis, qui se pro speculatoribus gerere deprehendantur, ignoscendū censuit postumius ap. Dionys. Halicar. li. vi. pag. 527. Nam cùm militaris multitudo ad feriendū Volscorū legatos concitata esset, uti deprehensos et confessos speculatores, posthumius, eorū imp. negauit bonis Viris imitandam aliorū malitiam, satius dicens, et Romana magnanimitate dignius seruare iram in eos, qui ipsos miserant, quàm in missos effundere: et nemini legationis, quam prę se ferant, donandam salutem hominum potius, quàm sęuiendum propter tectum speculationis facinus: ne Volsis detur honesta belli occasio, simulaturis legatos esse cęsos cōtra ius gentiū, et alijs inimicis facultas mentiendi de se uerisimiliter. Ita cohibita uulgi ira, iussit homines retro unde uenerant abire.

Legati Veneti apud exercitus, non habent facultatem ullam, ciuitatem Venetam, et ius comitiorū dandi, sicuti prefecto arcis soncinatium responderūt legati Veneti tpe belli cū Ludouico Duce Mediolan. Bemb. hist. li. 4. car. 63. in fi.

Legati Veneti apud pontificem lege prohibentur sacerdotijs cooptari, licet pontifex id maxime cupiat. et qui contrafaciunt, priuantur magistratibus et eorū bona publicantur. ut senatus decreuit aduersus Hermolaū Barbarū, cui patriarchatus Aquileiensis ab Innocentio fuerat attributus. Bemb. car. 12. Hist.

Legati minoris Reip. debent cedere de uia Legatis maioris Reip. Quare meritò legati Veneti Dertonę obuij facti Legatis Florentinorū, qui noluerunt cedere, eos repulerunt, et in luto prouoluerunt. Vide apud Bemb. Hist. li. 3. car. 46. facit. s. in uer. Magistratus referre — et facit, quod est ap. Tac. li. 15. c. iij. q.º Et uiso (inquit, de Tyridate Armenię Rege, et fratre Vologesis parthorū Regis loquens) Corbulone (Dux erat hic Neronis imp.) Rex prior equo desiluit: nec cunctatus Corbulo. sed pedes uterq; dextras miscuere.

Legatum ciuitati relictū in opus aliquod, puta noui Theatri, non potest ad aliud opus transferri: sed omnino rata esse debet legatoris uoluntas ita censuit senatus Rom. in legato Trebianis facto. licet Tyberius Cęsar contrariū sentiret. Sueto. in Tyb. cap. 31.

Legata, hęreditatesq; relinqui non possunt fęminis probrosis, secundum legē Domitiani imperat. ui. s. in uer. Fęminis

Legatū sibi ascribere nemo potest. ui. j. in uer. Testamenti. eo. li.

Lerij, pessimi Insularium. pier. Valer. Hierogl. li. 31. p. 220.

Lex promulgari non poterat apud Rom. po. priusq̃ senatus de ea consultus esset; et cum fuerat promulgata, tribuni pl. non prius poterant intercedere, quàm priuatis suadendi, dissuadendiq̃ legem potestas facta esset: coq̃ persaepe eueniebat ut qui non professi erant, se intercessuros animaduersis uitijs legis ex ratione dissuadentiũ, intercederent: et qui ad intercedendũ uenerant, desisterẽt, uicti autoritatibus suadentiũ legẽ. Liu. Dec. 5. lib. 5. pag. 816. in fi. cũ prin. seq. et pag. 824. in med. dũ de seruio sulpitio Galba uerba facit. Alex. seu. imp. nullã constitutionẽ sacrauit sine xx iurisperitis, et doctissimis ac sapientibus uiris, ijs deniq̃ disertissimis. non minus L. etc. Lampr. in eius ui. c. 123. n.[o]

Lex, ab eo cumprimis obseruari, et defendi debet, à quo lata est: ui. Macchia. de hoc considerantẽ in suis Discurs. lib. i. cap. 45. et plu. in ui. Solo. car. 33. in fi. ita .n. et Solon fecit, ut ibi traditur, et pisistratus, ut in fi. ui. Solo. Vnde Tito Munacio planco propter incensã curiã Hostiliã in Rogo Clodij à Milone interfecti, accusato nihil profuit liber à pompeio Magno ad iudices missus, quo et laudatio et deprecatio planci causa continebatur, M. Catone (is .n. de causa cogniturus erat) dicente, se laudatorẽ contra illius ipsius leges non admissurũ. Dio li. 40. pag. 90. in uer. Rufus et plancus, et uide de legibus pompei .s. li. i. in uer. Reos laudare —

Leges Solon obscuriores de industria tulit, et quę multos contrarios sensus reciperent, ut sic uim iudiciorũ augeret. cùm .n. nõ possẽt homines ius suum legibus obtinere, ad iudices necesse erat semper confugere et omnem controuersiam ad eos deferre, qui quodammodo interpretandis legibus praeesse uiderentur. plu. in ui. Solo. car. 34. p. 2. post prin.

Legibus ferendis, decet possibilitatis, et facultatis rationem habere: siquis uelit utiliter in paucos, quàm sine utilitate in multos animaduertere. plu. in uita Solo. car. 35. an̄ fi. p. i. unde statuit, ut et c. ui. ſ. in uer. Maledictis, et ſ. in uer. Ira. lib. i.

Leges nihil ab aranearū telis differunt (dixit Anacharsis) sed quéad modum illę, sic eę ex captis debiles atq imbecillos detinent, à potentibus autē atq locupletibus rumpuntur. plu. in ui. Solo. car. i. in fi. Beroal. in Sueto. Nero. cap. 33.

Legum singularū, in corrupta ciuitate, nullū neq opus, neq usus est: nisi quis ueluti corpori aegro, et morbis omnifariam pleno, inhęrentem ualetudinis intēperiē resoluens, ac deijciens medicamentis purgationibusq, alterū nouum uiuendi ordinem aggrediatur. Lycurgus apud plu. in ei. ui. ita censuit. car. 2. in prin.

Leges ambitiosas ferre conantes, aut meditantes, in insulas deportādi sunt. Bemb. hist. car. 14. 7°.

Leges ideo in ea, quę facta sunt, constituuntur, quia futura in incerto sunt: sic à maioribus institutū, ut si antissent delicta, pęnę sequerētur eq Tib. impr. apud Tac. li. 3. car. 42.

Leges perniciosę in gratiā plebis latę, per eos ipsos tolli debent, qui eas tulere. Demosth. olynth. 3. c. ij.

Leges hominū inter se plurimū differunt, aliaq apud alios honesta habitur; sed omnibus pulchrū, domestica instituta seruare, ac retinere. plu. in ui. Themist car. 68. in fi. Et siquis uniuersis hominibus prębeat facultatē optimas ex omnibus leges eligendi, profecto cunctas unusquisq rimatus suas eliget. Darius cum imperaret, Grecos percontatus est, quanta pecunia uellent defunctis parentibus uesci etc. Vide quęso Herod li. 3. pag. 201.

Legum charitas, maiestasq pluris esse debet, quàm ullorū ciuiū omnibus aucta nominibus dignitas, et claritas. Bemb. hist. car. 12. 7°.

Legũ recta constitutio est omniũ prestantissima ad moderandã Remp. Nã qui leges Reip. oculos esse dixerit, is profecto nihil indecens pronunciauerit: quemadmodũ .n. res maxime necessaria est animali non titubans oculus, ita et Reip. legũ aequus et rectus status. Leo imp. constit. 19. pag. 511.

Leges aliqñ dormire sinendę, qñ ab earũ executione malũ aliquod nascitur: iuxta Agesilaũ, de quo ui. plu. in ei. ui. c. 273. p. 2. p. m.

Leges, homines, et singulę nationes illas sanctiores ceteris ducũt et potiores, quibus diu insueuerunt, reliquorũ autẽ leges fugiendas et ridiculas, et indignas fide, Vide ap. Agath. li. 2. p. 427.

Leges cuiq suę placent. s. leges hominũ ʒ

Legibus non parebunt ex animo alij, lege soluentibus alios ijs, qui leges moderantur, seq legũ immunes uolunt ʒ p. Aemil. in n. Lud pag. 151. 11.º

Leges uideri nefas est, hominũ imperitorũ uoluntates. ſ. uer. Rescripto

Legũ, quę non in tempus aliquod, sed perpetuę utilitatis causa in aeternũ latę sunt, nulla debet abrogari, nisi quam aut usus coarguit, aut status aliquis reip. inutilem facit: sed quas tempora aliqua desiderarunt leges, mortales (ut ita dicam) et temporibus ipsis mutabiles sunt: et tandiu manent, quandiu causa scribendę legis manet. L. Valerius, in oratione cõtra Catonẽ apud Liu. Dec. 4. li. 4. pag. 573. añ me. Facit ad primum, quod no. s. lib. 1. in uer. Nouitas, et in uer. Veteribus

De Legũ principijs, uide Tac. li. 3. car. 34. cũ seq.

Legis uerba qñq obseruantur, et tñ ipsa res dissoluitur. exẽplũ ap. Dion. li. 39. p.º 61. uer. Faustus Sylla pont.

Legis mentem siquis, ab altero preuocatus ad disceptandũ de ea, ad peiorem traxisset sententiã, laqueis pendentibus strangulabatur, apud Locrenses. Polyb. li. 12. p.º 740. 741. Vbi ꝺ Cosmopolide interpretante legem Zaleuci.

Libellū famosum in aliquem conscribens, et edens, intestabilis est, ut inquit Vlpia. Augustus tm̄ uetuit senatū adimere facultatem testandi eis, qui libellos huiusmodi contra eum proposuerant; Sueto. in Aug. ca. 55. et seq. in p. ubi Beroal. Et Tiberius Imp. C. Cominiū equitem Romanum probrosi in se carminis conuictū, precibus fratris, qui senator erat concessit. Tac. li. 4. c. 43. in fi. cū seq. Vide multa. s. in uerbo Maledicta. Antistius pretor à Cossutiano Capitone maiestatis dlatus fuit propterea quòd probrosa aduersū Neronem Imp. carmina factitauerat, uulgaueratq; celebri conuiuio: et consente Iunio Marullo consule designato, adimendā reo preturam, necandumq̄ more maiorū, factus Thrasea censuit, eum ablegandū in Insulam publicatis bonis in cuius sn̄iam reliqui fere omnes senatores discessere, atq; ita senatusconsultū factum fuit de consensu Neronis. Vide omnino Tac. li. 14. car. 105. n.º cū seq.

Libellorum famosorum, quos ad traducendos homines à quibusdā conscribi acceperat, Augustus conquisitionem fieri iussit, et repertos comburi mandauit, in autores eorū quosdam animaduertit. Dion li. 56. p. 359.

Libri quorundā prohibiti conquiruntur lectitanturq̄, donec cū periculo parantur postea uero habendi licentia in obliuionē ueniunt. ui. s. in uer. Maledicta.

Libris incumbentes, ad arma debiles efficiuntur. Illud memorabile quòd Grecię uastitate, quam Gothorū arma intulerant, Athenis captis cum librorū ingentem uim concerua ssent, de his comburendis Barbari consiliū ceperant. tum unus ex ijs, abstineamus (inquit) hanc iniuriam ab his Codicibus, quibus Graij homines dum studiosius incumbunt, minus ad ōma idonei fiunt. Egnatius refert in Claudio c. 308. Licinius impr. literis adeo infestus fuit ut uirus ac pestem publicam eas appellaret. idem in Licinio. c. 311.

Liber ... [illegible] ... 1550 ... imo suū Cod... [illegible]
... [illegible] ... inquit Cic. ... [illegible]

Liber homo, seu libera mulier non est (nisi iusta subsit causa) nec etiā à principe cogenda quippiam contra uoluntatem facere: sed uerbis humanis suadenda, et inducenda ad id quod uolumus agendū. sicut dixit Alex. mag. prout refert in eius apophthg. plu.

Libertati omnes homines natura studere, et conditionē seruitutis odisse, certum est. Cęsar bel. gal. 3. car. 30. p. i.

Libidinem intemperatā quantopere oderit et punierit Macrinus imp. ui. ī. uer. milites. Econtra proculus imp. seu Tyrannus, cum centū ex Sarmatia Virgines cepisset, gloriatus est, ex eis una nocte decem inisse et omnes, quod in ipso fuerit, mulieres intra dies xv. reddidisse. Spart. in proc. car. 289. Libidinem miram cum mulieribus defunctis coeuntiū, uide. ī. uer. Mortuos

Lingua bona in homine nihil esse melius, mala nihil nocentius, significauit pittacus unus ex septē Gręcię sapientibus: qui; cūm Amasis Rex Aegypti misisset ei pecudem immolatitiā, postulans ut inde sibi remitteret partem, quam iudicaret esse pessimā, ac rursus quam existimaret optimam; excectam linguam misit Regi. Eras. refert in Ling. in prin. et in prouer. Lingua quò uadis. ubi multis

Lites paruę paucis uerbis peragendę sunt: sicut .n. nec sutor est bonus, qui magnos exiguo pedi calceos induit; sic nec orator est bonus, qui exigua, et parua uerbis amplificare uelit. sicut Agesilaus ait in apophthег. Lac. plu. et quanta res est, tanta et oratio, qua utimur, esse debet. Cleomenes cleom. eo. lib.

Litiū minuendarū causa prudenter ueteres statuerant Romani, ut qui peteret et qui infitiaretur, uterq quingenta æris ad pontificem deponeret: de aliis item rebus certo numero. qui iudicio uincebat, suum sacramentum à sacro auferebat: uicti ad ærariū redibāt: idest uictus ea pecunia mulctabatur, quam deposuerat, in pęnam iniustę litigationis: quę ærario cedebat. ita Varro lib. 2. de ling. lat. ut refert Budęus, in uer. sacramentū, car. 116. in prio. ann. et dict. lat. Cal.

Lite alicui, puta Titio illata de aliqua re, et tandem per sententiā euicta: omnes illi deberent postea excludi à uendicatione illius rei; et ōnibus illis preiudicare sententia contra Titium lata; qui sciebant, et uidebant, litem ipsi Titio motam super ista re; et tn̄ nunq̄ in iudicio comparere uoluerunt uel pro adiuuando Titio, uel pro sibi afferenda dicta re: argū eius quod de Veientibus et Romulo dicit plu. in ui. Rom. car. 13. p. 2. in prin. ubi plu. non solum pro iniquo, sed etiā pro ridiculo habet, quòd Veientes Fidenas à Romulo, tanq̄ suę ditionis repeterent: quę per bellū, factę iam erant Romuli, cùm tn̄ in bello nullam Fidenatibus opem attulissent.

